Quarto non eſt inuētus ſimilis be. Nico. in educatione. Fuit enī gratioſe educatꝰ quantū adꝰ quattuor. Primo vt iuuenū laſciuias euitaret. Unde in legenda dicitur. Factꝰ autē iuuenis: alioꝝ iuuenū deuitans laſciuias. Eccleſia. xiij. Qui tetigerit picē inquinabitur ab ea. Secūdo vt eccleſiaꝫ frequētaret. Un̄ dicitur. Eccleſie ſancte frequētans limina. ⁊ glo. ſuꝑ Math. dicit. Jngreſſus vrbem Jeſus templū adijt dans formā religionis: vt quocūq̄ꝫ imus p̊mo domū orationis adeamꝰ. Sic bea. Nico. faciebat tāꝙ verus diſcipulꝰ Jeſu xp̄i ⁊c̄. Tertio vt verba dei libenter audiret: ⁊ ſeruaret. Unde dicitur. Quicquid de ſcripturis ſāctis audire poterat: armariolo cōdebat pectoris. Prouer. ix. Beatus qui audit me: ⁊ qui vigilat ad fores meas quotidie. Sic beatus Nicolaus faciebat vt haberet ſcientiam ſanctoꝝ. Quarto vt corpus ieiunio maceraret. Unde dicitur de eo. Beatus Nico. adhuc puerulus multo ieiunio macerabat corpus. Trenoꝝ. iij. Bonum eſt viro cum portauerit iugum dn̄i ab adoleſcentia ſua. Jſte aūt portauit ab infantia ſua ⁊ nunꝙ illud dereliquit.

Quinto non eſt inuētus ſimilis bea. Nico. in perfectione. Unde Hieronymꝰ in ep̄la ad Theodorū monachū dicit ſic. Si vis ꝑfectus eſſe tu qui perfectuꝫ te eſſe pollicitus es. Quid aliud ꝙ ſectatꝰ es vitam. perfectus aūt ſeruus xp̄i. nihil aliud ꝙ xp̄m habet. Aut ſi preter xp̄m aliud habet. perfectus nō eſt. hec ille. Hanc aūt perfectionem habuit bea. Nico. qui xp̄m imitari cupiebat. Juxta illud Luce. vi. Perfectus autem omīs erit: ſi ſit ſicut magiſter eius. Jſtā perfectionem habuit beatus Nico. in quattuor.

Primo in mulierū vitatiōe quas velut peſtem fugiebat. Unde dicitur Eccleſ. xiij. De veſtimentis ꝓcedit tinea ⁊ a muliere iniquitas viri. Secūdo in mundi deſpectione. vnde dicitur de eo. Gloriā mūdi ſpreuit cū oblectaminibus ſuis. Jaco. iiij. Qui voluerit eſſe amicus ſeculi huiꝰ: inimicus dei cōſtituitur. Ex quo ſequitur ꝙ btūs Nico. ſpernēdo mūdum: factus eſt amicus dei. Tertio in deuota orōne. vnde nō ſolū in die. ſʒ etiaꝫ in nocte ſemꝑ orabat. ⁊ ad matutinas etiā dum eſſet laicus ibat. p̄s. Querite dn̄ꝫ. ſ. in orōne: ⁊ cōfirmamini: querite faciē eius ſemꝑ. Quarto in modeſta conuerſatione. Dicit enī Ambro. lib. de officijs ſic. Jn ſenibus grauitas. in iuuenibus alacritas. in adoleſcentibus verecūdia cōmendatur. Nō eſt ergo mirū ſi beatus Nicolaus omībus ſe amabilē exhibuit quia habuit verecūdiā cū adoleſcentibꝰ. Unde dicitur. Pudore bono repletꝰ ⁊c̄. Alacritatem cū iuuenibus. vnde dicitur ꝙ erat alacer ī exhortando. Grauitatem cū ſenibus. vnde dicitur. Cū grauitatē in omnibus ſectabatur. ⁊ ſic patet ⁊c̄.

Sexto nō eſt inuentus ſimilis bea. Nico. in iuſtificatione. i. in. ſanctitate vite. Un̄ Auguſti. li. de vita xp̄iana dicit ſic. Jlle vere xp̄ianus eſt qui oībus miſericordiā facit: qui nulla oīno mouetur iniuria: q̄ alienū tanꝙ ꝓpriū ſentit dolorē. cuius menſam nullus pauꝑ ignorat: qui corā hominibus inglorius habetur: vt corā deo ⁊ angelis eius glorietur: qui contēnit terrena vt poſſit haberē celeſtia: q̄ opprimi pauꝑē ſe p̄ſñte nō patitur.

qui miſeris ſubuenit: qui ad fletum fletib⁹ ꝓuocatur alienis. Nõ bene faciebat apl's paulus: dicens. Quis infirmatur ⁊ ego nõ infirmor ⁊c. hec Aug. Hec aũt ſanctitas vite fuit in btõ Nico. in quattuor. Primo in virginitate: q2 fuit virgo. Math. xiij. ca. Simile eſt regnũ celoꝝ theſauro abſcondito in agro. id eſt virginitate in corpore terreno. ij. Coꝝ. iiij. Habemus theſaurũ iſtũ in vaſis fictilibus. et dicit virginitas theſaurus ꝓpter ſuã ꝓcioſitatem. Eccle. xxvij. Non eſt cõdigna ponderatio aĩe cõtinentis. Secũdo in liberalitate: quia fuit maxime liberalis ad ꝓximum egentez. vnde dicit. Erat eñ valde cõpatiẽs ⁊ ſuꝑ afflictos pia geſtans viſcera. Nã oĩs ſuas diuitias liberaliter diſtribuit. dedit eñ pauperi: ⁊ nõ diuiti. i. illi hoĩ qui ꝓpter paupertatem filias ſuas ꝓſtituere voluit. ps. Diſperſit dedit pauperibus: iuſticia ei⁹ manet in ſeculum ſeculi. dedit de meliori: nõ de deteriori. quia aurũ. dedit de ꝓprio patrimonio: nõ de alieno. dedit ꝓpter honorẽ dei: nõ ꝓpter fauorem mũdi. dedit in vita nõ poſt mortẽ. Job xxxi. Ab infantia creuit mecum miſeratio. Sciebat eñ ꝙ mĩa eſt ſacrificiũ deo placitũ ⁊ acceptum. Tertio in charitate: q2 fuit maxime charitatis. Vñ dicit. Copioſe charitatis Nicolae pontifex ⁊c. i. Coꝝ. xiij. Si linguis hoĩm loquar ⁊ angeloꝝ: charitatẽ autẽ non habeã ⁊c. Quarto in ſapiẽtie ꝓfunditate. quia magnã ſapientiã habuit. vnde dicit. ꝙ beatus Nico. interfuit ꝯſilio Niceno. vbi plurimuz de fide cõtra hereticos diſputauit ⁊ vicit. Sapien. vij. Infinitus enim theſaurus eſt hominibus quo qui vſi ſunt. participes facti ſunt amicicie dei ⁊c.

Septimo nõ eſt inuẽtus

ſimilis bea. Nico. in electiõe. Fuit eñ gratioſe electus. Ecclesi. xliiij. Elegit eum ex omni carne. Cuius electio fuit ꝯmendabilis ꝙtuz ad quattuor. Primo q2 fuit electus ꝑmiſſa orõne. Nam electores tota nocte orõni vacauerunt. Exẽplo xp̃i: q̃ electur⁹ apoſtolos iuit in montẽ orare. Luc. vi. Et apoſtoli in electione Mathie orãtes dixerunt. Tu dñe q̃ corda ⁊c. Act. i. Secũdo quia fuit electus diuina reuelatione: q2 vox de celo lapſa fuit vt eligerent Nicolauz. Hebreos. v. Nec quiſꝙ ſibi ſumit honorez. Tertio q2 fuit electus oĩm cõſenſu ⁊ approbatione. vñ dicit. ꝙ eo viſo oẽs laudauerũt dei magnalia. Prouer. xxviij. In exaltatione iuſtoꝝ: multa gloria eſt. Quarto quia fuit electus inuitus: ⁊ cũ quadam coartatione. vnde poterat dicere illud ps. Exaltatus aũt humiliatus ſum ⁊ conturbatus: ideo. iiij. Reg. x. Elegi te meliorem de filijs dñi noſtri. Talis autẽ fuit btũs Nicolaus. vt patet in legenda.

Octauo nõ eſt inuentus

ſimilis bea. Nico. in cõuerſatione. q2 in epatu ſuo fuit gratioſe conuerſatus: cũ pplo ſibi credito quantũ ad quattuor. Primo q2 pauit poplũ ſuũ ṽbo. vnde dicit ꝙ erat efficax in loquẽdo. Hiere. iij. Dabo vobis paſtores iuxta cor meũ: qui paſcent vos ſciẽtia ⁊ doctrina. Secũdo pauit pplm ſuũ orõnis ſuffragio: q2 in orõnibus ꝓ pplo ſuo vigilabat. De hoc dicit Act. vi. Nos aũt orõni ⁊ miniſterio verbi inſtantes erimus. Tertio pauit pplm ſuũ exemplo. vñ dicit. ꝙ eandem quã prius grauitatẽ ſeruabat. i. Thi. v. Exemplũ eſto fidelib⁹ in verbo in ꝯuerſatione. Quarto quia pauit populũ ſuuz tẽporali ſubſidio. Nam populo fame laboranti impetrauit frumentũ. vt habet in legenda ſua ⁊c.

Nono nõ eſt inuentus ſimilis bea. Nico. in emigratiõe. Fuit eñ gratioſe mortuus ꝙtum ad quattuor. Primo cũ gratia dei. vñ dicit. ꝙ oĩm virtutũ chariſmate replebat. Apoc. xiiij. Beati qui in dño moriũtur. Secũdo cũ ꝯſcientia bona. quia nullius peccati cõſcientiam habuit ꝓpter puritatem vite. Col. iij. Mortui eñ eſtis: ⁊ vita veſtra abſcõdita eſt cũ xp̃o in deo. Tertio cum ſenectute bona: quã voluit eſſe mũdam puram. Heb. viij. Qd antiquat ⁊ ſeneſcit ꝓpe interitum eſt. Quarto cũ bona fama populi. q2 omẽs illũ cõmendabãt. dolebant eñ mortẽ tanti viri: nõ ſperantes ſe habiturũ cõ ſimilem.

Decimo non eſt inuẽtus

ſimilis illi. ſ. bea. Ni. in tumulatiõne. Fuit eñ gl'oſe ſepultus ꝙtum ad quattuor. Primo quia in ſepulcro ſuo fuit poſitum corpus ei⁹ ſanctiſſimũ. Secũdo q2 in tumba marmorea ſicut corpus xp̃i. Tertio q2 ex eius mẽbris ſacrũ reſudat oleum: valens in ſalutem multoꝝ. Job. xxxi. Petra fũdebat mihi riuos olei. Quarto q2 a pedib⁹ fõs aq̃ ꝓfluxit. ps. Scitote qm̃ dñs ſcm̃ ſuũ. ſ. Nic. mirificauit.

Undecimo nõ eſt inuentus ſimilis bea. Nico. in aſſumptiõe. Fuit eñ

gratioſe aſſumpt⁹ q̄tum ad quattuoꝛ. Primo cū cuſtodia āgelica. vn̄ cū moꝛeref rogauit deū vt angelos ſuos ſibi mitteret: ⁊ inclinato capite vidit angelos ad ſe venientes: q̄ reuelauerūt ſibi glīam ei⁹. ps. Angelis ſuis deus mādauit de te: vt cuſtodiant te in oībus vijs tuis. Secūdo cū ꝓtectiōe diuina. quia deuote ſe cōmēdauit deo dicēs In man⁹ tuas dn̄e cōmendo ſpm̄ meū. Et iſtud fuit vltimū verbū xp̄i in cruce. Sapiē. x. Juſtoꝝ aīe. i m. d. ſunt. Tertio cū ſuſcepta eucharistia. qꝛ ſacramentū coꝛpis ⁊ ſanguinis xp̄i ſuſcepit: vt eſſet ꝯfoꝛmis xp̄o: q antequā patereť cōicauit cū ap̄lis. Quarto cū celeſti melodia. qꝛ angeli eius aīam in celū cū laudib⁹ deduxerūt. vbi celeſtiū melodia audita eſt Eſa. xxiiij. A finibus terre laudes audiuim⁹: glīaꝫ iuſti ⁊c.

Duodecimo nō eſt inuē-

tus ſimilis bea. Nico. in miraculoꝝ operatōe Siquidē opatus eſt miracula in maioꝛi mūdo: q̄tum ad quattuoꝛ elemēta. Primo in elemento ignis: qn̄ ignem Dyane extinxit. Secūdo in elemento aeris: qn̄ ab aere tempeſtatē fugauit. Tertio in elemēto aque: qn̄ nautis mare trāquillauit. Quarto in elemēto terre: qn̄ terrā ſterilem fecundauit. Etiā in minoꝛi mūdo multa miracula operat⁹ eſt quātum ad quattuoꝛ. Primo quo ad deuꝫ: ſubueniendo in tribulatione. quā iuſte patiebantur a deo: ſicut qn̄ reſuſcitauit patri filiuꝫ cū cypho in mari ſubmerſum. Secūdo quo ad diabolū: ſubueniēdo in tribulatione quaꝫ patiebantur a dyabolo. ſicut qn̄ reſuſcitauit patri filiū a dyabolo ſtrangulatū. Tertio q̄ ad tyrannos ſubueniēdo in tribulatōe quaꝫ patiebanť a tyrānis ſicut trib⁹ iuuenib⁹ falſe pncipi ab inuidis accuſatis. ⁊ quando patri reddidit filiū a Soldano detentū. Quarto quo ad tempoꝛalia: ſubueniendo in tribulatōne quā patiebanť in reb⁹. ſicut qn̄ ſubuenit iudeo q̄ imaginē ſancti Nico. in domo fecerat ⁊c. Ideo Eſa. xl dicit. In letitia egrediemini: ⁊ in pace deducemini montes ⁊ colles cantabūt coꝛā vobis laudē ⁊ oīa ligna regionis plaudēt Et ſic pꝫ quomodo beatus Nico. eſt in amicicia dei ſublimioꝛ. Vn̄ dꝛ. In q̄ viuit Nicolaus honoꝛ ſacerdotū. hic p grām tandem per gloꝛiam. Amen.

In feſto ſctē Lucie v̓gis ⁊ mar. ſmo. iij.

Profert de theſauro

ſuo noua. Math. xiij ⁊ in euangelio p̄ſentis ſolēnitatis. Geñ. ij. dixit deus. Creſcite ⁊ multiplicamini ⁊ replete terrā. Super quo Bern̄. in epiſtola dicit ſic. Utinam qui continere non valēt celibatui ſe dare nuptui nō vererentur. Eſſet ꝓculdubio melius nubere q̄ vri. in humili gradu ſaluari: q̄ in ſublimi deleri: peius viuere vel qd̄ abſit dānari. hec ille. Super quo moueo talem q̄ſtionē: vtrum beata Lucia magis meruerit virginitatem obſeruando q̄ cū ſponſo ſuo matrimonialiter habitādo. Ad iſtam queſtionem reſpondēt duo doctoꝛes noui teſtamenti: dicētes. q̄ magis meruit ex virginitate q̄ meruiſſꝫ ex matrimonio. quia excellentioꝛ eſt virginitas: q̄ matrimoniuꝫ.

Primus eſt beatus Auguſtin⁹ lib. de bono cōiugali q̄ dicit ſic. Sicut bonū erat qd̄ Martha faciebat. occupata circa miniſteriū ſctōꝝ: ſed melius qd̄ maria audiens verbū dei: ita etiam bonū Suſanne in caſtitate coniugali laudamus. Sed bonū vidue Anne magis. ⁊ Marie virginis anteponimus. Et li. de ſancta viduitate dicit ſic. Bona eſt continentia coniugalis. ſed melioꝛ cōtinentia vidualis. optima mundicia virginalis. Et li. de virginitate dicit ſic. Certa ratiōe ⁊ ſanctarū ſcripturarum auctoꝛitate nec peccatum eſſe nuptias inuenimus: nec eas bono vel virginalis continentie. vel etiā vidualis equamus. h̄ Aug.

Secūdus eſt ſanctus Tho. xxij. q. clij. articulo. iiij. in Rub. dicit ſic. Qꝛ autē virginitas ſit excellentioꝛ matrimonio manifeſte ꝓbatur.

Primo exemplo xp̄i: qui matrem virgineꝫ elegit ſicut Ambꝛoſ. lib. de officijs dicit ſic. Quāta eſt virginitatiſ gratia: q̄ meruit a xp̄o eligi: vt eſſet coꝛpoꝛale tēplum dei: in qua coꝛpoꝛaliter habitauit plenitudo diuinitatiſ. Uirgo mundi ſalutē genuit. Uirgo vniuerſoꝛuꝫ vitā peperit. hec ille. Secūdo qꝛ xp̄us virginitatem ſeruauit. Tertio ex doctrina ap̄li: q̄ i. Coꝛ. vij. virginitatē cōſuluit: tanq̄ melius bonum. Quarto quia caſtitati attribuiť decoꝛ: ideo virginitati attribuitur excellentiſſima pulchritudo. Unde Cypꝛianus libꝛo de virginitate dicit ſic. Ad virgines ſermo eſt: quarum quo ſublimioꝛ eſt gloꝛia: maioꝛ eſt cura. Flos em̄ eſt ille eccleſiaſtici germīs decus atq̄ oꝛnamentum gratie ſpiritalis: ⁊ illuſtrioꝛ poꝛtio gregis chꝛiſti. Hec ille.

Quinto quia centeſimus fructus attribuitur virginitati ſm̄ Hieronymuꝫ propter excellentiam quam habet ad viduitateꝫ cui attribuitur ſexageſimus. ⁊ ad matrimoniuꝫ cui attribuitur triceſimus.

Sexto qꝛ virgines vt dicit Apocalip.xiiij. Sequũtur agnũ quocũqꝫ ierit.quia imitant xp̄m:nō ſolũ integritate mentis.ſed etiã car nis.vt Augꝰ.dicit li.de virginitate:et ideo in pluribus ſequũtur agnũ. Septimo quia vir gines cantãt canticũ nouũ:qd̕ eſt gaudiũ de integritate ſeruata.Hec Tho.vbi ſupra. Sꝫ quia mediũ virtutis accipit ſm ꝓportionez circũſtanciarũ ad rōnem rectã.Tempus aũt eſt vna de circũſtantijs:ideo nō eſt coueniēs aliquid eſſe illicitũ vno tēpoꝛe qd̕ eſt licitũ et virtuoſuz ſi alio tempoꝛe fiat.ꝓpterea ſi in tē poꝛe quo deus ad multiplicationē generis hu mani vel cultus diuini:volebat hoīes inſiſte re operi cōiugali:aliquis ꝓpꝛio motu incoꝛru ptionem ſeruaſſet.fuiſſet in extremo diminu tionis.quia abſtinuiſſet ab omni delectabili qñ nō debuiſſet.Sed poſtea facta multiplica tione humani generis vel colentiũ deuz ſuffi cienti nō peccaſſet virginitatē ſeruãs:etiã in lege moyſi.vel in ſtatu nature integre ſi ho mo nō peccaſſet:nec feciſſet cōtra illud pꝛece ptum in pꝛincipio adductũ.quia multiplica tio poterat ꝑ alios fieri.ſed ſupꝛa pꝛeceptuz. Ad ꝓpoſituz beata Lucia vt generaret xp̄o filios ſpirituales potius ꝙ carnales:⁊ celum magis ꝙ terrã repleret:videns ſponſum ſuũ nolle acquieſcere veritati fidei ieſu xp̄i.ipſuz reliquit ⁊ rōnabiliter fecit. vt habet extra de diuoꝛ.c.quãto.⁊ ca.gaudemꝰ. ⁊ adheſit xp̄o tanꝙ celeſti ⁊ ſpũali eius ſponſo.Hec autez deſponſatio q̄ fit cũ xp̄o per virginitatem:eſt quid nouũ.quia in noua lege inductum.ideo Grego.lib.moral.dicit ſic.Gaudeat magis puella nobilis genere:ſed nobilioꝛ ſanctita te:ꝙ fit per diuinũ conſoꝛtiũ pꝛecipuã in ce lis conſecutura ſublimitatē ꝙ ſi eſſet per hu manuz cōnubium ꝓlem in terra ꝓpagatura ſublimē.hec ille.⁊ ꝓpter hoc beata Lucia ꝓ fert de theſauro ſuo noua ⁊c̄.

Pꝛofert de theſauro ſuo noua.

- Fidelitatis
- Uirginitatis.
- Pietatis
- Liberalitatis.
- Humilitatis.
- Firmitatis.
- Inuincibilitatis.

Primo beata Lucia pꝛo

fert de theſauro coꝛdis ſui:noua fidelitatis. Unde Auguſtinꝰ.ſuper Iohãnem dicit ſic. Sicut in radice arboꝛis nulla apparet ſpeci es pulcritudinis:⁊ tamē quicquid eſt ī arbo re pulcritudinis ex illa ꝓcedit ⁊ quicquid de coꝛis.Sic ex fidei humilitate:quicquid meri ti:quicquid beatitudinis anima ſuſceptura ē ex fidei fundamēto ꝓcedit.hec ille.Fides eſt ſicut lux aīme illuminans mentē.de qua dici tur Geneſ.i. Dixit deus fiat lux:factaqꝫ eſt lux. Sicut enĩ lux eſt facta ꝓpter quattuoꝛ ſic etiam fides. Pꝛimo vt tenebras effuga ret.Ideo dicitur Geñ.p̄mo.Deus diuiſit lu cem a tenebris.Sic mens hominis in pꝛinci pio eſt obſcura per ignoꝛantiã.⁊ illuminatur per fidem.Iohãnis.p̄mo.Erat lux vera que illuminat omnē hominē venientem in hunc mũdum. Secundo vt totum vniuerſum de coꝛaret:tanꝙ pꝛecioſum oꝛnamentum.quia dat omibus decoꝛem ⁊ foꝛmalem pulcritudi nem coloꝝ ſm Ambꝛo.Sic mens hominis in pꝛincipio eſt turpis ꝓpter carentiam iuſti cie oꝛiginalis:⁊ decoꝛatur per fidem. Actuũ. xv. Fide purificans coꝛda eoꝛum. Tertio vt diuina opera ⁊ occulta myſteria demon ſtraret.Si enĩ lux non fuiſſet creata:nullã de ſupercaeleſtibus noticiam haberemꝰ.vt dicit philoſophus p̄mo methaphi.Sic mens ho minis in p̄ncipio eſt ſicut tabula raſa in qua nihil ſcriptum eſt.vt patet.iij.de anima.Sed perficitur per fidem.Eſa.vij. Niſi crediderit tis non intelligetis.ꝓpterea dicit pſal.Emit te lucem tuã ⁊ veritatē tuam ⁊c̄. Quarto vt influentias ſolis ad terrã deferret.Quia ſm philoſophos mediante luce deferunt influē tie ſolis ad terras vt generent.Sic anima in pꝛincipio eſt infirma ⁊ impotens:⁊ ꝑ fidem recipit virtutē ⁊ foꝛtitudinē.Unde Bern.ſu per cantica dicit. Quid non inueniet fides? Attingit inacceſſa:deprehēdit ignota:com prehendit īmenſa:apprehēdit nouiſſima:ip ſam deniqꝫ eternitatez ſuo illo ſinu viuaciſſi mo quodãmodo circũcludit.Hec ille.Beata Lucia ratiōe huiꝰ magnitudinis fidei:dicta eſt Lucia a luce.ſ.fidei.que maxime in ea vi guit.Sicut dixit ei ſancta agatha.Fides tua matri tue ſubuenit:⁊ ecce ſana eſt. Iuxta il lud.Mathei.xv.cap̄.O mulier magna eſt fi des tua ⁊ cetera.

Secũdo beata Lucia pꝛo

fert de theſauro ſuo noua virginitatis.Unde Auguſt.in quodam ſermone dicit ſic.Inter omnia certamina chꝛiſtianoꝝ ſunt pꝛelia duriora caſtitatis.Nam ibi eſt continua pu gna:⁊ rarioꝛ victoꝛia.Rara eſt enim cōcoꝛ

dia forme atq3 pudicicie. Rara auis in ter/ris nigroq3 ſimillima cigno. Hec ille. Virginitas enī cōparat luci propter quattuor.

Primo q2 lux eſt omniū creaturaruz prima: quoniā primo fuit creata. vt habet Gen. i. Sic virginitas eſt prima oīum creaturarum. quoniā omēs creature in ſui maxima perfectiōe ⁊ integritate create ſunt. Gen. ij. Viditq3 deus cuncta que fecerat: et erant valde bona. Secūdo q2 lux eſt oīm creaturarū pulcherrima. Eph. v. Omne qđ arguit a lumine manifeſtat. Sic virginitas eſt pulcherrima oīm creaturarū. Cant. iiij. Tota pulchra es amica mea ⁊ macula non eſt in te. Tertio q2 lux eſt oīm creaturarū nobiliſſima: cum ſit obiectū nobiliſſime potentie ſenſitiue. vt dicit ſecūdo de aīa. Etiā intellectus qui eſt nobiliſſima potentia: eſt quedam lux: vt patet de aīa. Sic virginitas eſt nobiliſſima. Unde Cyprianus in ſermone de virginitate dicit ſic. Virginitas eſt ſoror angelorū: victoria libidinū: regina virtutum: poſſeſſio oīm bonorū. Quarto q2 lux eſt oīm creaturarum maxima. quoniā celo empyreo eſt coextenſa. vt dicit. ij. ſniarum. Sic virginitas eſt maxima: cui debet maximū premium. ſc3 fructus centeſimus ⁊ aureola. Intelligendū q virginitas eſt quadruplex. vt declarat ſanctus Tho. iiij. ſniar. diſt. xxxiij. q. iij. arti. ij. Ad quartuz dicendū ⁊c. Prima eſt virginitas naturalis ſicut in pueris ante baptiſmū: in quibus nullus eſt habitus virtutis. Secūda eſt ſacramētalis. ſicut in illis qui ad tēpus incorruptionē carnis ſeruant poſt baptiſmū: tamen cū propoſito nubendi ſuo tempore. Tertia eſt ſpūalis. ſicut in illis qui habent electionem conſeruādi integritatē carnis hactenus cuſtoditam. tamē ſine voto. Quarta eſt diuinalis: ſicut in illis qui ex voto virginitatē conſeruant. ſicut fuit in Beata virgine. vt habetur. xxvij. q. ij. § beata nēpe Maria. Beata lucia ratione virginitatis dicta eſt lucia a luce. ſc3 virginitatis que maxime in ea viguit. ſicut dixit ei agatha. Jocundū deo in tua virginitate habitaculuz preparaſti. iuxta illud pſal. Domū tuā dñe decet ſanctitudo.

Tertio beata lucia pfert

de theſauro ſuo nous pietatis. Unđ Amb. ſuper Beati immaculati dicit ſic. Pietas parentibus amica: deo grata: dñm conſeruat neceſſitudines ſociat: dei agit cultum: merces parentuz: ſuorū ſtipendiū. Pietas inopū iuſtorū tribunal: egenorū portus miſerorum ſuffragium indulgentia peccatorū. hec ille.

Beata Lucia habuit ad parētes magnā pietatē. quia matri ſanitatem obtinuit. Voluit enī habere curam de matre propter quattuor.

Primo propter dei preceptum. Exo. xxxi. Honora patrem tuū ⁊ matrem tuaz. Secundo propter chriſti exemplū: qui de matre in cruce pendens curam habuit. Tertio propter dei promiſſum cuz dicit. vt ſis longeuus ſuper terram. Quarto propter dei iudiciū cum dicit. Qui maledixerit patri vel matri morte moriat. Et intelligitur de vtraq3 vita ⁊ morte. ſc3 corporali ⁊ ſpūali. Qui enim honorat parentes a quibus habet vitā corporalem. deus etiam ſibi conſeruat vitā corporalem: ⁊ q eos inhonorat morit.

Quarto beata lucia pro

fert de theſauro ſuo noua liberalitatis. Unde Amb. libro primo de officijs dicit ſic. Perfecta eſt liberalitas: vbi ſilentio quis tegit opus ſuū: ⁊ occulto ſubuenit neceſſitatibus ſingulorū: quem laudat os pauperis ⁊ non ſuum vel adulatoris. Deniq3 perfecta liberalitas: fide cauſa: loco tempore: cōmendatur vt premiū operis circa domeſticos fidei maxime operet. hec ille. Beata Lucia habuit ad pauperes magnam liberalitatē. vnde poteſt ſibi couenire illud Prouerb. vlti. Manū ſuam aperuit inopi: ⁊ palmas ſuas extēdit ad paupes. Fruſtra aūt mulier fortis manū aperiret ſi i manu nihil haberet. Hec aūt virgo habuit manū apertā. q2 ſp dabat ⁊ ettēſa3 q2 oībus dabat ⁊ plenā q2 abūdāter dabat. ⁊ hylarem: q2 letanter dabat. Circa ſuū patrimoniū ſe habuit quadrupliciter.

Primo q2 dedit pauperibus. pſal. Diſperſit dedit pauperibus ⁊c. Ideo meruit celeſtem theſauruz. Math. xix. Vade ⁊ vende oīa que habes ⁊ da pauperibus ⁊ habebis theſaurum in celo. Secundo quia dedit in vita. Eſa. lviij. Anteibit faciem tuam iuſticia tua. Ideo meruit locū ſecurū. Mat. vi. Theſaurizate vobis theſauros i celo ⁊c.

Tertio quia dedit omnia nihil ſibi reſeruādo. Ideo meruit fructum centupluz. Mat. xix. Omnis qui reliquerit domum: patrem: matrem: agrum ⁊ poſſeſſionem centuplum accipiet: ⁊ vitam eternam poſſidebit.

Quarto quia dedit ſeipſaz. id eſt corpus propriū: morti ⁊ paſſioni ſe exponēdo. Ideo

m eru'r habere corpus glorificatum. Phil.
iij. Saluatorem expectam' dñm ieſum chri
ſtum qui.r.c.h.noſtre ⁊c.

Quinto beata lucia pro
fert de theſauro ſuo noua humilitatis. Un
de Aug'. in epiſtola ad Dyoſcoruȝ dicit ſic.
Non aliam tibi ad capaſſendam ⁊ optinen
dam veritatis viam inuenias: ꝙ que inuen
ta eſt ab illo qui greſſuum noſtrorum tanꝙ
deus infinitatem preuidit. Ea auteȝ eſt pri
ma humilitas. ſecunda humilitas. tertia hu
militas ⁊ quotiens interrogares hoc me di
centem audires. alludens dicto cuiuſdã pe
tentis a quodam philoſopho: qd eſſet meli
us in rethorica. Reſpondit philoſoph'. pri
ma eloquentia ſecũda eloquentia ⁊c. hec il
le. Sic beata Lucia in via chriſti ambulãs
de ſe nõ ſapiebat que ſunt ſublimitatis aut
equalitatis ſed magis ſubiectionis ⁊ humi
litatis Non enĩ ſe filiam vel ſponſam chriſti
nominauit imo ancillam dicens. Ancilla
chriſti ſum. Filia enĩ dicit nobilitatem. ſpon
ſa equalitateȝ. ancilla vero humilitatẽ. Sed
ancilla eſt quadruplex. Prima eſt ancilla
peccati Joh. viij. Omnis qui facit pctm̃ ſer
uus eſt peccati Secunda eſt ancilla nũmi
Luce. xvi. Non poteſtis deo ſeruire ⁊ mam
mone. Tertia eſt ancilla diaboli. ij. Petri.
ij A quo quis ſuperatus eſt: eius ⁊ ſeruus
eſt. Quarta eſt ancilla corporis proprij.
Roma. iij. Xpo dño non ſeruiunt: ſed ſuo
ventri. Sed beata Lucia nõ fuit ancilla pec
cati. quia hoc eſſet dãnabile. nec nũmi: quia
hoc eſſet vituperabile nec diaboli: quia hoc
eſſet periculoſum. nec corporis ſui quia hoc
eſſet ignominioſuȝ. Sed tantũ chriſti: quia
hoc eſt glorioſuȝ iuxta illud Pauli. Cui ſer
uire regnare eſt. Et ſic ptȝ ⁊c.

Sexto beata lucia ꝓfert
de theſauro ſuo noua firmitatis. Uñ Eccl.
xxvi. dicitur ſic Lucerna ſplendens ſuper
candelabrum ſanctuȝ. ⁊ ſpecies faciei ſuper
etatem ſtabilem. Eſt enĩ etas quadruplex
Prima eſt iuuentus; ⁊ hec non eſt ſtabilis
quia continue tendit ad perfectioneȝ. Se
cunda eſt ſenectus: ⁊ hec non eſt ſtabilis. q2
incipit deficere occulte. Tertia eſt ſenium
id eſt decrepitudo: ⁊ hec non eſt ſtabilis. q2
deficit manifeſte Quarta eſt etas virilis:
⁊ hec eſt ſtabilis. quia tunc natura ſtat. bea
ta Lucia licet habuerit etatem iuuenileȝ: ta
men habuit etatem virilem in mente: quia
non potuit vinci a quattuor. Primo non
a matre: attendens illud Math. x. Qui a-
mat patrem aut matrem pluſꝙ me: non eſt
me dignus. Secũdo nõ a ſponſo. Heſter
pmo. Paruipendent vxores imperia mari-
torũ. Tertio non a tyranno per obprobria
⁊ minas: quãdo dixit. Patrimoniũ tuũ cuȝ
corruptoribus expendiſti ego te faciam du
ci ad lupanar. Quarto nõ a iudice per ſup
plicia ⁊ violentias ideo ait. Nunꝙ volunta
tem meam ad conſenſum tuũ poteris reuo
care: non coinquinatur corpus niſi de conſen
ſu mentis nam ſi me inuitã feceris violari:
caſtitas mihi duplicabitur ad coronã. Sup
quo ſanctus Tho. iiij. ſniarum. diſt. xlix. q v.
articu. iij. dubio primo. ad quartum dicen-
dum dicit ſic. Si aliqua virgo per violentiã
oppreſſa fuerit: non amittit ꝓpter hoc au-
reolam virginitatis. dũmodo ꝓpoſituȝ per
petuo virginitatem ſeruandi inuiolabiliter
ſeruet illi actui nullomodo cõſentiens non
tamen per hoc perdit virginitatẽ: ⁊ hoc ſiue
ꝓ fide: ſiue ꝓ quacũqȝ alia cauſa violenter
corrũpatur Sed ſi hoc ꝓ fide ſuſtineat: erit
ei meritoriũ ⁊ ad genus martyrij pertinebit
Unde Lucia dicit. Si me inuitã feceris vio
lari: caſtitas mihi duplicabit ad coronã. nõ
ꝙ habeat duas virginitatis aureolas ſed
ꝙ duplex premiũ reportabit: vnũ pro virgi
nitate cuſtodita aliud ꝓ iniuria quaȝ paſſa
eſt Dato etiã ꝙ talis violenter oppreſſa: cõ
cipiat. nec ex hoc meritũ virginitatis perdit.
nec tamen matri chriſti equabit in qua fuit
cum integritate mentis. etiaȝ integritas car
nis hec Tho. Ideo dicitur colũna immobi
lis ⁊ cetera.

Septimo beata lucia ꝓ
fert de theſauro ſuo: noua inuincibilitatis.
Unde Grego in omel. dicit ſic. Fortes fa-
cti ſunt ſancti: terrorẽ domant: ſpiritũ robo-
rant: virtutibus coruſcant: terrena deſpici-
unt: celeſtia appetunt: occidi poſſunt: flecti
autem nequnt. nec ſuſtinere flagella per in-
firmitatem metuũt: nec leſi vnꝙ a veritate
conticeſcunt hec ille. Beata Lucia cõtra
quattuor fortiſſime pugnauit ⁊ vicit. Pri-
mo vicit peccata. ſcȝ luxuriaȝ. ideo fuit tem-
plũ dei. Unde ait. Qui caſte viuũt templũ
ſunt ſpũſſancti. vicit auariciã. Undẽ ait. Sa
crificiũ placẽs deo: eſt viſitare pauperes in
neceſſitatibus eoꝝ ſubuenire. vicit ſuperbiã

Unde ait. Tu principū tuoꝝ decreta cuſtodis: ⁊ ego dei mei legē cuſtodio. Tu principes times: ⁊ ego deū timeo. Tu illos offendere nō vis: ⁊ ego deū offendere caueo. Tu illis placere deſideras: ego vt xp̄o placeam cōcupiſco. Ideo accepit coronā regni. Unde cantat̄ de ea. Omnis plebs te expectat: vt accipias coronā regni. Et Apocal. iij. Qui vicerit faciam illū colūnam in tēplo dei mei ⁊c. Secūdo vicit mundū quo ad tyrānos qui eius mentē a vera fide ſubuertere conabant̄. Unde ipa dixit paſcaſio. Tu facq̄d ti bi vtile eſſe cognoſces. ego faciā qd̄ mihi vtile eſſe perſpexero. Mirabile em̄ fuit ꝙ fragilis femina vicit hoſtem tam robuſtū. Iuuencula hoſtē tam antiquū. puella delicata hoſtem tam aſtutū. Unde cantat̄ de ea. In tua patientia poſſediſti aīam tuam Lucia ſponſa xp̄i: odiſti que in mūdo ſunt: ⁊ coruſcas cū angelis: ſanguine ꝓprio inimicū viciſti. Ideo meruit illud qd̄ ponit̄. Apoc. iij. Qui vicerit dabo ei ſedere mecū in throno meo. ſicut ⁊ ego vici ⁊ ſedi cū patre meo in trono eius. Tertio vicit tormēta. Nam boues perdiderunt vim trahendi: q2 nec nulle hoīes nec plura paria boum ad lupanar eā trahere potuerūt: nec mirū. q2 ipſa erat membrū xp̄i. ideo .i. Coꝛ. vi. dicit̄. Tollens mēbra xp̄i: faciā mēbra meretricis? Abſit: etiā ignis perdidit vim comburendi. q2 paſcaſius anguſtiatus nimis: iuſſit copioſum ignem circa eā accendi: picem q3 reſinam ⁊ oleū feruens ſuper eam fundi: ⁊ nihil ei nocuit. Eccl. li. In medio ignis non ſum eſtuata. Quarto vicit mortē. Nam percuſſa in gutture gladio necari nō potuit. Sed ꝙdiu voluit ſuperuixit. Impetrauit em̄ a dn̄o inducias martyrij: vt credentib' auferret terrorem paſſionis. Et non credentib' auferret vocem inſultationis. vt pacē eccl'ie red ditā nūciaret: tanꝙ ꝓphetiſſa dn̄i vt corp' dn̄i reciperet ⁊ ſe deo cōmendaret: vt aduocatā ſyracuſanis ſe ꝑmitteret. Sic ḡ pz ꝙ btā Lucia mag̃ meruit v̄ginitatē obſeruando ꝙ cū ſponſo ſuo pagano m̄rimonialiter cohabitādo. Mat. v. Btī mūdo corde: q̄m ipſi deum videbūt. hic ꝑ gratiā. tandem per gloriam. Amen.

In feſto ſancti Thome apl'i. Sermo. iiij.

Thoma vidiſti me.

1 Ioh. xx. ⁊ in euangelio p̄ſentis ſolēnitatis. Beda ſup Marcū dicit ſic. Hic eſt Thomas q̄ interp̄tat̄ abyſſus vel gemin': qd̄ grece dicit̄ didimus que vtraq3 interpretatio bene cōgruit eius ſtatui. Didimus em̄ recte vocat̄: ꝓpter dubiū coꝛ in fide reſurrectiōis dn̄ice. abyſſus quo q3 dici potuit. cū altitudinē dn̄ice virtutis: reſurrectione celebrata: fide certa penetrauit. hec ille. Super quo moueo talem q̄ōnem vtrū btī Tho. tarditas: mag̃ nobis ꝓfuerit ad veritatē dei cōfirmanda ꝙ alioꝝ apl'oꝝ credulitas ad dubietatē extirpandā. Ad iſtam q̄ōnem r̄ndent duo doctores eccleſie Primus eſt btūs Greg. in omel. dicēs ſic Egit nāq3 miro modo diuina clemētia vt diſcipulus dubitās: dū in magiſtro ſuo vulnera palparet carnis: in nobis vulnera ſanaret infirmitatis. Plus em̄ nobis Thome infidelitas ad fidē ꝙ fides credentiū diſcipuloꝝ ꝓfuit: q2 dum ille ad fidē palpando ducitur: noſtra mēs om̄i dubitatione poſt poſita in fide ſolidat̄. Sic quippe diſcipulū poſt reſurrectionē ſuā dubitare ꝑmiſit. nec tamē in dubitatione deſeruit: ſicut ante natiuitatem ſuam habere Mariam ſponſam voluit qui tamen ad eius nuptias non peruenit. Nam ita factus eſt diſcipulus dubitans et palpans teſtis vere reſurrectionis: ſicut ſpōſus matris fuerat cuſtos integerrime virginitatis. hec ille. Secundus eſt Petrus rauennas ſermone. lxxix. dicēs ſic. Qd̄ apoſtoli reſurrexiſſe dn̄m mulieribus nūciantibus aut nō crediderūt aut deliramētū indicaſſe referunt̄: ḡ iter nemo arguat. Altē em̄ dubitat: q̄ alti' credit. decipi non pōt: q̄ non eſt facilis creditoꝛ vel auditoꝛ. Ignau' nimis eſt q̄ poſt exemplū inuenit̄ incautus. Rudis miles ad aciē currit q̄ cauſā belli neſcit ⁊ ius bellatoris ignoꝛat. Periti aūt eſt non ſegnis cū ſen ſiui miles veteran' accedit. h' il le. Xp̄s em̄ volēs oſ̄dere ſingularē dilecti onē ad ſcm̄ thomā ſup ceteros apl'os oſ̄dit ei q̄ttuoꝛ ſingularia ſiḡ familiaritat q3 amicicie. Primū fuit q2 exhibuit ſe ad tāgendū. Nam q̄dam cognouerunt xp̄m reſurrexiſſe ex viſu. Sicut Lucas ⁊ Cleophas eūtes in Emaus. Luce vlti. Quidā ex auditu. vt petrus. Mar. xvi. Ite dicite diſcipulis eius ⁊ petro: quia ſurrexit dn̄s. Quidam ex guſtu. vt diſcipuli qui iuerunt ad piſcationem. vt patet Ioh. vlti. Quidam ex tactu. vt Thomas. Et hoc modo nulli ſe exhibuit niſi thome. imo nec marie Magdalene: cui dixit. Noli me tāgere. Iohānis. xx. Ideo cantat̄

in eius laudem. O Thoma didime qui meruiſti xp̃m tangere. Secundũ fuit: quia exhibuit ſe ei ad confitendum. Statim em̄ viſo ⁊ palpato xp̃o: effectus eſt theologus veraꝫ ⁊ integram fidem eius cõfitendo: ꝙ̃tum ad humanitatem ⁊ diuinitatẽ: dicẽs. Dñs meꝰ ⁊ deus meus. Uidendo ergo credidit: qui cõſiderando verum hominem hunc deũ queꝫ videre nõ poterat exclamauit. Sicut em̄ ante paſſionẽ nullus apoſtolorũ cõfeſſus eſt eum eſſe verũ deum niſi Petrus qui dixit. Tu es xp̃us filiꝰ dei viui. Math. xvi. Sic etiã poſt reſurrectionem nullus cõfeſſus eſt xp̃m eſſe verum deũ niſi Thomas. Tertium fuit: q̃a exhibuit ſe ei ad certificandũ. Licet em̄ alijs apoſtolis xp̃us apparuerit poſt reſurrectionem tamẽ ſingulari modo Thomã certificauit in eo ꝙ voluit: ꝙ homo mortalis tangeret corpus glorioſum. Hoc autẽ eſt ſingulare miraculum. Unde Gaufredus carnotenſis ep̃us dicit ſic. Non em̄ credendus eſt iſte minoris meriti pre ceteris fuiſſe vt ip̃e ſolus iudicaretur indignus dñi viſiõe. Poſt dies octo iterum venit Jeſus. ⁊ Thomas erat cũ eis. Cui cuncta replicantur a dño q̃ pridie locutus fuerat velut de abſente. hec ille.

Quartum fuit quia exhibuit ſe ei ad inflãmandum. Quãuis em̄ ante paſſionem multa ſecreta reuelauerit Johãni. vt dicitur Johan. xiij. Tamen ſecreta celeſtia poſt reſurrectionẽ nõ reuelauit alicui familiariꝰ ꝙ̃ Thome. Unde Gaufredus vbi ſupra dicit ſic. Quid autẽ mirũ: ſi mira deuotione mox exclamauit. Dñs meus: ⁊ deus meus? Nõ em̄ erat iam ꝙ de eius diuinitate. ꝙ de veritate reſurrectiõis aliquatenus heſitaret: quẽ nec arcerent clauſtra. nec laterẽt ſecreta. hec ille. Ratione huius reuelationis accendebatur Thomas in amorem xp̃i: ⁊ inflammabatur Si em̄ ex verbis xp̃i accendebantur illi duo diſcipuli eũtes in Emaus dicẽtes. Nõne cor noſtrũ ardens erat in nobis. duꝫ loqueretur nobis in via: ⁊ aperiret nobis ſcripturas. quãto magis inflãmabatur Thomas ex cõtactu vulnerũ xp̃i. ⁊ ꝑpter iſtam certitudineꝫ ⁊ inflammationeꝫ: dicit xp̃s. Thoma vidiſti me.

Thoma vidiſti me.
- Per fidelitatem.
- Per obedientie velocitatem.
- Per charitatem.
- Per puritatem.
- Per poteſtatem.
- Per firmitatem.

Primo Beatus Tho. vidit xp̃m per fidelitatem. Unde Auguſti. lib. p̃mo de trinitate dicit ſic. Mentis humane acies inualida in tam excellenti luce non figitur niſi per iuſticiam fidei emundetur.

Sciendũ ꝙ non quelibet fides illuminat mentem ad videndum deuꝫ: ſed fides recta ⁊ iuſta. Eſt em̄ quadruplex fides. Prima eſt hereticoꝝ. i. Thimo. iiij. Diſcedent quidã a fide attẽdentes ſpiritibus erroris ⁊ doctrinis demonioꝝ in ypocriſi loquentium mendacium ⁊ cauteriatam habentium ſuam cõſcientiam ꝓhibentiuꝫ nubere: abſtinere a cibis quos deus creauit ⁊c̄. Secũda eſt falſorum xp̃ianoꝝ. Jac. ij. Fides ſine operibꝰ mortua eſt. Et Augu. ſermõe xxij. dicit ſic Fides appellata eſt ex eo q̃ꝺ fit. Due ſyllabe ſonãt cum dicitur fides. prima ſyllaba eſt a facto. ſecũda a dicto. Interrogo ergo te vtrum credas: dicis credo. Fac q̃ꝺ dicis ⁊ fides eſt. Ex his duobus fides fit. hec ille. Tertia eſt curioſoꝝ: quia nõ innitũtur veritati. i. Coꝝ. i. Judei ſigna querunt: ⁊ greci ſapientiã. Sic em̄ dicit Math. xij. Magiſter volumus a te ſignum videre ⁊c̄. Quarta eſt inquietoꝝ qui nõ ſunt ſtabiles ⁊ firmi. Luc. viij. Ad tẽpus credunt: ⁊ in tempore tentationis recedunt. Beatus Tho. ante paſſionem chriſti habuit fidem imperfectam: ſicut ⁊ ceteri apoſtoli. q̃m omẽs relicto eo fugerunt. Mathei xxvi. Poſt reſurrectionem etiam fuit incredulus. cum dixit. Niſi videro in manibꝰ eius fixuram clauoꝝ ⁊c̄. Quia em̄ ab alioꝝ cõgregatione receſſit: ideo incredulitatem incurrit ⁊ xp̃m videre non meruit. Cum autẽ ad congregationem apoſtoloꝝ rediijt: fidem chriſti confeſſus eſt: dicens. Dñs meus ⁊ deus meus. Ro. x. Corde creditur ad iuſticiã: ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Eius autem fides patet ex quattuor. Primo quia xp̃us eius fidem approbauit: dicẽs. Quia vidiſti me Thoma credidiſti. Johan. xx. Aliud quidem vidit: ⁊ aliud credidit: hominem vidit: ⁊ deum credidit. Secundo quia magos baptizauit ſm̄ Chriſo. Ex quo patꝫ quantã in fide excellentiaꝫ habuit. qui primitias gentiũ ad fidem baptizare ꝓmeruit. Tertio q: in ciuitate ediſſa vbi corpus ſuũ requieſcit: nullum hereticum aut infidelem ſiue iudeum ſiue paganum habitare permittit. Ex quo datur intelligi quantus ſit defenſor fidei: q̃ nullum iuxta ſe infidelem viuere permittit.

Quarto q2 eccleſia que non poteſt errare ſuā fidem imitari petit. vt cōtinet in orōne eius. 7 ſic p3 fidelitas eius.

2. Secundo btūs thomas vidit xpm per obedientie velocitatē. Unde Bern. ſermone. xxi. ſuper Cant. dicit ſic. Ceſſet voluntas ppria: 7 infernus non erit. In quē eñ deſeuiet ignis: niſi in ppriam voluntatē. Nam ppria voluntas deum impugnat aduerſus eū extollit. Ipſa eſt que paradiſum ſpoliat: infernū ditat: ſanguinem xpi euacuat: 7 ditioni diaboli mundū ſubiugat. hec ille. Uoluntas autē noſtra debet pficere voluntatem dei quadrupliciter. Primo ſicut peregrinus obſeruat viā quādo pgit ad patriam ſuam. Sumus eñ oriundi a patria celeſti: ſm aiam queadmodū angeli q2 a deo q nos creauit ad imaginem 7 ſimilitudinē ſuam. Qdiu autē ſumus in hac vita via noſtra eſt voluntas diuina. de cui9 preceptis dicit pſal. Deduc me in ſemitā mā. tuo. q2 ipſam volui 7c. Ab iſta via deuiant aliqui ad dexterā: putantes ſe facere bonū cum faciant malum. Aliqui ad ſiniſtrā: facientes qd malū eſt: 7 ſcientes illud eſſe malum. ſicut Grego. dicit. Ideo dicit Deut. v. Hec eſt via: ambulate in ea: neq3 ad dexteram neq3 ad ſiniſtram. Secūdo ſicut infirmus ſuam dietā. Qdiu eñ voluntas noſtra eſt in via infirmat, vt ait aplus. Sed diuina voluntas eſt ſua medicina: qm xps antecp medicus venit ad ſanādas noſtras voluntates per ſuam voluntatē. vt dicit Mat. ix. Ideo ſicut eger non obſeruans dietā interemit ſe. ita non obſeruans voluntatē diuinā occidit ſe. Tertio ſicut religioſus ſuā religionem. Nam aia noſtra 7 angeli ſunt eiuſdem religionis: q2 in eiſdem ordinibus collocabunt. vt dicit Magiſter ſniarū lib. ij. diſt. x. Regula autem religionis angelice eſt vt cōforment voluntatē ſuam voluntati diuine. pſal. Benedicite dño omnes angeli eius: miniſtri eius: qui facitis voluntatē ei9. Ideo 7 nos debemus facere voluntatē dei. Quarto ſicut ciuis legem pprie ciuitatis. Nam diuina voluntas eſt lex noſtre ciuitatis quā inquirimus, vt dicit. Heb. xiij. Unde Eſa. loquens de iſta ciuitate q eſt a ſua lege denoiata. dic. lxij. c. No vocaberis vltra derelicta: ſed volūtas mea in ea. Ideo ſicut boni ciues p legibus ſuarū ciuitatū mortē ſubeunt: ita 7 nos debemus facere p obſeruanda diuina volūtate. Unde dicit. Mat. vij. Quicunq3 fecerit voluntatē patris mei qui in celis eſt. hic meus frater: ſoror: 7 mater eſt. Beatus Thomas obediuit voluntati dei perfecte quo ad quattuor. Primo integraliter: quia de ſuo nihil ſibi retinuit. licet eñ prius dixerit. Dñe mitte me quouis preterq ad Indos. tamē poſtea ratio correxit dicens. Dñs meus es tu: 7 ego ſeruus tuus: fiat voluntas tua. In hoc imitat9 eſt magiſtrum ſuū. Qui ait. Math. xxvi. Pater ſi poſſibile eſt: tranſeat a me calix iſte. verūtamen non mea voluntas ſed tua fiat. Secūdo letanter: q2 ſimplici corde 7 ex caritate obediuit. Unde Bern. libro de pcelato 7 diſpenſatione dicit ſic. In ipſa obedientie via: tibi fortaſſe aliqua dura 7 aſpera poſſunt occurrere: vt accipias interdū precepta nōnulla que licet ſalubria ſint: min9 tamen ſuauia videant. Hoc ſi moleſte ceperis ſuſtinere: 7 ſic diiudicare prelatum 7 murmurare in corde etiam ſi exterius impleas qd iubet: nō eſt virtus patientie. ſed velamē malicie. hec ille. Sed beatus Thomas letiſſime 7 ex charitate impleuit diuinū mandatū pſal. In auditu auris obediuit mihi. Tertio velociter: q2 mox in Indiā eſt pfectus. Unde Bern. vbi ſupra dicit ſic. Uer9 obediens mandatū non peraſtinat: ſed ſtatim parat aures auditui: linguā voci: pedes itineri: manus operi: 7 ſe totū intus colligit. vt mandatum peragat imperantis. hec ille. Quarto perſeueranter: q2 vſq3 ad mortē exemplo xpi. de quo dicit Phil. ij. Factus obediens vſq3 ad mortem. Sic btūs Thomas vſq3 ad mortem perſeuerauit in obedientia xpi.

Tertio beatus Thomas vidit xpm p charitatē. Unde Aug9. lib. de doctrina xpiana dicit ſic. Charitas eſt actio rectitudinis: oculos ſemp habēs ad deum: glutinū aiarū: ſocietas fideliū: actio non frigida: actio non fracta: nō fugax: nō audax: non preceps. hec ille. Hanc charitatē habuit btūs Tho. vt pt3 per quattuor ſigna. 3

Primo q2 fuit xpi imitator qñ dixit. Dñe neſcimus quo vadis. 7 quō poſſumus viam ſcire. Joh. xiiij. Hoc eñ ſm Chryſ. ex multa dilectione dixit. q2 ipſum ſemp cupiebat Cui xps rñdit. Ego ſum via: veritas: 7 vita Sup quo Aug9. dicit. Ambulare vis: ego ſum via. Falli nō vis: ego ſum veritas. Mo-

ri non vis: ego uſm vita. hec ille. Secūdo
qꝛ fuit celeſtiū ꝯtēplator. vñ in nuptijs non
manducabat: ſ; oculos in celū erectos habe
bat. Mat. vi. Ubi eſt theſaurus tu9: ibi eſt
⁊ cor tuū. Ubi eſt eñ amor cordis: ibi eſt ⁊
oculus corporis. Tertio qꝛ fuit diuinoꝝ a-
uidus auditor. ſicut p; ī puella hebrea quā
dei cātationē ſepe repetere ſatagebat. Joh.
viij. Qui eſt ex deo verba dei audit. Super
quo Greg. dicit ſic. Penſet quiſq; in corde
ſuo ſi verba dei ꝑcipit. ⁊ tunc cognoſcet vñ
ſit. Qui eñ aliū diligit: libenter de eo au-
dit. ⁊ in eius mentione delectat̄. Quarto
qꝛ fuit terrenorū contēptor. Omia eñ que
ſibi rex Indie dedit: pauperibus diſtribuit.
nec aliquid terrenū ab eo accipiens ſibi re-
ſeruauit. Unde Cryſ. dicit. Uere non hab;
ſuper terram qđ amet: qui donu; celeſte in
veritate guſtauerit. Et ſic patet de feruenti
eius charitate.

Quarto btūs Thomas

vidit xp̄m per puritatem. Unde Hieroñ. in
ep'la dicit ſic. Quacūq; virtute polleas qui
buſcūq; operibus niteas: ſi cingulo caſtita-
tis careas oñia per terram trahis. hec ille.
Sciendū ꝙ virtus caſtitatis ⁊ puritat̄ mi-
litat cōtra paſſiones ꝯcupiſcentie carnalis
quattuor modis. Primo eñ militant aliq̄
contra iſtas paſſiones ſic ꝙ eas ſuperant:
nec etiā ab eis ſuperant̄. Sed manent in cō
tinua lucta: donec paſſio ſponte diſcedat.
Et tales dicunt̄ perſeuerātes. qꝛ nec cadūt
nec vincunt. Secundo aliq̄ militant: ſic ꝙ
diu pugnant ⁊ tandē vincunt: ſed cum diffi
cultate. ⁊ iſti dicunt̄ cōtinentes. Tertio a-
liqui ſic militant ꝙ iſtas paſſiones faciliter
vincunt cōfeſtim ⁊ inſurgunt ad modū bel
latoꝝ fortiū: ⁊ iſti dicūt̄ tēperati. Quarto
aliqui ſic militāt ⁊ habent iſtas paſſiones
adeo domitas: vt nequaꝙ inſurgere preſu
mant contra iudiciū rōnis. ſicut populus in
firmus q̄ eſt ſubiugat9 a fortiſſimo ꝑncipe.
⁊ qꝛ tales ſunt īpaſſibiles ad modū angelo
rū. iō dicunt̄ hñe ꝟtutē heroycā ī diuinā. qꝛ
poti9 dicunt̄ filij dei ꝙ filij hoim. Et h° modo
B. Tho. militauit ꝯ paſſiones ꝯcupiſcētie:
vt oīno īpaſſibil' foret. Intm̄ eñ dilexit pu-
ritatē ꝙ vocauit eā turrem fontē ⁊ dei mini
ſtrā. Turrē ꝓpt' ſui excellētiā: qꝛ ſicut turris
trāſcēdit domū. ſic ꝟgitas mrīmoniū. Hier.
Sicut poma ex arbore: frumētū ex ſtipula:
aurū ex terra. ita ꝟginitas de nuptijs naſcit̄.
Uocat eā fontē ꝓpter fecunditatē. Hiero.
Nuptie replēt terrā: ꝟginitas ꝑadiſu;. Uo-
cat eā dei miniſtrā: qꝛ ꝟgines deo aſſiſtunt.
Apocal'. xiiij. Hij ſequūtur agnū quocūq;
ierit. ⁊ ſic p; ei9 puritas quā valde dilexit.

Quinto btūs Thomas

vidit xp̄m ꝑ ptātem quā habuit in miracu-
lis faciendis. Uñ Cryſ. ſup Mat. dicit ſic.
Tria totus mundus mirabat̄. ſc; xp̄m poſt
mortē reſurrexiſſe. carnē in celū aſcendiſſe:
⁊ ꝑ. xij. apl'os piſcatores totū mūdū ꝯuer
tiſſe. Hui9 aūt quadruplex fuit cā. ſ. pecu-
nie cōtemptus. glie defectus. ſecularīū occu
pationū ſegregatio. ⁊ terribiliū paſſionum
toleratio. hec ille. Beatus Thomas mul-
tos ſanauit quadrupliciter. Primo dādo
q̄buſdam medicinā purgatiuā: ſicut regi in-
die ⁊ pluribus alijs quos a peccato purga-
uit. Secundo dando quibuſdā medicina;
melioratiuā. ſicut illis quos ad virginitate;
induxit. vt patet de ſponſo ⁊ ſponſa: quos
bñdixit ⁊ in virginitate cōſecrauit. Tertio
dando quibuſdā medicinā conſeruatiuā: ſi-
cut illis quos ad dandū elemoſynas ꝓuo-
cauit. Elemoſyna eñ grām dei conſeruat.
iuxta illud Eccl'. xxix. Gratiā hois quaſi pu
pillā conſeruabit. Quarto dando q̄buſdā
medicinā ꝑſeruatiuā: ſicut illis quos ad au
diendū ꝟbū dei induxit. q̄bus. xij. g̊dus di-
ſtinxit. vt p; in legē da. Pſal'. In corde meo
abſc. e. t. vt nō. p. ti. ⁊c. Aſſimilabat eñ ꝟbū
dei collirio emplaſtro: potioni ⁊ cibo. quia
ꝯuertit q̄ttuor gña hoim. Primo quoſdā
illuminabat ad fidē. ſicut illos de India in-
feriori: ⁊ iſtis appoſuit colliriū. Nā poſt pre-
dicationē eius baptizati ſunt. ix. milia viroꝝ
exceptis mulierib9 ⁊ paruulis: ⁊ in India ſu
periori illuminauit Sinthicen ⁊ conuertit
Migdoniā vxorē Cariſij cognati regis ⁊c.
Pſal' Lucerna pedibus meis verbū tuū: ⁊
lumē ſemitis meis. Secūdo quoſdā doce-
bat humilitatē: ⁊ iſtis a tumore ſuperbie frā
gebat emplaſtrū: ſicut regē Indie minoris
⁊ reginas indie ſupioris. Tertio quoſda;
inducebat ad ꝯfeſſionē: ⁊ iſtis dabat potio-
nē. Nam cū apl's eſſet poſit9 in carcere veni-
ens Migdonia ꝯfitebat̄ ei rogās eū vt ſibi
indulgeret ꝙ ꝓpter eā in carcerē miſſus eēt
quā ille benigne ꝯſolās. hec oia ſe libēter pa
ti aſſeruit. Quarto quoſdā timidos cōfor-
tabat: ⁊ iſtis dabat cibū. ſicut regē Indie in
ferioris poſtulantē veniā ab apl'o ꝓ eo ꝙ

tradiderat eū in carcerē ob fabricā palatij.
cui apłus ait. Multū vobis pſtitit de⁹ vt ſe
creta ſua vobis oñderet ⁊c. ⁊ ſic pȝ ei⁹ ptās

6 **Sexto beatus tho. vidit**
xp̄m p firmitatē. Nā ante xp̄i paſſionē hāc
firmitatē ſe habere docuit: cū dicit. Eamus
⁊ nos ⁊ moriamur cū illo. Joh. xi. Non enī
dixit. Fugiam⁹ cū eo. qz xp̄s mortē nō expe
ctabat. ſed dicit eam⁹ cū eo: qz xp̄s ſpōte ad
mortē ibat. Eſa. liij. Oblatus eſt: qz voluit.
nec dixit eatis vos: ſʒ eam⁹ nos. qz voluit ſi
bi eſſe ſocius in aduerſis q̄ fuerat in pſperis
Legit̄ de Ceſare q̄ nunq̄ dixit militib⁹ ſuis
ite. ſʒ venite. dicebat enī q̄ labor cū duce par
titus minor videt̄ eē militib⁹. nec dixit mo
riamur ante eū. qz hʒ nullius fuiſſet vtilitatꝪ:
cū ianua nō eſſet aperta: nec poſt eū. qz viue
re poſt eū: nō reputabat vitā: ſʒ mortē. ſed di
xit cū eo. Sciebat enī q̄ btūs erat ille q̄ mo
riebat̄ cū eo. ſicut pȝ in latrone. etiā poſt xp̄i
paſſionē: docuit ſe habere firmitatē in hoc
q̄ grauiſſima ſuſtinuit tormēta. q̄ oīa xp̄s
in gloriā cōmutauit. Nam de percutiēte ma
xillā: vidit iuſtam vltionē. Incarcerat⁹ a re
ge: vidit honorificā liberatōeʒ. ſup laminas
adustus: vidit fontis emanationē. In for
nacē piectus: vidit roris refrigerationē. lan
ceis pforatus: vidit felicē coronationē. Et
in ijs omnibus vidit chriſtum: hic per gra
tiam ⁊c. Amen.

In feſto Natiuitatis dn̄i. Sermo. v.

Vidimus gl'iā eius
v Joh. i. ⁊ in euangelio p̄ntis ſo
lēnitatꝪ Porpha dauid in pſal.
dicit ſic. Annūciauerūt celi iuſticiā ei⁹: ⁊ vi
derūt oēs ppl'i gloriā eius. Sup quo xbo
moueo talē qōnem. Utrum credere miſte
rium diuine incarnationis ſit fundamentū
humane ſaluationis. ad iſtam. q. r̄ndēt tres
doctores noui teſtamēti. Prim⁹ eſt btūs
Aug⁹. libro de correptiōe ⁊ gr̄a dicēs ſic. Il
la fides ſana eſt qua credimus nullū hoieʒ
ſiue maioris ſiue parue etatis liberari a cō
tagio mortis ⁊ obligatione peccati. niſi per
vnū mediatorē dei ⁊ hoim ieſuʒ xp̄m. Se
cūdus eſt btūs Greg. ſup Ezech. dic̄ ſic. Et
q̄ preibāt ⁊ q̄ ſequebant̄ clamabāt dicētes.
Oſanna filio dauid bn̄dict⁹ q̄ venit in noīe
dn̄i. Quia oēs electi q̄ in iudea eſſe potue
rūt: ſiue q̄ nūc in eccl'ia ſunt in mediatorē dei
⁊ hoīm crediderūt ⁊ credūt. Tertius ē ſan
ctus Tho. ſecūda ſcde. q. ij. arti. vij. dicēs ſic
Illud pprie ⁊ per ſe pertinet ad obiectum
fidei per qḋ homo beatitudinē conſequitur
Uia autem hominibus veniendi ad beati
tudinē: eſt miſteriuʒ incarnationis ⁊ paſſio
nis xp̄i. Dicit̄ enī Actuū. iiij. Non eſt aliud
nomen datuʒ hoibus in quo oporteat nos
ſaluos fieri. ⁊ ideo miſteriuʒ incarnationis
xp̄i aliqualiter oportuit omi tēpore eſſe cre
ditum apud omes. hec ille. Tamen p maio
ri declaratione ponit ſctūs Thomas ibidē
quattuor cōcluſiones. Prima cōcluſio. an
gelus ante cōfirmationē habuit fidē de fu
tura beatitudine. Patet: qz cognitio fidei ē
ſupra naturalē cognitionē angeli de deo. Sʒ
angeli ſunt creati cū dono gr̄e. ideo neceſſe
eſt dicere q̄ p gr̄am acceptā ⁊ nondū pſum
matā fuerit in eis inchoatio qdaʒ ſperande
beatitudinis. Que qdē inchoat̄ in voluntate
p ſpem ⁊ charitatē. ſʒ in intellectu p fidē. Er
vero in ſtatu pme pditionis angeli nō erat
obſcuritas culpe vel pene. inerat tn̄ intelle
ctui angeli qdā obſcuritas naturalis ſm q̄
oīs creatura tenebra ē cōparata imenſitati
diuini luminis: ⁊ talis obſcuritas ſufficit ad
fidei rōnē. Uñ angelos nō oīno latuit miſte
riū regni dei. i. incarnatiōis. ſicut dicit Aug⁹
v. ſup Gen. ad lr̄am. Quaſdā tn̄ rōnes hui⁹
miſterij pfecti⁹ cognouerūt xp̄o reuelāte. Sʒ
Thomas. Secūda pcluſio. ante ſtatū pcti
hō habuit explicitā fidē de xp̄i incarnatione
ſm q̄ ordinabat̄ ad pſummationē gl'ie nō
aūt ſm q̄ ordinabat̄ ad liberationē a pctō
p paſſionē ⁊ reſurrectionē. Patet: qz nō fuit
pſcius pcti futuri. Videt̄ aūt incarnatiōis
xp̄i pſcius fuiſſe: p hʒ qḋ dicit pter hʒ relin
quet hō prēm ⁊ matrē ⁊ adherebit vxori ſue
vt habet̄ Gen. ij. Et hoc apl's ad Eph. v. di
cit. Sacr̄m magnū eſſe in xp̄o ⁊ eccl'ia. Qḋ
qdē ſacr̄m nō eſt credibile primū hominē
ignoraſſe. Licet autē in ſtatu pme conditio
nis non fuerit auditus ab hoie exterius lo
quēte. fuit tn̄ a deo inter⁹ inſpirante. Sicut
⁊ pphete audiebāt ſm illud pſ. Audiā qd
loquat̄ in me dn̄s de⁹. Tertia cōcluſio poſt
peccatū fuit explicite creditum miſteriū xp̄i
non ſolum quantū ad incarnationē. ſʒ etiaʒ
quantū ad paſſionem ⁊ reſurrectionē q̄bus
humanū genus a peccato ⁊ morte liberat̄.
Patet: qz aliter non prefiguraſſent xp̄i paſ
ſionem q̄buſdam ſacrificijs ⁊ ante legem ⁊
ſub lege. Quorum quidem ſacrificiorum ſi
gnificatū explicite maiores cognoſcebant.

minores autem ſub velamine illorum ſacrificiorum credentes ea diuinitus eſſe diſpoſita de chriſto venturo: quodãmodo habebãt velatam fidem: ⁊ tanto difficilius cognouerũt: quanto chriſto propinquiores fuerunt.

Quarta concluſio: poſt tempus gratie reuelate: tam maiores ꝙ minores tenentur habere fidem explicitam de myſterijs chriſti. Patet quia precipue tenentur ꝙtum ad ea que cõmuniter in eccleſia ſolenniſantur ⁊ publice ꝓponũtur, ſicut ſũt articuli fidei. Alias autem ſubtiles cõſiderationes circa articulos: tenentur aliqui magis vel minus explicite credere. ſm qꝺ ꝯuenit ſtatui ⁊ officio vniuſcuiuſqꝫ. Un̄ credere explicite myſteriuꝫ xpi omni tempore ⁊ quo ad omnes neceſſariuꝫ fuit. Hec Tho. eodẽ articulo. Quia vero hij omnes hanc fidem cognouerunt eſſe adimpletam. Ideo dicunt. Uidimus gloriã eius.

Uidimus gloriam eius.
- Nos angeli.
- Nos patriarche.
- Nos prophete.
- Nos iudei.
- Nos apoſtoli.
- Nos gentiles.
- Nos xpiani.

Primo nos angeli vidimus gloriam diuinitatis coniunctã humanitati Jeſu xpi in ſua ſacratiſſima natiuitate. Qꝺ patet quadruplici ratione. Primo ratione temptationis. Nam vt dicit Bern̄. ſuper illud Jone. i. Propter te orta eſt ſup nos hec tempeſtas ⁊c. Lucifer cognouit naturaꝫ humanaꝫ puenire ad hanc dignitatẽ vt eſſet deus: ⁊ exaltari ſupra naturaꝫ angelicam: iõ inuidit homini ⁊ temptauit eum. Sapien. pmo. Inuidia dyaboli mors introiuit in orbẽ terrarum. Non em̄ inuidit homini niſi de maiori felicitate quã homo erat habiturus ſupra naturam angelicam: que felicitas erat vt homo eſſet deus. Secũdo ratione reſtaurationis. Nam ruina angelica debebat reſtaurari ex hominibus. Hebre. Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi ppter eos qui hereditateꝫ capiunt ſalutis. Hec autem reſtauratio non poterat fieri niſi impleto ſacramento incarnationis filij dei. Titum iij. Apparuit benignitas ⁊ humanitas ſaluatoris noſtri dei non ex operibus iuſticie q̄ fecimus nos. ſꝫ ſm ſuã miſericordiã ſaluos nos fecit. Tertio rõne ſaluationis. Nã beata virgo fuit edocta myſterium incarnationis filij dei per angelum. vt patet Luce. i. Miſſus ē angelus a deo ⁊c. Super quo dicit Beda in omel. Aptum ꝑfecto humane reſtauratõis indiciũ: vt angelus a deo mitteret ad virginem partu cõſecrandaꝫ diuino: quia pma ꝑditionis humane fuit cauſa: cũ ſerpẽs a dyabolo mittebatur ad mulierem ſpũ ſupbie decipiendã: imo ipſe in ſerpẽte dyabolus veniebat: q̄ genus humanũ deceptis parentibus primis: imortalitatis gloria nudaret. hec ille

Quarto rõne euangelizationis. Nã in hoc ſeruatur diuina ordinatio ſm quã mediantibus angelis diuina ad homĩes perueniunt. Unde dicit Dyo. iiij. Cele. hierar. Et diuinũ Jeſu benignitatis myſteriũ angeli pmi edocti ſunt. poſtea p ipos ad nos diuinitatis cognitio tranſiuit. ppterea angelus hodie ad paſtores ait. Euãgelizo vobis gaudium magnuꝫ qꝺ erit omni populo. qꝛ natus eſt vobis hodie ſaluator mũdi. Et ſubito facta eſt cũ angelo multitudo celeſtis exercitus. vt dicit Luce. ij. ⁊ ſic patet primũ.

Secundo nos Patriarche vidimus in figura gl'ia dñice incarnationis diu ante. Abel em̄ vidit incarnationem xpi in virginitate: in ſacerdotio: in martyrio. Un̄ Augu. li. diuerſarũ. q. ad Oroſiũ dic ſic. Tria maxime iuſticie preconia in Abel fuiſſe cõprobant. ſ. virginitas. ſacerdotiũ. ⁊ martyriuꝫ. In q̄bus xpi figurã pmus geſſit. Jõ ignis miſſus eſt de celis. qui hoſtiã abel ſicut ſepe factũ eſſe viris ſanctis legimus. approbauit hec Augu. ⁊ Heb. x. Acceſſiſtis ad ſanguinis aſp. me. lo. ꝙ abel. Noe vidit hãc incarnationẽ in archu federis. Gen̄. ix. Hoc erit ſignũ federis inter me ⁊ terrã. Arcũ meũ ponã in nubibus celi. Qꝺ exponens Johes euangeliſta. Apoc. x. dic. ſic. Uidi alterũ angelum fortẽ deſcendenteꝫ de celo: amictũ nube: ⁊ hyris in capite eius. Iſte angel' eſt fili' dei. Nubes leuis eſt humanitas de virgine ſũpta. Eſa. ix. Aſcendit dñs ſup nubẽ leuẽ. Arcus iſte eſt diuinalis miſeratio. Nam in arcu ſunt due ptes: pma ⁊ fortis eſt lignũ: ſecunda ⁊ debilis eſt linũ. ⁊ tñ pars debilior. ſ. linũ ſeu chorda incliat ptem fortiorẽ. ſ. lignũ. Sic in xpo humanitas tanꝙ pars debilior incliauit diuinitatẽ fortiorẽ ad ſagittandũ dyabolum. ⁊ miſerendũ homini. Iſte arcus ſ apparuit in celo. i. vtero virginali in ſignũ federis id eſt noſtre ſaluatiõis. ⁊ hoc in figura vidit

Noe.vt ꝑ;patz. Abraham vidit gloriā huius
incarnatiōis.quia vt dicit Geñ.xv. Eleuās
autē oculos abraham cū occubuiſſet ſol ap⸗
paruit clibanus fumās:⁊ lampas ignis trā⸗
ſiens ꝑ diuiſiones illas. Per clibanuz fumā
tem:intelligit vterus virginalis ſanctificatꝯ
ſpiritu ſancto. Luce ṗmo. Spūſſanctus ſuꝑ.
inte:⁊ vir.al.ob.tibi. Per lampadē intelligit
xp̄us. Iuxta illud Eſa.vi. Saluator eiꝯ vt lā
pas accendatur.ideo gauiſus eſt abraham.
Joh.viij. Abraham pater vr̄.ex.vt vi.di.m.
vi.⁊ g.eſt. Iſaac vidit gl̄iam dñice incarna
tionis:quādo egreſſus ad meditandū ī agro
inclinata iam die:accepit Rebeccam in vxo
rem Geñ.xxiiij. Et ſancta mater eccleſia de⸗
clarat hanc meditationem Iſaac.ꝙ tunc co⸗
gnouerit xp̄m incarnandū dicēs ſic. Vergē⸗
te mūdi veſpere vti ſponſus de thalamo.ſ.fi
lius dei:egreſſus honeſtiſſima virginis ma⸗
tris clauſula.ſ.vt deſponſaret ſibi in vnitatē
ſuppoſiti naturā humanā. Jacob vidit glo
riam diuine incarnationis.quia vidit ſchalā
ſuper terrā:cuius caput pertingebat ad celū:
⁊ dñm innixū ſcale:⁊ angelos dei aſcenden⸗
tes ⁊ deſcendentes ꝑ eam: ⁊ ait. Vidi dñm
facie ad faciez ⁊ ſalua facta eſt anima mea.
Geñ.xxxij. Per hanc ſcalaz intelligit huma⸗
nitas xp̄i.cui diuinitas eſt cōiuncta angeloꝝ
leticia ⁊c. Joſeph vidit gl̄iam dñice incarna
tionis:qñ expoſuit ſomniū pincerne pharao
nis de tribus ꝓpaginibꝯ in vite dicēs. Tres
ꝓpagines tres adhuc dies ſūt:poſt quos re⸗
cordabitur pharao miſterij tui. tūc reſtituet
te in gradū priſtinuz. Geñ.xl. Tres dies ſūt
tria tempora.ſ tempus legis naturalis.tem⸗
pus legis ſcripture.tēpus legis gr̄e.q̄ ſignā⸗
tur in tribus miſſis ſolennibus quas hodie
celebrat eccleſia. In tertio tēpore deus pa⸗
ter miſertus eſt generi humano:cū ip̄m reſti
tuit ad participandā gloriam diuinitatis in
chriſto.

Tertio nos prophete ſpi⸗
ritu ſancto reuelante vidimus gl̄iaz dñice in
carnationis.vt patet. Moyſes hanc vidit
in Rubo ardente ⁊ non cōbuſto.vt habetur
Exo.iij. Per ignē figurat diuinitas. Iuxta il
lud Deus noſter ignis conſumens eſt. Per
rubum figuratur virtus virginalis. Iuxta il⸗
lud. Rubum quē viderat moyſes incombu.
conſer.agno.t.l.v.d.ge. Aaron hanc vidit
quando ṗcepit deus ꝙ ſingule tribus pone⸗
rent virgas ſuas ſuper altare dei. Sola autē
virga aaron ſicca ⁊ arida floruit:fronduit:et
fructuz amigdalinū ꝓtulit. Nume.xvij. Per
hanc virgā figurat beata virgo. Eſa.xi. Egre
dietur virga de radice ieſſe:⁊ flos de radice
eius aſcendet.⁊ hoc nō naturaliter ſed virtu
te dei. Iuxta illud. Non ex virili ſemine ſꝫ mi.
ſpi.v.d.f.c.f.ven.floruit. Gedeon hanc vidit
in vellus quādo apparuit pluuia deſcendēs
in vellus: terra nō madefacta.pluuia.i.dei fi
lius.deſcendit in vellere.i.in vterū virginis.
ṗs. Deſcendit ſicut pluuia in vellus:terra nō
madefacta.i.virginitate incorupta. Iuxta il
lud. Quando natus es ineffabiliter de virgi
ne tunc implete ſunt ſcripture. Sicut pluuia
in vel.deſ.vt ſal.fa.ge.hu. Joſue hanc vidit
in ſtatione ſolis:qñ pugnans cōtra Gabaō
ait. Sol cōtra gabaon ne mouearis.⁊ ſtetit
ſol ſpatio vnius diei in medio celi. Joſue.x.
Quia ſol.i. eſt filius dei Malachie.iij. Orie
tur vobis timentibus nomē meū ſol iuſticie
Stetit in medio celi.i.in vtero virginali. ṗs.
Suſcepimus deus miſericordiam tuā in me
dio templi tui. Dauid hāc vidit: qñ in pſal.
dixit: Miſericordia ⁊ veritas obuiauerunt ſi
bi:iuſticia ⁊ pax oſculate ſunt. Naz in myſte
rio incarnatiōis xp̄i fuit vnio diuinitatis cū
humanitate:⁊ vnio anime ⁊ corporis. Miſe
ricordia cōuenit diuinitati. ṗs. Miſericors ⁊
miſerator dñs. Veritas humanitati. Johā.
ṗmo. Plenū gratie ⁊ veritatis. Iuſticia ani
me xp̄i. Eſa.lvi. Iuxta eſt ſalus mea vt veni
at ⁊ iuſticia mea vt reuelet. Pax cōuenit cor
pori xp̄i. Eſa.liij. Diſciplina pacis noſtre ſu⸗
per eum.tunc autē miſericordia ⁊ veritas ob
uiauerunt ſibi qñ diuinitas vnita eſt huma⸗
nitati xp̄i tūc iuſticia ⁊ pax oſculate ſunt:qñ
anima xp̄i infuſa eſt corpori xp̄i in quo fuit
omnimoda pax:q2 nulla peccati cōtagio.qñ
veritas.i.corpus xp̄i:de terra.i.de maria vir
gine orta eſt. Sicut enī primus adam de ter⸗
ra virgine operatione ſpūſſancti ſubito for⸗
matus eſt.ſic corpus chriſti de maria virgīe
ſpiritu ſancto operante mox formatū eſt. Iu
ſticia vero.i.anima xp̄i de celo ꝓſpexit.quia
ab inſtanti creationis fuit perfectiſſime bea
ta.⁊ vidit deum intuitiue ⁊ beatifice. Salo
mon hanc vidit:quando dixit. Cāti.iij. Egre⸗
diemini ⁊ videte filie ſyon regem Salomo⸗
nem in dyademate quo coronauit eum ma⸗
ter ſua in die deſpōſationis illius ⁊ in die le⸗
ticie cordis eius. Sed vbicunqꝫ in libro can⸗
ti.ponitur nomen Salomonis intelligendꝯ
eſt ipſe deus .vt dicunt doctores hebreorū.

Synagoga autem nunq̄ vocatur mater dei
in ſcriptura.ſed ſponſa:filia:amica:⁊ virgo.
vt patet Jeremie.xi.⁊.xxxi.Si ergo deus ha
bet matrem ⁊ non ſm̄ naturam diuinam.ſe
quitur ꝙ habeat eam ſm̄ naturam humanā
Eſaias hanc vidit:quādo.ix.ca.dixit. Par‑
uulus datus eſt nobis ⁊ filius natus eſt no‑
bis ⁊ factus eſt principatus ſuper humeruꝫ
eius ⁊ vocabitur nomē eius admirabilis cō
ſiliarius:deus fortis:pater futuri ſeculi prin‑
ceps pacis.Sed hec auctoritas intelligit̄.de
meſſia:vt patet per tranſlationeꝫ caldaicā:q̄
dicit ſic. Infans datꝰ eſt nobis ⁊ recipiet ſuꝑ
ſe ad ſeruandum legem.⁊ vocabitur nomen
eius ante.admirabilis conſilij:deus fortis ꝑ
manens in ſecula ſeculoꝝ Meſſias in eius
diebus pax multiplicabitur. Et patet ꝙ loq̄‑
tur de xpo. Jeremias hanc vidit: quando
xxiiij.ca.dixit.Ecce dies veniunt dicit dn̄s et
ſuſcitabo dauid germen iuſtū,⁊ regnabit rex
⁊ ſapiens erit ⁊ faciet iudicium ⁊ iuſticiaꝫ in
terra.Et hoc eſt nomen quod vocabunt eū.
dominꝰ iuſtꝰ noſter.Sed hec auctoritas loq̄
tur de xp̄o.vt patet per tranſlationeꝫ caldai‑
cam:que dicit ſic. Ecce dies veniunt dicit do
minus:⁊ ſuſcitabo Meſſiam iuſtum .⁊ hoc
eſt nomen qd̄ ipſi appellant eum.dominꝰ iu
ſtus noſter.Et ſic patet intellectus ⁊c̄.
Ezechiel hanc vidit: quando.xliiij.cap.ait.
Conuerti me ad viam porte ſanctuarij exte‑
rioris que reſpiciebat ad orientē:⁊ erat clau‑
ſa.Et dixit dominus ad me. Porta hec clau‑
ſa erit ⁊ non aperietur:⁊ vir non tranſibit ꝑ
eam.quoniam dominꝰ deus iſrael ingreſſus
eſt per eam.Auguſtinꝰ in quodā ſermōe ex‑
ponit hoc dicēs ſic.Quid eſt porta in domo
domini clauſa:niſi ꝙ virgo maria ſemꝑ erit
intacta:Quid eſt vir non tranſibit per eam:
niſi quia Joſeph nō cognouit eam: Quid ē
dominus ingredietur ⁊ egredietur per eam:
niſi ꝙ filius dei naſcetur ex ea: Daniel hāc
vidit:quando.ix.ca.ait.Septuaginta hebdo
made abbreuiate ſunt ſupra populum tuū:⁊
ſupra vrbem ſanctam tuam:vt cōſumatur p̄
uaricatio:⁊ finem accipiat peccatum et delea
tur iniquitas:⁊ adducatur iuſticia ſempiter‑
na:⁊ impleatur viſio ⁊ prophetia ⁊ vngatur
ſanctus ſanctorum. Per has hebdomadas
intelliguntur.cccc.xc.anni vt patet. Aggeus
propheta hanc vidit: quando.ij.caplo dixit.
Adhuc modicum:⁊ ego mouebo celuꝫ ⁊ ter
ram mare ⁊ aridam ⁊ veniet deſideratꝰ cun‑
ctis gentibus ⁊ magna erit gloria domꝰ iſtiꝰ
nouiſſime:magis q̄ prime dicit dominus ex
ercituuꝫ ⁊ cetera. Zacharias propheta hāc
vidit:quando.ix.caplo dixit.Exulta ſatis fi‑
lia ſyon.iubila filia hieruſaleꝫ.Ecce rex tuus
venit ſanctus ⁊ ſaluator:pauper ⁊ ſedens ſu
per aſinam.Scd̄m gloſas hebreorum ſuper
illud Canti.p̄mo.Exultabimus ⁊ letabimur
in te deo ſancto benedicto.Predicta aucto‑
ritas zacharie:intelligitur de aduentu meſſie
vt patet.

Quarto nos Judei vidi mus gloriam dominice incarnationis.

Primo nos doctores legis dicentes cum
Eſaia.xxiiij.ca.A finibꝰ terre laudes iuſti au
diuimus gloriam iuſti, Secretum meum mi
hi.ſecretum meum mihi.id eſt ſecretuꝫ gene‑
rationis eternalis ⁊ temporalis filij dei. Itē
in gloſa noſtra ſuper illud Eſaie vltimo.An
teq̄ parturiret peperit.que dicit ſic.Anteq̄ na‑
tus fuiſſet ille qui in ſeruitutem redegit vlti‑
maꝫ:natus fuit ſaluator.id ē ante natiuitatē
Titi ⁊ Veſpaſiani:qui ciuitatem ⁊ templuꝫ
deſtruxit:⁊ populum captiuauit.in ſeruitutē
ſubegit:vt patet per tranſlationem caldaicā.
que dicit.Adhuc non erat ei veniens angu‑
ſtia ⁊ adhuc nō venerat ei dolor propter par
tum:⁊ reuelabitur meſſias.Sed dolor ⁊ an‑
guſtia partus exprimit calamitatem in obſi‑
dione hieruſalem. Paſtores viderunt hāc
gloriam.Juxta illud Luce.ij. Paſtores loq̄‑
bantur adinuicem Tranſeamus vſq; Beth
leem ⁊ videamus hoc verbum quod factum
eſt quod dominus fecit ⁊ oſtendit nobis.Et
venerunt feſtinantes ⁊ inuenerunt Mariaꝫ
⁊ Joſeph:⁊ infantem poſitum in preſepio.
Super quo Beda in ſermone dicit ſic. Pa‑
ſtores quidē illi: felici gaudio feſtinarunt vi‑
dere qd̄ audierant.⁊ quia ardenti amore q̄‑
ſierunt.continuo ſaluatorem quē queſierunt
inuenire meruerunt.hec ille. Sic ergo vide‑
runt. Symeon vidit hanc gloriam. Juxta
illud Luce.ij.Et ecce homo erat in Hieruſa‑
lem:cui nomē Symeon ⁊ homo iſte iuſtus
⁊ timoratus:expectans conſolationeꝫ iſrael.
Super quo Auguſtinus in ſermōe dicit ſic.
Multum ſenex iſte fuit ad audienduꝫ ſerus:
ſed ad videndum maturus.Non expectauit
vt videret xp̄m loquentem.quando vidit in
fantem.⁊ hoc illi iam conceſſum erat decrepi
to:quaſi deſideranti ⁊ ſuſpiranti ⁊ dicenti in
orationibus ſuis. Quando veniet: Quādo
naſcetur:Quando videbo: Putas durabo:

Putas me hic ueniet? Putas iſti oculi vide
bunt per quem cordis oculi reuelabũtur? Di
cebat iſta quotidie in orationibus ſuis: ⁊ ꝓ
deſiderio ſuo accepit reſponſum: ꝙ non gu-
ſtaret mortem niſi videret xp̄m domini. Hec
Auguſtinus. Ideo dixit. Nunc dimittis do-
mine ſer. ⁊c̄. Anna prophetiſſa filia Pha-
nuel de tribu aſſer: vidit hanc gloriaꝫ. Iuxta
illud Luce. ij. Et hec ipſa hora ſuperueniens
confitebatur domĩo: ⁊ loquebatur de illo om-
nibus qui expectabant redemptioneꝫ iſrael.
Sic ergo ipſa vidit. Zacharias ſacerdos pa
ter Iohannis baptiſte vidit hanc gloriaꝫ di
cens. Luce p̄mo. Tu puer ꝓpheta altiſſimi
vocaberis. p̄ibis eñ ante faciem domini pa-
rare vias eius ⁊c̄. Uſqꝫ oriens ex alto ⁊c̄.
Helisabeth mater Iohannis baptiſte vidit
hanc gloriam: dicens Luce p̄mo. Unde hoc
mihi vt veniat mater dñi mei ad me? Om̄s
iſti clare viderunt.

Quinto nos apoſtoli vi
dimus gloriam dominice incarnationis. Iu
xta illud. Luce. x. Beati oculi que vident que
vos videtis. ⁊ .i. Iohannis primo. Qd̊ audi
uimus: quod vidimꝰ oculis noſtris quod ꝑ-
ſpeximus: ⁊ manus noſtre contractauerunt
de verbo vite. hoc teſtamur ⁊ annunciamus
vobis ⁊ hoc ſcimus quoniam cognouimus
eum. et ſic patet.

Sexto nos Pagani vidi
mus gloriam dominice incarnatiõis. In ho
dierna chriſti natiuitate. Iob vidit hãc glo
riam. Unde ſanctus Thomas ſecunda ſecũ-
de. queſtione: ij. articulo. vij. dicit ſic. Multis
gentiliuꝫ facta fuit reuelatio de chriſto. vt pꝫ
per ea que predixerunt. Nam Iob. ix. ca. dici
tur. Scio ꝙ redemptor meus viuit: ⁊ in no-
uiſſimo ⁊c̄. hec Thomas. Qui tamen ꝓphe-
tans de chriſto xxxi. ca. dicit ſic. Uidi ſolẽ cuꝫ
fulgeret: ⁊ lunã incedentem clare ⁊ letatũ eſt
cor meũ in abſcondito. Significans ꝑ ſoleꝫ
diuinitatẽ: per lunã humanitateꝫ in xp̄o: que
inceſſit clare i. ſine cõtagione vllius peccati.
⁊ quia hanc gloriam vidit: mente ⁊ ſpiritu le
tatus eſt ⁊c̄. Sibille etiam viderunt hanc
gloriam. de quibus ſanctus Thomas ibidẽ
dicit ſic. Sibille etiam quedam prenunciaue
rũt de xp̄o. vt Auguſtinꝰ dicit. hec Thomas
de quibus ſigillatim videamus. Sibilla ꝑ-
ſica: veſtita aurea veſte cum velo albo in ca-
pite dicit ſic. Ecce beſtia conculcaberis ⁊ gi-
gnetur dominꝰ in orbem terrarum ⁊ gremiũ
virginis erit ſalus gentium. ⁊ pedes eius in
valitudine hominũ. Inuiſibile verbuꝫ palpa
bitur. Sibilla Libica: ornata ſerto viridiuꝫ
florum in capite: veſtita palleo honeſto: ⁊ nõ
multum iuuenis: dicit ſic. Ecce veniet dies ⁊
illuminabit dominus condenſa tenebrarum
⁊ ſoluetur nexus ſynagoge: ⁊ deſinent labia
hominum: ⁊ videbunt regem viuentium ⁊ te
nebit illum in gremium virgo domina gen-
tiuꝫ: ⁊ regnabit in miſericordia. ⁊ vterus ma
tris erit ſtatera cunctorum. Sibilla Delphi
ca que ante troiana bella ꝓphetauit. veſtita
veſte nigra: ⁊ capillis circunligatis capiti: in
manu cornu tenẽs ⁊ iuuenis: dicit ſic. Naſcet
ꝓpha abſqꝫ mr̃is coitu ex virgĩe eiꝰ. Sibil-
la Chimica in italia nata veſtita celeſtina ve
ſte deaurata capillis per ſcapulas ſparſis: et
iuuenis: dicit ſic. In prima facie virginis aſ-
cendet puella facie pulcra: capillis prolixa ſe-
dens ſuper ſedem ſtratam. puerum nutriẽs.
dans ei ad comedendum ius ꝓprium. i. lac
de celo miſſum. Sibilla Erithrea in Baby
lonia orta: monachali veſte induta nigro ve
lo in capite: manu geſtans gladium nudum:
non multum antiqua: mediocriter facie tur-
bata: habens ſub pedibus circulum aureum
ornatuꝫ ſtellis ad ſimilitudinem celi: dicit ſic.
In vltima etate humiliabitur deus. humana
bitur ꝓles diuina: vnietur humanitati diuini
tas: iacebit in feno agnus: ⁊ puellari officio
educabitur. Sibilla Samia a Samo inſu-
la iuuenis habens formoſum pectus ſubtili
velo capite cooperto. manum ad pectus te-
nens. enſem nudum ſub pedibus habens: di
cit ſic. Ecce veniet diues ⁊ naſcetur de pauꝑ
cula: ⁊ beſtie terrarũ adorabunt eum clama-
bunt ⁊ dicent. Laudate eum in atrijs celoꝝ.
Sibilla Cumana que fuit tempore Tarqui
ni priſci veſtita aurea veſte: librum apertum
⁊ altum in manu geſtãs: ⁊ librum in ſiniſtra
habẽs ſuper genu capite diſcoperto: dicit ſic.
Magnus ab integro ſeclorum naſcitur or-
do. Iam redit ⁊ virgo redeunt ſaturnia re-
gna. Iam noua progenies celo demittitur al
to. Tu modo naſcenti puero quo ferrea pri-
muꝫ. Deſinet ac toto ſurget gens aurea mũ-
do. Caſta faue lucina tuus iam regnat apol
lo. Sibilla Helleſpõtina in agro Troiano
nata: vetula ⁊ antiqua veſte rurali induta: li-
gata velo antiquo: capite ſub gula circum-

uoluto vſq; ad ſcapulas quaſi deſpecto habitu dicit ſic. De excelſo celoꝝ habitaculo pſpexit deus humiles ſuos: ⁊ naſcet in diebus nouiſſimis de virgine hebrea in cunabulis terre.

8 Sibila Phrygia induta veſte rubea: nudis brachijs antiqua facie ſaturnina: crinibus ſparſis per dorſum: digito indicans: dicit ſic. Flagellabit deus potentes terre. Ex olimpo excelſus veniet ⁊ firmabitur conſilium in celo. ⁊ annunciabitur virgo in vallibus deſertoꝝ.

9 Sybilla Tyburtina non multum ſenex veſte rubea induta: deſuper ad collū pellē hyrcinam per ſcapulas habens: capillis diſcoopertis, breuem in manu tenens: dicit ſic. Naſcetur xpus in Bethleem annūciabitur in Nazareth. regnāte tauro pacifico fundatore quietis. O felix illa mater cuius vbera illum lactabunt.

10 Sibilla Europa decora iuuenis: facie rutilans: velo ſubtiliſſimo i capite ligata: induta veſte aurea. breuem in manu tenens: dicit ſic. Veniet ille ⁊ tranſibit mōtes ⁊ colles ⁊ latices olimpi. regnabit in paupertate ⁊ dominabit in ſilentio ⁊ egredietur de vtero virginis.

11 Sybilla Agrippa veſtita roſea veſte cum clamide roſea nō multū iuuenis: manū tenens in gremio quaſi admirās ⁊ ſiniſtram manū tenens oſtendendo deorſum cum breue ſcripto dicit ſic. Inuiſibile verbum palpabitur. germinabit vt radix: ſiccabitur vt folium: non apparebit venuſtas eius. Circūdabitur aluus materna ⁊ flebit deus leticia ſempiterna ⁊ ab hoibus cōculcabitur. Naſcet ex matre vt deus: ⁊ conuerſabit vt peccator. Homo qdam gentilis vidit hanc gloriam. Unde ſanctꝰ Thomas ſecunda ſcde. q. ij. arti. vij. dicit ſic. Inuenit etiam in hyſtorijs Romanoꝝ ꝙ tempore Conſtantini auguſti ⁊ hyrene matris eius inuentū fuit quoddam ſepulchrū in quo iacebat homo aureā laminā habens in pectore in qua ſcriptū erat. Xps naſcet de virgine ⁊ credo in eū. O ſol ſub hyrene ⁊ Cōſtātini temporibus iterū me videbis. hec Thomas. Plures etiā gentiles viderunt hanc gloriā. Unde ſctūs Thomas ibidē dicit ſic. Si qui tn̄ ſaluati fuerūt qbus reuelatio nō fuit facta: non fuerunt ſaluati abſq; fide mediatoris. qꝛ ⁊ ſi non habuerūt fidem explicitā: tamen fidē implicitā in diuina ꝓuidentia, credentes deū eſſe liberatorē hominum ſm modos ſibi placitos: ⁊ ſm ꝙ aliquibus veritatē cognoſcentibꝰ ipſe reuelaſſet ſm illud Job. xxxv. Qui docet nos ſup iumēta terre. Magi in oriente poſiti viderūt hāc gloriaꝫ. iuxta illud Mat. ij. Uidimus ſtellā eius in oriente ⁊ venimus adorare eū ⁊c.

Septimo nos xpiani vidimus gloriaꝫ dn̄ice incarnationis. Unde Maximus in ſermone de natiuitate dn̄i dicit ſic. Viderūt ſiquidē pr̄es noſtri magna innumera ꝗ mirabilia opa dei. Celū illis angelicas eſcas rorauit. Lapis duriſſimꝰ dulcia pocula miniſtrauit. Jordanis ꝑpetem ſuum meatū in fontē retorſit. Ualidiſſimꝰ hoſtiū murus tubarū ſtrepitu corruit. Sol ꝗꝫ cōmoratus in celo longioreꝫ triūphanti populo diē pſtitit. Hoc vō nullis antea ſeculis videre datū eſt. vt vnigenitus altiſſimi quē trementes archāgeloꝝ ptātes ſuſcipiūt hominē ſe hominibus exhiberet: ⁊ carnē quā ab hoīe ſumpſit in deū transformaret. hec ille. Certificatus eſt eñi hō de gloria natiuitat xpi teſtimonio miraculoruꝫ in quadruplici genere. Primo in corporibꝰ celeſtibꝰ. Nā circa ſolē apparuit circulus aureus. Apparuerunt etiaꝫ tres ſoles q poſtmodū in vnū redacti ſunt. Apparuit inſuper circulus aureus in cuius medio erat puella puerūꝫ geſtans in gremio. Apparuit preterea noua ſtella magis in oriente. Secūdo in elemētis. ignis nouꝰ apparuit qui ſodomitas cōſumpſit. Aer nouam claritatem induit cum nox in lucem verſa eſt. Fons aque in oleum eſt conuerſus. Terra nouam fecunditatem oñdit, cum vinee Engadi floruerunt ⁊ balſamū pduxerūt. Tertio in creaturis inſenſibilibꝰ. tēplū pacis corruit. Statua Romuli cōfracta eſt. Ydola egypti ſubuerſa ſunt. Quarto in creaturis cognoſcentibꝰ. Bos ⁊ aſinus adorauerūt xpm in pſepio. Octauianus renuit vocari deꝰ: ⁊ xpm adorauit. Angeli collaudāt ⁊ pdicāt dei magnalia. Et ſic totꝰ mūdus exultat: vt dicē poſſit. Uidimus gloriam eius que nos ſaluabit in ſecula. Amen.

In feſto ſancti Stephani prothomartyris. Sermo. vi.

ſ Tephanus plenus ſpūſctō vidit gl'iam dei Act. vi. ⁊ in epl'a ⁊c. Btūs Augꝰ. i ſermone huiꝰ diei dicit ſic. Preclarꝰ athleta dei vnctꝰ ſpū dei. ad ſtadiū certamis por exiuit: ⁊ tantā victorie adeptus eſt gloriaꝫ: vt pri

mus acciperet coronã. Miles xpi fidelis: ſi
gnifer martyrum fortis poſt xpm martyrij
meruit principatũ. ⁊ cum ad crucis puenit ſi
gna priori de celo mittitur palma. hec ille.

Super quo verbo moueo talem queſtiões
Utrũ beatus Stephan⁹ adhuc in carne via
tor: fuerit diuine eſſentie clarus cõtẽplator

Ad iſtam queſtionem reſpondent duo do
ctores noui teſtamenti. Primus eſt beat⁹
Augu. in ſermõe huius diei dicẽs ſic. O bea
ta fidei officina: q̃ tñ exaltaſti i martyre vt ip
ſam cõſpiceret maieſtatẽ. Ecce inquit video
celos apertos: ⁊ Jeſum ſtantẽ a dextris dei.
patuit ſedes dei: ⁊ ſulcato aere: celoꝝ latera
penetrauit. Uidet xpm: cõfitens xpm: mori-
turus ꝑ xpo: perrecturus ad xpm. Hec ille.

Secũdus eſt ſanctus Tho. iiij. ſniarũ. di.
xlix. q. xlix. articlo. vij. In Rub. dicẽs ſic. Cũ
beatitudo ſit vltimus finis rõnalis creature.
ſtatus vie in qualibet rõnali creatura: eſt ille
in quo a beatitudine deficit. Beatitudo aũt
cuiuſlibet rõnalis creature cõſiſtit in viſione
dei ꝑ eſſentiam. Sed operatio delectabiliſſi
ma in qua beatitudo conſiſtit: oportet ꝙ ſit
potentie diſpoſite ⁊ perfecte ad digniſſimũ
obiectum. vt patet per phm. x. methaphi. Jõ
ad hoc ꝙ creatura ratiõalis ſit beata ꝑ viſio
nem dei in eſſentia ſua. oportet ꝙ in hanc vi
ſionem ſit potens per aliquam diſpoſitionẽ
ſibi inherentem: quã dicimus lumen glorie.
Sic aũt nulla pura creatura in ſtatu vie exi-
ſtens: videre poteſt deum per eſſentiam. Sꝫ
contingit aliquãdo diuina virtute ꝙ aliqua
res miraculoſe ꝑducit̃ in aliquid: in qđ nul-
lo modo põt per aliquas diſpoſitiões ſibi in
herentes. Sicut ꝙ virgo pariat: ꝙ ignis in
aqua comburat. Similiter poteſt miraculo-
ſe fieri ꝙ diuina virtute aliquis intellectus
creatus non habens niſi diſpoſitiones vie:
eleuetur ad videndum deũ per eſſentiã nec
tamẽ ex tali viſione põt dici beatus ſimplici-
ter. ſed ſm quid tñ. inquãtũ. ſ. cõicat in actu
beati. Sicut etiã aliquod corp⁹ in ſtatu gra-
uitatis exiſtens põt miraculoſe participare
actum agilitatis vel impaſſibilitatis. Sicut
de abacuch legitur Dañ. vlt. ⁊ de tribus pue
ris conſeruatis in fornace. Danielis. iij. Nec
tamẽ eorum corpora erant glorioſa. Jõ nul-
la pura creatura in ſtatu vie exiſtens poteſt
deum per eſſentiã videre. Sed deus poteſt
facere ꝙ videat adhuc in ſtatu vie exiſtens.
hec Tho. Beatus ſtephan⁹ in carne viuẽs
vidit gloriã dei: aut oculo corporali: aut mẽ
tali. Si corporali: fuerunt quattuor miracu-
la in illa viſione. Primũ quia vidit celos a-
pertos. cum ſm naturã celũ nõ poſſit aꝑi-
ri: nec diuidi: nec ſecari. Secundũ quia vi-
dit Jeſum: cum ſm naturam impoſſibile ſit
corpus glorificatum ab oculo mortali in ſua
gloria videri. Tertiũ quia vidit xpm ſtare a
dextris. cũ eñ corp⁹ xpi ſit in celo empireo:
videndo ipſum vidit vltra celum aereũ: ſyde
reum: criſtallinũ vſqꝫ ad empireũ. Impoſſi-
bile aũt eſt ſm naturam: vt oculus corpora-
lis in tanta diſtantia videre poſſit. Quar-
tum eſt quia vidit xpm cum virtute ſe iuuan
tem in certamĩe. Impoſſibile eñ erat ſm na
turam vt ſtephanus ſuperaret tot inimicos
ipm perſequẽtes: niſi diuina gr̃a fuiſſet ad-
iutus. Sicut Sãpſon vicit philiſteos: virtute
ſpiritusſancti que deſignabatur in ſeptem ca
pillis ei⁹. vt dicitur Judic. xvi. Sic ſtephan⁹
plenus ſpiritu ſancto vicit iudeos. Si autẽ
vidit oculo mẽtali qđ cõmuniter dicit̃: ſic di-
co ꝙ videre potuit: quia habuit oculum men
tis purificatum ꝑ fidem. Actuũ. ix. Fide pu-
rificans corda eoꝝ. Illuminatũ ꝑ ſapientiã.
ps. Reuela oculos meos: ⁊ cõſiderabo mi-
rabilia de lege tua. Sanctificatum ꝑ gratiã
Math. v. Beati mundo corde: qm̃ ipſi deũ
videbũt. Deificatum per ſpiritũ ſanctũ. Job
xxxvij. De longe oculi eius proſpiciũt. Et ſic
modo patet ꝙ Stephan⁹ plenus ſpiritu ſan
cto: vidit gloriam dei vt dicit verbum propo
ſitum.

Stephanus plenus ſpiritu ſancto: vi-
dit gloriam dei.

- Per ſanctificationem.
- Per electionem.
- Per viſionem.
- Per orationem.
- Per dimicationem.
- Per paſſionem.
- Per impetrationem
- Per coronationem.
- Per glorificationem.

Primo beatus Stepha-
nus vidit gloriam dei per ſanctificationem.
Unde Augu. in ſermone huius diei dicit ſic.
Natus eſt xps in terris: vt ſtephanus naſce
retur in celis. Ingreſſus eſt dñs mundũ: vt
ſtephanus ingrederetur celũ. Altus ad hu-
milia deſcendit: ⁊ humilis ad alta aſcendit.
hec ille. Sciendum ꝙ inter xpi diſcipulos:
ſtephanus fuit primus natus in celo. Et ſi-

cut xp̄us fuit primus natus in terris: ſine vl-
la contagione peccati: aut originalis: aut a-
ctualis. Sic ſtephanꝰ fuit primꝰ natus in ce-
lo inter xp̄i diſcipulos: ſine vlla macula: ſed
cum perfecta ſanctificatione. Apocalip. xiiij.
Sine macula ſunt ante thronū dei. Sanctꝰ
ſtephanus natus eſt in celo quadrupliciter.
Primo ratione amplioris loci ad manen-
dum. Sancti em̄ ꝙdiu ſunt in vtero eccleſie:
habent locum arctum. qm̄ terra exigua eſt ⁊
punctus. Sap. ij. Tanꝙ momentuꝫ ſtatere:
ſic ante te eſt orbis terrarū. Ideo exire appe
tunt vt recipiant locū amplum: de quo dicit
Baruch. iij. O iſrael ꝙ magna eſt domꝰ dei:
⁊ ingens locus poſſeſſionis eius magnus ⁊
non habens finem: excelſus ⁊ immenſus.
Secūdo ratiōe vberioris cibi ad veſcendū.
Sancti em̄ ꝙdiu ſunt in vtero eccleſie ſunt ī
cōtinua eſurie. ideo exire appetunt: vt ſint in
plena ſatietate. ps. Satiabor cū apparuerit
gloria tua. Tertio rōne liberioris aeris ad
reſpirandum. Sancti em̄ ꝙdiu ſunt in vtero
eccleſie nō habent libertatem aeris. i. diuine
refrigerationis: vt reſpirare poſſint. ideo exi
re appetunt: vt in dei eternitate reſpirēt. Un
de cantat eccleſia. Inter ſanctos ⁊ electos
tuos reſuſcitati reſpirent. Quarto ratione
maioris lucis ad videndū. Sancti em̄ ꝙdiu
ſunt in vtero eccleſie: ſunt in tenebris multi-
plicis ignorantie. ideo exire appetunt vt ve-
niant ad lucem claritatis eterne. Apocalip.
xxi. Claritas dei illuminabit illam. Iſta qt-
tuor ſibi reſeruata in celo beatus ſtephanus
vidit: ideo de vtero eccleſie exire optauit. Ui
dit em̄ celum apertum tanꝙ locū amplū ad
manenduꝫ. Uidit Ieſum tanꝙ cibum ad ve
ſcendum. vidit dei dextram tanꝙ beataꝫ re-
quiem ad reſpirandū. vidit gloriam dei tāꝙ
eternam lucem ad videndum. et in his erat
ſanctificatio eius.

Secundo beatus ſtepha-

nus vidit gloriam dei per electioneꝫ. Unde
Maximꝰ in ſermone huius diei: dicit ſic. He-
ſterno die nataleꝫ habuimus dn̄i ſaluatoris
hodie ſumme deuotionis. Heſterno quo re-
dimimur ad p̄mium. hodie quo ꝓuocamur
ad exempluꝫ. Bene ergo heſterne ſolennita
ti feſtiuitas hodierna cōiuncta eſt. vt illa cre
dentes eueheret ad vitam: hec ꝯfitentes du-
ceret ad coronam. Omni ergo eccleſie beatꝰ
Stephanus datus eſt ad profectuꝫ. Adhuc
laycus dyaconi meruit electionem: ⁊ leuita
martyrij meruit principatum. In plebe ad-
huc poſitus erat: ſed iam virtutibus emine-
bat. humilis erat loco: ſ; celſus fide. Hec ille.
Sciendum ꝙ dignitas beati ſtephani fuit:
ꝙ ab apoſtolis fuit primus ordinatus. cuius
dignitas apparet ex plenitudine ſpiritusſan-
cti que erat in eo. ſed plenitudo eſt quadru-
plex. Prima eſt effluētie: que fuit in chriſto
Iohānis p̄mo. De plenitudīe eius nos om-
nes accepimus. Secunda eſt excellentie: q̄
fuit in beata virgīe: que pre omībus ſanctis
excellentius gratiā accepit. Luce p̄mo. Aue
gratia plena. Tertia eſt abundantie: q̄ fuit
in apoſtolis qui ſpiritumſanctuꝫ in abundā
tia receperunt. Actuū. ij. Repleti ſunt omēs
ſpirituſancto. Quarta eſt ſufficientie: quaꝫ
habent omēs fideles. Luce. i. Zacharias pa
ter eius implerꝰ eſt ſpiritu ſancto. Iſta qua
druplex plenitudo declaratur ad ſimilitudi-
nem aque. Eſt enim quedam plenitudo flu-
minis: ⁊ iſta eſt effluentie que fuit in chriſto
Pſal. Flumen dei repletum eſt aquis. Que-
dam fontis ⁊ iſta eſt excellētie que fuit in vir
gine: que ad inſtar fontis ſemper fluit. Can-
ticoꝝ. iiij. Fons ortorum puteus aquarum vi-
uentium: que fluunt impetu de libano. Que
dam riuuli decurrentis: ⁊ iſta eſt abundātie
que fuit in apoſtolis. Unde poſtꝙ prophe-
ta dixit. Flumen dei repletum eſt aquis: ſta-
tim ſubiunxit. Riuos eius inebriās ⁊ cetera.
Quedam eſt vaſis: ⁊ iſta eſt ſufficientie: que
eſt plenitudo menſurata. iiij. Regum. iiij.
Pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vaſa
vacua nō pauca ⁊ cetera. Beatus Stepha
nus habuit iſtam quadruplicem plenitudi-
nem. Primo effluentie: in continua doctri-
ne emanatione. Secundo excellentie in ſi-
gnorum ⁊ prodigiorum ampla operatione.
Tertio abundantie in tam benigna inimico
rum dilectione. Quarto ſufficientie in ope
ratione ſtrenua fide recta: ⁊ dilectione ſynce
ra. Actuū. vi. Elegerunt ſtephanum virum.
id eſt virilem. ecce operatio ſtrenua: plenum
fide: ecce fides recta: ⁊ ſpirituſancto. ecce dile
ctio ſyncera. Sic ergo beatus ſtephanus vi-
dit gloriam dei per electionem ⁊c̄.

Tertio beatus ſtephanus

vidit gloriam dei per viſionem. Unde Au-
guſtinus in ſermone huius diei: dicit ſic. Iu-
dei malicia cecabantur. Stephanus viſo dei
filio ſapientia illuſtrabatur. Sciendum ꝙ

In veteri teſtamento quattuor genera hoim
viderunt maieſtatem dei. Primo patriar-
che. Sicut Iacob in ſtatu vie exiſtens: vidit
deum facie ad facieȝ. Unde dixit Geñ. xxxij.
Vidi dominū facie ad faciem: ⁊ ſalua facta
eſt anima mea. Hec enim apparitio nō fuit
dormiēdo: ſed vigilando. Nec tantū audiuit
vocem ſecum loquentis ſed etiam figuram
inſpexit hominis ꝛc̃. Unde dicitur ꝙ appa-
ruit ei vir ꝛc̃. quem angelum intellexit. Et ad
hanc eminentiam deſignandam dicitur ꝙ vi
dit dominū facie ad faciem. angelum dn̄m
vocans. Secūdo duces. ſicut Moyſes. de
quo dicit̃ Nume. xij. Palam ⁊ non p enigma
ta videt deum ore enim ad os loquor ei. Un
de Auguſtinus libro ij de trinitate dicit. Lo
cutio illa que fiebat vocibus ſic modifica-
batur: tanq̃ eſſet amici loquentis ad amicū.
Tertio reges. ſicut Iob. qui dicit. xi. Audi
tu auris audiui te. nunc autem oculus meus
videt te. prius enim nō fuit facta reuelatio ip
ſi Iob: niſi per auditum loquentis non viſi.
Poſtmodum vero per viſionem loquentis.
Quarto ꝓphete. ſicut Eſaias q̄ dicit. vi ca.
Vidi dominū ſedentem ſuper ſolium excel-
ſum ⁊ eleuatum: ⁊ plena erat omīs terra ma
ieſtate eius. In nouo teſtamento etiā quat
tuor genera hominuȝ viderunt maieſtatem
dei. Primo Iohan. bapti. qui dicit Iohan-
nis pmo. Vidi ſpiritum deſcendentem qua
ſi columbam de celo: ⁊ manſit ſuper eum et
ego neſciebam eum. Sed qui miſit me bapti
zare in aqua: ille mihi dixit. Super quem vi-
deris ſpiritum deſcendentem ⁊ manentē ſu
per eum. hic eſt qui baptizat in ſpiritusancto.
⁊ ego vidi: ⁊ teſtimonium perhibui. quia hic
eſt filius dei. Secundo Petrus ⁊ duo filij
zebedei. quando viderūt chriſtum transfigu
ratum. vt dicitur Mathei. xvij. Tertio pau
lus. qui dicit. i. Corinth xij. Scio huiuſmodi
hominem raptum vſq; ad tertium celum ꝛc̃.
Ubi dicit Glo. ꝙ deus oſtendit apoſtolo vi
tam: in qua videndus eſt in eternum.

Quarto Stephanus qui celum apertuȝ vi
dit: ⁊ gloriam dei conſpexit: ⁊ Ieſum glorifi
catum intuitus fuit. Unde dixit Actuuȝ. vi.
Ecce video celos apertos: ⁊ Ieſum ſtantem
a dextris virtutis dei. quod fuit magnū priui
legium.

Quarto Beatus ſtephanus vidit gloriam dei per orationem. Unde

Fulgentius in ſermone huius diei dicit ſic.
Stephanus vt nominis ſui coronam mere-
retur accipere: charitatē pro armis habebat:
⁊ per ipſam vincebat. Per charitatem dei: ſe
uientibus iudeis non ceſſit. per charitatem
proximi: pro lapidantibus interceſſit: p chari
tatem arguebat errantes vt corrigerentur:
per charitatem proximi pro lapidantibꝰ ora
bat ne punirentur. Hec ille. Sciendum ꝙ
Beatus ſtephanus floruit quattuor virtuti
bus: quibus oratio ſua meruit exaudiri.

Primo virtute caſtitatis ⁊ mūdicie. In cu-
ius ſignum fuit conſtitutus cuſtos viduarū
⁊ mulierum. vt patet Actuuȝ vi. Et propter
eius puritatem omnes qui erant in conſilio
intuebantur vultum eius tanq̃ vultum an-
geli ſtantis ſuper illos. Secundo virtute ve
ritatis ⁊ ſapientie. Actuum. vi. Surrexerunt
autem quidam de ſynagoga ⁊ cetera Uſq;.
non poterant reſiſtere ſapiētie ⁊ ſpiritui qui
loquebatur. Tertio virtute fortitudinis et
conſtantie. Actuū. vi. Stephanus plenꝰ gra
tia ⁊ fortitudine. Fortis enim eſt ille qui eſt
impauidus contra bonam mortem. Quar
to virtute benignitatis ⁊ patientie. quia per
ſecutoribus non ſolum pepercit: ſed etiam ꝓ
ipſis orauit. Cuius benignitas apparuit in
quattuor. Primo quia orando pro ſe: ſtetit
orādo ꝓ ſuis lapidatoribus genu flexit: qua
ſi plus orationem quam pro ipſis faciebat.
q̃ illam quā ꝓ ſe fundebat: cupiēs exaudiri.

Secundo quia pro ipſis maiori charitate:
q̃ ꝓ ſe orauit cupiens eos cōuerti: ⁊ a pena
eterna liberari. Uñ Beda dicit. Pro ſe ſtās
orauit. ꝓ inimicis genu flexit: quia maior ini-
quitas maius ſupplicandi remediuȝ flagita-
bat. Tertio quia cum clamore ⁊ lachrymis
pro eis orauit. Actuū. vij. Poſitus auteȝ ge-
nibus. beatus ſtephanus clamauit voce ma
gna. Unde Auguſtinus in ſermone huius
diei dicit ſic. Beatus Stephanus dyaconus
erat: euangelia legebat in quibꝰ inuenit ſcri-
ptum. Diligite inimicos veſtros: ⁊ orate pro
perſequentibus vos. Didicit legendo: perfe-
cit diligendo. Iudei lapidabant ⁊ ille orabat.
Illi eum furioſe perſequebātur. ille pacatus
chriſtum ſequebatur. Illi lapides mittebāt:
ille orationes premittebat: tanq̃ diceret. do-
mine ſi iſto modo occideris inimicos: quos
poſtea facies amicos. Hec ille. Quarto q2
pro eis allegauit. dicēs Dñe ne ſtatuas illis
hoc peccatū: quia neſciunt quid faciūt. Uñ

Maximus in ſermone huius diei dicit ſic.
In perſecutione poſitus pro perſecutoribꝰ
dñm deprecabat̃. atqꝫ in illa lapiduꝫ ruina
quando alius obliuiſci poterat: etiam cha-
riſſimos ſuos: ille domino cōmendabat ini-
micos. Plus itaqꝫ tunc dolebat illoꝝ pecca
ta ꝙ̄ ſua vulnera. plus illorū impietatem ꝙ̄
ſuam mortem. Hec ille. Ecce quanta fuit
benignitas eius pro inimicis ſuis exoran-
do ⁊ cetera.

Quinto beatus ſtepha-
nus vidit gloriam dei per dimicationē. Un
de Maximus epiſcopus in ſermone huius
diei dicit ſic. Siquid diſtare inter martyres
poteſt: precipuus videtur eſſe iſte qui pri-
mus eſt. Mortem em̄ quam dignatus eſt
Saluator ꝓ om̄ibus pati: hanc iſte primus
reddidit ſaluatori. hec ille. Sciendum ꝙ
in veteri teſtamento: fuerunt quattuor ge-
nera martyrum. Primo de patriarchis, ꝓ-
mus fuit Abel de quo dicit Hiero. in omel.
hodierna. De Abel nulla eſt ambiguitas
qn hic ſit: quem Caym frater ſuus occide-
rit. Juſtus autem non ſolum ex dñi nūc ſen
tentia, ſed etiam ex Geneſis teſtimonio cō
probatur: vbi accepta a deo eius narrantur
munera. Secundo de ſacerdotibus: primꝰ
fuit Abimelech ſacerdos: queꝫ occidit ſaul.
vt habetur. i. Regū. xxij. Tertio de ꝓphe
tis: ꝓmus fuit Zacharias filius Joiadis ſa
cerdotis: quem occidit Joas filius Ocho-
zie inter templum ⁊ altare. vt habet̃. ij. Pa-
ralipo. xxiiij. Et Hieroñ. in omel. hodierna
idem dicit. Quarto de principibus militie
primus fuit Judas machabeus. vt habet̃. i.
Machab. ix. In nouo teſtamento fuerūt
quattuor genera martyrum. Primuꝫ fuit
ſanctoruꝫ Innocentiū. Secundū fuit Jo.
bapti. Marc. vi. Tertium fuit xpi. Math.
xxvij. Quartū fuit ſancti Stephani. Act.
vij. Quare autem beatus Stephanꝰ di-
catur primus martyr: ſunt quattuor ratio-
nes. Prima eſt quia fuit primus marty-
rio coronatus poſt chriſtum. Unde Augꝰ.
in ſermo. huius diei dicit ſic. Fratres chariſ
ſimi. Heri celebrauimus natalem quo rex
martyruꝫ natus eſt mundo. Hodie celebra
mus natalem quo primicerius martyrum
migrauit e mundo. Secūda ratio eſt quia
fuit primus q̄ ex martyrio volauit ad celum
Ceteri em̄ martyres ante ipſum deſcende-
bant ad lymbū, iſte autē ſubito aſcendit ad
celum. Unde Fulgentius in ſermo. huiꝰ diei
dicit ſic. Heri celebrauimus temporalē ſem
piterni regis natalē. hodie celebramus triū
phalē militis paſſionē. Heri rex noſter tra-
bea carnis indutus: de vteri virginalis au-
la egrediens: viſitare dignatus eſt mundū.
hodie miles de tabernaculo corporis egredi
ens triūphator migrauit ad celū. Jlle ſem
piterne deitatis maieſtate ſeruata: ſeruile
cinctoriuꝫ carnis aſſumens: in huius ſeculi
campū pugnaturus intrauit: iſte depoſitis
corruptibilibus corporis indumētis ad celi
palatium perhēniter regnaturus aſcendit.
Jlle deſcendit carne velatus. iſte aſcendit
ſanguine laureatus. aſcendit iſte lapidanti
bus iudeis: qꝛ ille deſcendit letantibꝰ ange-
lis. hec ille. Tertia ratio eſt. qꝛ fuit primus
pro fide chriſti mortuus. Qui em̄ fuerūt an
te chriſtuꝫ: mortui ſunt ꝑ lege veteri. Licet
autē innocentes fuerint occiſi ꝓpter chriſtū
non tamē ꝓpter fidē xpi quā lingua confi-
terent̃: ſicut btūs Stephanus. Quarta ra
tio eſt. qꝛ baptiſmꝰ ſanguinis primo in ipſo
habuit efficaciā: cum per ipſum aīa abſolua
tur a culpa ⁊ pena. ſicut in baptiſmo flumi-
nis. Sed in oībus martyribus precedenti
bꝰ iſtud martyriū nūꝙ̄ habuit talē effectū.
cū oēs incurrerent penā dāni preter xpm: q̄
a quo abſolueret̃ nō habuit. Uñ. B. Ste. re
cte fuit figuratus ꝑ Gedeonē q̄ fuit primꝰ q̄
cepit cū hoſtibꝰ dimicare. vt pꝫ Judic. vij.
Habuit em̄ q̄ttuor adiutoria ꝓpter q̄ tāꝙ̄
miles ſtrenuꝰ fortiſſime dimicauit. Primo
habuit grande exēplū: ſicut ſi miles videret
añ ſe militē fortiter dimicātē. vñ vidit ieſuꝫ
ſtantē a dextris vrtutꝭ dei. Sup quo dicit gl.
Ne hō lapidātibꝰ dubitet in terra: deꝰ hō cru
cifixus apparet in glīa. Et Heb. xij. Reco-
gitate eū q̄ talē ſuſtinuit aduerſuꝫ ſe ꝯdicti-
onē: vt nō fatigemini aīabus vr̄is deficiētes
Secūdo habuit grande ſpectaculū. qm̄ vi
dit celos aptos. apertū em̄ fuit celū vt rex ⁊
tota curia celeſtis videret militē dimicantē
Miles aūt valde ſtrenue dimicaret: q̄ a re-
ge ⁊ a tota ciuitate ſe ſpectari cognoſceret. i.
Cor. iiij. Spectaculū facti ſumꝰ deo ⁊ ange
lis eiꝰ. Tertio habuit grande ꝓmiū ſibi oñ
ſum: qꝛ vidit glīam dei. Greg. Cō ſideratio
⁊ ſpes premij minuit vim flagelli. Quar-
to habuit grande auxilium: quia vidit ieſuꝫ
ſtantem. Super quo dicit gloſa. Quia ſta-
re eſt pugnantis vel adiuuantis: recte a dex
tris ſtare vidit. quē inter perſecutores adiu-

ſorẽ habuit. Miles eñi valde ſecurꝰ eſſet qui iuxta ſe pugilẽ fortiſſimũ haberet. Exo. xv. Dñs pugnabit ꝓ vobis ⁊ vos tacebitis Et ſic patet pugna victorioſa eius.

Sexto beatus ſtephanus

vidit gloriã dei per paſſionẽ. quia paſſio eiꝰ fuit ſimilis paſſioni xp̃i. vt dicit glo. quantũ ad quattuor. Primo qꝛ ſicut xp̃s: ſic iſte falſis teſtibus accuſatur. Secũdo qꝛ xp̃s extra portã patitur. ſtephanꝰ extra ciuitatẽ lapidatur Tertio qꝛ xp̃s ait tanq̃ filius patri. In manus tuas dñe cõmẽdo ſpm̃ meũ. ſtephanꝰ tanq̃ ſeruus ait. dñe ieſu accipe ſpm̃ meuꝫ. Quarto qꝛ xp̃s ait. Pater ignoſce illis delictuꝫ. ſtephanꝰ. Dñe ne ſtatuas illis hoc peccatũ. Unde Aug. in ſermone huiꝰ diei dicit Orauit xp̃s ꝓ ſuis crucifixoribus. orauit ⁊ ſtephanꝰ ꝓ ſuis lapidatoribꝰ. Xp̃s ligno fixus orauit. ⁊ ſtephanꝰ ſtans ſpm̃ ſuuꝫ dño cõmendauit. fixoq̓ꝫ genu ꝓ inimicis vt amicus dñiꝫ rogauit. Talia ergo in orõnis ſue ꝯuiuio dño exhibuit: qualia in ſui dñi mẽſa comedit. hec ille. Fuit ergo paſſio eiꝰ ſatis conformis paſſioni xp̃i. vt patet.

Septimo beatus ſtephanus

vidit gloriã dei per impetrationẽ. Uñ Aug. in ſermone huiꝰ diei dicit ſic. Deniq̓ꝫ vt noueritis quantũ valuerit orõ ſancti martyris: recurrite nobiſcũ ad illũ adoleſcenteꝫ: qui oĩm veſtimenta ſeruabat ⁊ tanq̃ manibus omniũ lapidabat. Cui dictũ eſt. Saule ſaule q̇d me ꝑſeq̄ris. Ob hoc q̇deꝫ debui ꝑdere te. ſed ſtephanꝰ meꝰ orauit ꝓ te. Nam ſi martyr ſtephanꝰ nõ ſic oraſſet eccl'ia paulum nõ habuiſſet. Sed ĩdo de terra erectꝰ eſt paulus: qꝛ in terrã inclinatꝰ exauditꝰ eſt ſtephanꝰ. hec ille. Sic ergo ptꝫ ꝙ p̃deſtinatio poteſt iuuari precibꝰ ſanctorum ⁊c̃.

Octauo beatus ſtephanus

vidit gloriã dei per coronationẽ. Habuit eñi quattuor dignitates quibꝰ merebatur quadruplicẽ coronaꝫ. Primo habuit dignitatem angelicã. Unde Aug. in ſmone huius diei: dicit ſic. Beatꝰ qui in ipſa obluctatione pugnantis iam preferebat ſpeciẽ reſurgentis habẽs intra ſe ſpm̃ ſctm̃: os geſtabat angelicum. hec ille. Ratione huiꝰ meruit coronam aureã inq̃tũ fuit virgo incorruptus Eccli. xlv. Corona aurea ſup mitram eius. Sicut eñi aurũ eſt incorruptũ: ſic ⁊ ipſa virginitas. Sap. vij. O q̃ pulchra eſt caſta generatio cum claritate: imortalis eſt eñi memoria illius. Secũdo habuit dignitatẽ propheticã. qꝛ fuit plenꝰ ſpũſctõ. ij. Petri. i. Spiritu ſctõ inſpirati locuti ſunt ſcti dei homĩes Ratione huiꝰ meruit coronã ſtellatã inq̃tũ fuit p̃dicator lucidus. Dañ. xij. Qui ad iuſticiam erudiunt plurimos: erunt quaſi ſtelle in perpetuas eternitates. Tertio habuit dignitatẽ apoſtolicã qꝛ fuit diſcipulꝰ xp̃i. Ratione huiꝰ meruit coronã gẽmatã inq̃tum fuit vir perfectꝰ. pſ. Poſuiſti in capite eiꝰ coronã de lapide p̃cioſo. Lapis p̃cioſus habꝫ claritatẽ: ſoliditatẽ: ⁊ virtuoſitatẽ. Et ſignificat viſionẽ dei q̇ ſanctos facit claros in apta dei viſione ſiue cognitione: ſolidos in permanſione: ⁊ virtuoſos in feruẽti dei dilectõe

Quarto habuit dignitatẽ leuiticaꝫ ad quã ꝑtinet miniſtrare euchariſtiã. Ratione huius meruit coronã roſeã inquantũ fuit ſanguine purpuratus. Apoc. vij. Lauerunt ſtolas ſuas ⁊ dealbauerunt in ſanguĩe agni ⁊c̃

Nono beatus ſtephanus

vidit gloriã dei per glorificationẽ. Eius aũt glorificatio apparuit in miraculis que in q̇druplici genere fecit. Primo quedã declarant eiꝰ potentiã. Oſtendit eñi ſe habere potentiam ſup quattuor elementa. Naꝫ in eiꝰ inuentione ignẽ quẽ demones excitauerãt in eos retorſit. Aer pluuiã deſtinauit. Tempeſtatem maris ſedauit: terra tremuit. Secundo quedã declarãt eiꝰ miſ'icordiã. Nam quoſdaꝫ ſanauit in corpore: ſicut fratrẽ ⁊ ſororem a cõcuſſione membrorꝫ ⁊ ſeptuaginta infirmos a diuerſis infirmitatibꝰ liberauit. Septem mortuos reſuſcitauit vt dicit Aug. li. xxi. de ciuitate dei. Tertio q̄dã declarant eius ſapientiã. nam cõuertit pauluꝫ Unde Aug. Quo preceſſit ſtephanꝰ lapidibus trucidatꝰ illuc ſecutꝰ eſt paulus orationibus ſtephani adiutus. Quarto quedaꝫ declarant eiꝰ reuerentiã. Nam eiꝰ corpus in monte ſyon loco honorato tranſlatũ eſt. licet nunc rome quieſcat vbi angelorũ voces audite ſunt. Sic ergo beatus ſtephanus vidit gloriam dei. ad quam ⁊c̃. Amen.

In feſto ſancti Johannis apoſtoli ⁊ euangeliſte Sermo. vij.

Ic eum volo. Johannis vlti. ⁊ in euãgelio preſentis ſolẽnitatis. Petrus de

mianus in ſermone huius diei dicit ſic. Hic
eſt quē redemptor noſter ad declarandū ſue
diuinitatis eſſentiā quoddā quaſi organuʒ
fecit atqꝫ vt hoc ſuppleret qd̊ ad tempꝰ ipe
dñs diſpenſatiue ad tēpꝰ ſuppreſſerat vica
rium dereliquit: vt cuʒ homiēs tanꝙ̄ primo
lactentes firmiora iam in via veritatis ve-
ſtigia fixiſſent eos ad cognoſcendaʒ diuine
noticie celſitudinē promoueret. hec ille. Su
per quo verbo moueo talem q̄ſtionē. Utrū
beatus iohannes maiori charitate fuerit a
xp̄o dilectus: ꝙ̄ petrus ad eccleſie regimen
electus. Ad iſtam queſtioneʒ reſpondent
duo doctores eccleſie. Primus eſt Beda
omelia hodierna q̄ dicit ſic. Diligebat autē
eū ieſus: nō exceptis ceteris ſingulariť ſolū
ſed pre ceteris quos diligebat familiarius
vnū quē ſpeciali prerogatiua caſtitatis am
phori dilectione fecerat dignum. hec ille.

Secundus eſt Petrus damianus in ſer-
mone huius diei dicens ſic. Petrus petra.
petra quoqꝫ factus eſt ⁊ iohannes: ſupra cu
ius fundū totius eccleſie ſtructura cōſurgit.
Hoc beato iohanni dñs conceſſit in verbis
qd̊ ⁊ petro contulit in miraculis: vt ⁊ iſte al-
tiora proferret ⁊ ille maioribꝰ choruſcaret
prodigijs. hec ille. Sciendū ꝙ quadruplex
eſt dilectio. Prima eſt que conſiſtit in pre
cordiali amore ⁊ iſta vtrūqꝫ equaliť dilexit
ambos eñi dilexit affectione animi: q2 am-
bo apud deū ſunt equalis meriti. Secūda
eſt que conſiſtit in ſapiētiali preſeruatione:
⁊ iſta vtrūqꝫ equaliť dilexit: q2 nullis tem-
ptationibus diaboli: nullis perturbationibꝰ
mundi nullis voluptatibꝰ carnis a xp̄i amo
re potuerūt euelli. Tertia eſt que conſiſtit
in familiaritatis oſtenſione: ⁊ ita magis di-
lexit iohannē ꝙ̄ petrum: q2 maiora ſigna fa
miliaritatis ei oſtendit. ⁊ hoc pateʒ quadru-
plici ſigno. Primū ſignum eſt: q2 ſupra pe
ctus xp̄i recubuit. Unde Iſido. lib. de obitu
ſanctoꝝ dicit ſic. Johannes apl'us ⁊ euan-
geliſta virgo eſt electus a dño ⁊ inter cete-
ros magis dilectꝰ. qui etiaʒ ſupra pectꝰ dñi
magiſtri recumbēs: euangelij ſui fluenta de
ipſo ſacri dominici pectoris fonte potauit: ⁊
quaſi vnꝰ de paradiſi fluminibꝰ verbi dei gra
tiam in toto orbe terraruʒ diffudit. hec ille.
Pectus xp̄i erat menſa celeſtis: in qua ſunt
delitie angeloꝝ. gazofilatiū in quo ſunt the
ſauri oīm ſcientiarū. ⁊ fons diuinus in quo
ſunt oñia dona ⁊ gratie dei. Quando autē
famelicus ſedet ad menſam delitiarū valde
ſaturatur. Quādo egenꝰ intrat gazofilatiū
theſauroꝝ valde ditatur. Quādo ſitibūdus
peruenit ad fontē amenū valde repletur ⁊c.
Beatus iohānes recumbendo ſuper pectus
dñi: ſedit vt famelicꝰ ad menſam angeloruʒ
ideo fuit plene ſatiatus. Intrauit tanꝙ̄ ege
nus gazofilatium oīm ſcientiarū. ideo fuit
valde ditatus. Peruenit vt ſitibundus ad
fontē oīm gratiarū. ideo fuit valde repletꝰ.
Iſta tria tanguntꝰ Eccl'i. xv. Cibauit illū do
minus pane vite ⁊ intellectꝰ. ecce qualiť fa-
melicꝰ eſt paſtus. aqua ſapientie ſalutaris
potauit illum. ecce qualiter ſitibūdus eſt po
tatus. iocunditatē ⁊ exultationē theſauriza
uit ſuper eum. ecce qualiter egenꝰ eſt ditatꝰ.
Ideo Petrus damianꝰ in ſermone huius
diei dicit ſic. Hanc autē ſupereminentē diui
ne ſcientie gratiaʒ ex illo celeſti gazofilatio
in quo ſunt oñes theſauri ſapiētie ⁊ ſciētie
dei abſconditi traxit. ⁊ nō immerito vt qui
carnis ſibi amputauit illecebras: celeſtium
epularū delitijs frueretur: ⁊ illuc acie mētis
attingeret quo non ꝓpheta: nō patriarcha:
non deniqꝫ quiſꝙ̄ ab ip̄o mundi primordio
cognoſcitur aſpiraſſe. hec ille. Secundum
ſignum eſt. quia xp̄us ſibi proditorē ⁊ nō al
teri reuelauit. Unde Petrus damianꝰ vbi
ſupra dicit ſic. In cene conuiuio ait ieſus.
vnus ex vobis me tradet. Aſpiciebāt ergo
ad inuicē diſcipuli heſitātes de quo diceret
Innuit iohāni ſymon petrꝰ ⁊ dixit ei. Quis
eſt de quo dicit? Johanni mox reſpondit do
minꝰ. O incomparabilē virū profert verbū
in mediū: ⁊ totꝰ tacet ſenatꝰ apoſtoloꝝ: ta-
cet lingua que facta eſt clauis celorum. ſilet
andreas qui ip̄i fratri ad fontē vite preuius
fuit. Non p̄ſumit os aperire philippus qui
dum patrē ſibi poſcit oſtendi profunda mi-
ſteria indiuidue diuinitatis audiuit. Johan
nes condiſcipuloꝝ in ſe perſona ſuſcepta cō
ſultor accedit. hec ille. Tertium ſignum eſt
quia xp̄us matrē ſuam ſibi recōmendauit.
Unde Iſido. lib. de obitu ſanctoꝝ dicit ſic.
Johānes in loco xp̄i chriſto iubente ſucceſ-
ſit dum ſuſcipiens matrē magiſtri. diſcipulꝰ
par poſt xp̄m quodāmodo derelictꝰ eſt filiꝰ
Et Petrus damianꝰ vbi ſupra dicit ſic. Nec
mirum ſi iohanni vicē ſuā delegauit quē ad
cuſtodiendaʒ matrem quaſi alterum filium
loco ſui ſuppoſuit. cōmiſerat petro dñs cla-
ues eccleſie: delegauit iohanni cuſtodiā ma-
rie. Maria mater xp̄i: eccleſia matť chriſtia-
norum. dicit dñs petro. Tibi dabo claues re

gni celoꝝ. Nunquid beata maria celū non fuit: in cuius vtero tota diuinitatis plenitudo ꝑmanſit. Hic archangelo gabrieli ad cuſtodiam matris dn̄i ſocius eſt datus: vt ille intactam ꝟginem inuiſibiliter cuſtodiret. ⁊ iſte foriſecus fragilitati feminee obedientie ſue miniſteriū exhiberet. Quanto ꝙ familiarioꝛ cum matre verbi conuerſat: tanto vicinioꝛ verbo inuenitur. Et quoniā ab ipa veritate marie dictus eſt filius quadā ſpeciali gratia frater eſt ſaluatoꝛis. hec ille.

Quartū ſignum eſt, quia magnis gratiis ipm dotauit. magnā gratiam reputauit ſibi Eſayas quādo deus fecit ipm ꝓphetam ſuum. Jacobꝰ quādo fecit ipm apoſtolū ſuū Matheus quādo fecit ipm euangeliſtā ſuum. Laurentius quādo fecit ipm martyrē ſuum. Auguſtinꝰ quando fecit ipm doctoꝛrem ſuū. Agnes quando fecit ipam virginem ⁊ ſponſam ſuam. Sed in iohanne cuncta iſta reperiuntur. Unde petrus damianus in ſermone huius diei dicit ſic. Quid in virtutibus: quo incomparabiliter non excellat. Apoſtolus ſiquidem eſt in epiſtolis. euangeliſta in euangelio. ꝓpheta in apocalipſi. martyr vtiqꝫ etiam fuit. ⁊ quo ceteris apoſtolis in carne prolixius manſit. eo durioꝛis martyrij tormenta ſuſtinuit. hec ille ⁊c. Quarta dilectio eſt que conſiſtit in donoꝛum exhibitione. ⁊ iſta magis dilexit petrum: quia maioꝛa dona ſibi conceſſit. Nam principem apoſtoloꝛum cum fecit. ſuum vicarium dereliquit. claues regni celorum ſibi dedit: eum ſequi per crucis miſterium voluit. Chriſtus curam eccleſie commiſit petro. curam diſcipuli commiſit matri dicens. Mulier ecce filius tuus. Magnum eſt. eſſe in cura vicarij dei. id eſt petri. Maius eſt eſſe in cura matris dei: et quia poſt chꝛiſtum ſic fuit Johannes in cura beate virginis. ideo dicit chꝛiſtus. Sic eum volo ⁊c.

Sic eum volo.

- Generari.
- Uocari.
- Conſeruari.
- Illuminari.
- Inflammari.
- Flagellari.
- Tumulari.
- Gloꝛificari.
- Reuelari.

Primo chꝛiſtus voluit

beatum iohannem ſic generari. Nam in ſua generatione collata eſt ei magna gratia. ſcꝫ vt naſceretur de ſtirpe regia Dauid: in quo fuit omnis natio benedicta per chꝛiſtum. 1
Iſtud patet. nam Joachim accepit vxoꝛem nomine Annam: que habuit tres viros. ſcꝫ Joachim: Cleophā: ⁊ Salome. De ioachī habuit vnicam filiam. ſcilꝫ beatam virginē quam dedit nuptui Joſeph: que genuit chꝛiſtum. Moꝛtuo Joachim accepit Cleophā fratrem Joſeph: ⁊ genuit ex eo aliam filiā quam ſimiliter mariam vocauit. ⁊ Alpheo poſtmodum in coniugem ſociauit. Hec autem maria ex alpheo viro ſuo quattuoꝛ filios genuit. ſcꝫ Jacobum minoꝛem ⁊ Joſeph iuſtum qui ⁊ barſabas dicebatur: Symeonem. ⁊ Thadeum. Moꝛtuo ſecundo viro anne. tertium accepit nomine Salome: ex quo aliam filiam genuit nomine mariam. ⁊ Zebedeo in coniugem tradidit. Hec autem maria ex zebedeo viro ſuo duos filios genuit. ſcilicꝫ Jacobum maioꝛem ⁊ Johannē euangeliſtam. Et ſic in iſta genealogia Johannes habuit auiam ſanctam: matrē ſanctam: duas amitas ſanctas: ⁊ quattuoꝛ conſanguineos ſanctos. Unde de iſta progenie dicit pſalmiſta. Hec eſt generatio querentium dominum. Et cum chꝛiſtus fuerit de tribu iuda regali. ſequitur ꝙ beatus Johannes fuit de eadem tribu ⁊c.

Secundo chꝛiſtus voluit 2

beatum iohannem ſic vocari. Nam in ſua vocatōne collata eſt, ei gratia quadruplicis priuilegij. Primo quia fuit vocatus iunioꝛ. Magis enim gratum eſt deo cum quis incipit ſeruire ei in iuuentute ꝙ in ſenectute. Sed iohannes erat iunioꝛ petro. vt dicit Johis vlti. Cum autem ſenueris alius te cinget ⁊c. Secundo quia fuit vocatꝰ innocentioꝛ. Maioꝛis em̄ gratie eſt preſeruari a lapſu ꝙ poſt lapſum reparari. vt patet in beata virgine ⁊ magdalena. Sed iohānes fuit innocens ⁊ petrus lapſus eſt. Iuxta illud Luce. v. Exi a me dn̄e quia homo peccatoꝛ ſum. Tertio qꝛ fuit vocatꝰ velocioꝛ. Petrus em̄ anteꝙ vocaret a xp̄o fuit p̄dicatꝰ a iohāne baptiſta ⁊ ab andrea. vt pꝫ Joh. i. Sed iohānes ſubito vocatꝰ xp̄m ſecutꝰ eſt.
Quarto qꝛ fuit vocatꝰ difficilioꝛ. petrꝰ em̄ dimiſit ſola rethia: iohannes aūt dimiſit patrē ⁊ rethia vt daret exēplū ꝟtutis adoleſcētibus: vt relictis parentibꝰ xp̄m ſequerent.

Tales em̄ xp̄us diligit. vt dicit Math. xix.
Sinite paruulos venire ad me: quibꝰ manꝰ
impoſuit ⁊ eis benedixit. Nunq̄ em̄ alicui ſe
ni tales caritias oſtendit. Sufficit ſenibꝰ q̄
a xp̄o regant. iuxta illud. Senex puerū por
tabat: puer aūt ſenē regebat. etiā q̄ ab ipſo
non proijciant. pſ. Ne proijcias me in tpe
ſenectutis ⁊c̄. Et q̄ ab ip̄o nō derelinquant
pſ. Et vſq̄ in ſenectā ⁊ ſenium deus ne de-
relinquas me. ⁊ ſic patet.

3 Tertio xp̄s voluit beatū

iohannē ſic cōſeruari. ſcꝫ in puriſſima v̄gini
tate. Unde Petrus damianus in ſermone
huiꝰ diei dicit ſic. Beatꝰ iohānes artiſſime
ſe in ſui dilectoris amore cōiunxit. propter
quē ꝯiugalis thori federa abdicauit. Unde
diuinitꝰ cōceſſum eſt illi vt qui primus erat
in redemptoris amore precipuus fieret in
fraterna charitate. hec ille. Sciendū q̄ bea
tus iohānes fuit vocatꝰ de nuptijs ſm̄ Hie
rony. in quibꝰ xp̄us fecit primū miraculum
in quo fuit ei collata gratia conſecrate virgi
nitatis. Nam in ſacramēto matrimonij fue
runt cōſecrate quattuor virginitates. Pri
mo virginitas beate marie que fuit deſpon-
ſata ioſeph. Secundo virginitas ſponſi
ſui: q2 nō decebat tantā v̄ginē niſi v̄gini de-
ſponſari: vt eſſet matrimoniū ſumme gratū
Tertio virginitas xp̄i que fuit conſecrata
ex ſacramento incarnationis in quo huma-
nitas fuit deſponſata verbo inſeparabiliter.
Quarto virginitas iohannis euangeliſte
quē xp̄s permiſit contrahere matrimoniū
vt in tanto ſacramento virginitas eius con
ſecraret ſicut ⁊ matris. Sicut em̄ ſacramen
tum confeſſionis perficit virtutē penitentie
ſic ſacramentū matrimonij virtutē virgini-
tatis. Unde fuit figuratꝰ per ioſeph cui poſt
temptationē virginitate ſeruata dedit dn̄s
gratiam in conſpectu principis. Gen̄. xxxix.
Et ſic xp̄s voluit conſeruari virginitatē io
hannis euāgeliſte. vt patet.

4 Quarto xp̄s voluit beatū

iohannē illuminari: q2 ad omnia ſecreta ſua
eū admiſit: ex quo apparet eius magna fa
miliaritas cum xp̄o in qua fuerunt quattu-
or gradus ſm̄ miſteria ſingularia eis a xp̄o
reuelata. Primus gradus miſterioꝝ eſt
coꝝ que fuerūt om̄ibꝰ reuelata vt miſteriū
paſſionis. Math. xx. Secūdus gradus eſt
miſterioꝝ que fuerūt preciſe tribꝰ reuelata:
vt miſteriū tranſfigurationis. Math. xvij.
Tertius gradus eſt miſterioꝝ que fuerūt
preciſe duobꝰ reuelata: vt miſteriū reſurre-
ctionis. Joh. vlti. Quartꝰ gradus eſt miſte
riorum que fuerunt vni tm̄ reuelata: vt ſa-
cramentū incarnatōnis. vt patꝫ Joh. i. Ub̄
dicit. Quod fuit ab initio: qd̄ audiuimꝰ ⁊c̄.

Quinto chriſtus voluit 5

beatum iohannē inflāmari. ſcꝫ per charita-
tem: cuius ſunt quattuor ſigna. Primum
ſignū eſt quando quis multū de dilectione
loquitur: q2 ex abundātia cordis os loquit.
Sic fecit iohānes vt patꝫ in epiſtolis ſuis.
Secundū ſignū eſt quādo diligēs dilectū
inſeparabiliter comitatur. ſic fecit iohānes.
Unde Petrus damianꝰ in ſermone huius
diei dic̄ ſic. Amor quippe dn̄i quo eū pre ce
teris plus dilexit mortalibꝰ. eo ei vere dile-
ctionis pondus exhibuit vt nimirū plꝰ ama
ret q̄ plus amabatur ⁊ qui prior erat in re-
demptoris amore: precipuus fieret in fra-
terna dilectōne. hec ille. Nam ob amorē xp̄i
om̄ia dereliquit. ſcꝫ patrē ⁊ rethia: qm̄ arte
vſuq̄ viuebat Tertiū ſignū eſt quando di
lectus a longe cognoſcitur. ſic fecit iohānes
diligēs xp̄m q̄ iuxta crucē xp̄i ſtetit. Quar
tum ſignū eſt quādo pro dilecto mors ſuſci
pitur. ſic fecit iohānes: qm̄ xp̄o querenti ab
eo. poteſtis bibere calicē quē ego bibiturus
ſum: reſpondit. poſſumꝰ. vt dicit Math. xx.
In hijs inflāmabatur vt patet.

Sexto chriſtus voluit bea 6

tum iohannē flagellari: q2 fuit martyr ſicut
dixit ei. Calicē quidē meū bibetis. Scien-
dum q̄ q̄ttuor ſūt genera martyrij. Que-
dam q̄ ſine pena corporis ⁊ aīe in ſolo voto
ſuſtinendi mortē pro xp̄o conſūmant. ſicut
beatꝰ martinꝰ cuiꝰ aīam ⁊ ſi pſecutoris gla
dius nō abſtulit: tamē martyrij palmā non
amiſit. Sicut virgo ſi violet contra volūta-
tem ſuam: nō amittit v̄ginitatis palmā: vt
dixit beata lucia. Quedā conſūmant in pe
na corpis ⁊ aīa letatur in celis. ſicut beatus
ſtephanꝰ. vt dicitur Act. vij. Quedā con-
ſūmantur in ſola pena anime. ſicut marty-
rium beate virginis in paſſione xp̄i: queād-
modum ſymeon dixit. Et tuā ipſius aīam
pertranſibit gladius. Luce. ij. Quedā con-
ſūmant in pena corpis ⁊ anime ſimul. ſicut
martyriū xp̄i quod fuit maius in anima q̄
in carne. ⁊ tale fuit martyriū beati iohānis

Fuit em̄ grauiter flagellatus. fuit ex deriſione tonſurat⁹. fuit in feruentis olei doliū miſſus: ⁊ fuit exilio relegatus. ⁊ fuit veneno potatus: tamē quo ad aīam magis affligebatur: aſſiſtens cruci xp̄i.

Septimo xp̄s beatum iohannē voluit tumulari: de cuius morte ſunt quattuor opiniones. Quidaꝫ dicunt ip̄m eſſe in celo cum corpore glorificato. qḋ probant triplici ratione. Primo ex liberalitate dei qui corpus eius cuſtodiuit: ne corruptioni ſubiaceret: ne oleum feruens adureret ne venenū noceret: ne gladius deſeuiret ne mortis dolorē ſentiret. Si ergo xp̄us corpori iohānis tam liberalis fuit in mūdo: nō debuit min⁹ liberalis eſſe in celo. Secūdo ex dignitate iohānis qui in ſinu xp̄i recubuit: qui xp̄o tam familiaris extitit: qui virginitate ſocietatē fecit a quo angelus adorari voluit Tertio q: ſi alioꝝ apl'oꝝ corpora honorantur in terris. multomagis corpus beati iohannis honorari debuit. Sed nullus honor ſibi exhibetur in mundo: ergo honorat̄ in celo. Secunda opinio eſt illoꝝ qui dicūt ip̄m defunctū ⁊ aīam glorificatā in celo: corpus vero eius reſeruari in loco hominibus ignoto ⁊ ſoli deo cognito. ſicut de corpe moyſi dicitur. Tertia opinio eſt illoꝝ qui dicūt ip̄m adhuc viuere ⁊ in paradiſum terreſtrē tranſlatū eſſe ⁊ tempe antixp̄i apparebit ⁊ occidet̄. Vn̄ Theophilus dicit ſic. Xp̄s nō negauit iohānē moriturū. nam om̄e qḋ oritur morit̄. Sed dixit. volo eū viuere vſq; ad finē mūdi ⁊ tunc patiet̄ pro me martyrium cū helya. ⁊ ſi aſſignet̄ eius ſepulchrū viuēs illḋ itrauit ⁊ poſtea diſceſſit. hec ille. Quarta opinio eſt illoꝝ qui dicunt ip̄m adhuc viuere: ⁊ ſub terra dormire. Qḋ p̄bant ex verbo xp̄i dicentis. Sic eū volo manere. ⁊ exēplo Moyſi quē dicunt ſub terra dormire: ⁊ q: in ei⁹ ſepulchro nihil inuenit̄ niſi manna qm̄ adhuc quaſi flatu quieſcentis ibi videt̄ manna ſcaturire. Hanc quartā opinionem Aug. in omel. hodierna reprobat: q: paruā gratiā xp̄s feciſſet ſuo dilecto: ſi ceteris apoſtolis in celo regnantib⁹ ipſe ſub terra dormiret. Ad v̄bū autē xp̄i dicentis. Sic eum volo manere. Reſpondet Chryſo. id eſt nolo ip̄m per martyriū conſūmari ſed expectare donec ego veniēs recipiā euꝫ in et̄na beatitudine. Ad exemplū autē de moyſe dicit Aug. Qḋ ſcriptura teſtatur ip̄m fuiſſe mortuum. ⁊ ſi dicat̄ ꝙ cum Helya viuus apparuerit. Reſpondetur ꝙ deus potuit de facili eum ſuſcitare ad horā: corpus aūt eius voluit eſſe abſconditū: ne iudei circa eius corpus idolatriaꝫ exercerent. De manna vero ibi ſcaturiente dicit Aug. ꝙ hoc accidit vt ꝑpter hoc cōmendetur quē non cōmendat martyriū: vel ob aliā cauſam nobis ignotā.

Octauo xp̄s voluit beatū iohannem ſic glorificari quando tranſtulit ip̄m de hoc mundo ad paradiſum terreſtrē vt tertia opinio vult. Sciendū ꝙ in ſacra ſcriptura inueniunt̄ quattuor tranſlatōnes Prima fuit in ſtatu innocētie. Si em̄ adā non peccaſſet poſt certū temp⁹ viuens in celum tranſlat⁹ fuiſſet. vt dicit magiſter ſentētiarū lib. ij. Secūda fuit in ſtatu legis naturalis vt tranſlatio Enoch. Gen̄. iiij. Tertia fuit in ſtatu legis ſcripte. ſicut Helyas q̄ fuit tranſlatus in paradiſuꝫ terreſtrē in curru igneo. iiij. Regū. i. Quarta fuit in ſtatu legis gratie. ſicut trāſlatio dn̄i noſtri ieſu xp̄i in aſcenſione. Marc̄. xvi. Et ſic apparet ei⁹ glorificatio.

Nono xp̄s voluit beatum iohānē ſic reuelari. q: ipſe veniet ante diem iudicij ad teſtificandum de dn̄o noſtro ieſu xp̄o cū enoch ⁊ helya. Qḋ probat̄ quadruplici ratione. Prima q: non inuenit̄ in ſcriptura ſacra aliq̄s tranſlat⁹ quin ſit venturus Unde de Enoch dicit̄ Ecc̄. xliiij. Tranſlat⁹ eſt vt det gentib⁹ ſapientiā. Et de Helya dicitur Eccl'i. xliiij. Helyas quidē ventur⁹ eſt ⁊ reſtituet oīa. Cum ergo iohānes ſit de numero tranſlatoꝝ videt̄ ꝙ ſit ventur⁹. Secunda ratio eſt. q: cuꝫ ad teſtimoniū xp̄i ſit ventur⁹ vn⁹ de ſtatu legis nature. ſcꝫ enoch ⁊ alius de ſtatu legis ſcripte. ſcꝫ helyas: rationabile eſt vt tertius ſit de ſtatu legis gr̄e. ſed de nullo p̄ſumitur niſi de iohāne euāgeliſta. Tertia ratio eſt q: xp̄us loquens diſcipulis ſuis de finali predicatione ante ſuū aduentū dixit. Amen dico vobis nō cōſūmabitis ciuitates iſrael donec veniat filius hoīs. vt habet̄ Math. x. Significās per hoc ꝙ aliq̄s diſcipuloꝝ ei⁹ ſit ventur⁹ in finali eius predicatiōe. Quarta ratio eſt q: angelus dixit iohanni Apoc. x. Oportet te iterū ꝑphetare ⁊ gentibus ⁊ linguis ⁊ regibus multis: ſed hoc nondū eſt completū: cū in ſola aſya poſtea predicauerit. ⁊ poſt hoc aſſumetur in gloriam. Ad quā ⁊c. Amen.

In feſto ſanctorum Inno-
centium Sermo.viij.

Sunt ante thronum
dei. Apoc. xiiij. ⁊ in epiſtola p̄-
ſentis ſolēnitatis. Beatꝰ Aug.
in ſermone huiꝰ diei dicit ſic. Hodie fratres
illorum infantum natalem colimꝰ quos ab
herode interfectos eſſe euāgelij textus elo
quitur. ⁊ ideo gaudeat terra noſtra celeſtiū
militū ⁊ tantarū parens fecundata virtutū
Digne natalē illoꝝ colimꝰ quos beatiꝰ eter
ne vite mundus edidit ꝙ quos materno-
rum viſcerum partus effudit. Siquidē an-
te vite perpetue adepti ſunt dignitatem ꝙ
vſum preſentis acciperēt. Hec ille ⁊c. Su
per quo verbo moueo talem queſtionem.
Utrum ſancti innocētes martyrij palmam
obtinuerint qui nullum meritū ex ſua paſſi
one habuerint. Ad iſtam queſtionē reſpon
dent duo doctores eccleſie. Primꝰ eſt io-
hannes epiſcopꝰ in ſermone huiꝰ diei dicēs
ſic. Probat nouos exercitus xp̄us legiones
lactētes victoria perpetrata coronat. Fiunt
pro xp̄o victores qui etate fuerant coequa-
les. Fiunt ſine certamine fortes ſine pugna
victores. mercantur pena martyrium glori-
am ſanguine comparant: vitam eternā tem
porali morte cōmutant. Tranſmittit infan-
tes infans xp̄s ad celum: offert noua ence-
nia patri primitias fructuū exhibet genitori
hec ille. Secundus eſt Seuerianꝰ in ſmo-
ne huiꝰ diei dicēs ſic. Hoc loco attendat au
ditor: attendat ⁊ intelligat martyrium non
conſtare per meritum: ſed venire per gratiā
In paruulis que voluntas: qd arbitriū vbi
captiua fuit ⁊ ipſa natura. De martyrio er-
go deniꝰ totū deo nihil nobis. vincere dia
bolum: corpus tradere: contemnere viſcera:
tormenta expendere: laſſare tortorem: cape
re de iniurijs gloriā: de morte vitam nō vtu
tis humane ſed muneris eſt diuini. hec ille.

Sciendum ꝙ paſſio ſanctoꝝ innocentiū
eſt cōmendabilis ex cauſa: quia pro xp̄o oc-
ciſi ſunt. ideo iure in numero martyrū com
putantur quadruplici ratione. Primo ra-
tione perſone: q2 pro xp̄o paſſi ſunt. imo in
ſingulis paſſus eſt xp̄s. Unde Aug. in ſer-
mone de epiphania dicit ſic. O paruuli bea
ti modo nati: nūꝙ temptati: nondum lucta
ti: iam coronati: non habebatis etatem qua
in paſſurum xp̄m crederetis: ſed habebatis
carnem in qua ꝓ paſſuro xp̄o paſſionē ſuſti
neretis. hec ille. Ideo dicit Heſter. iiij. Ho-
ſtis noſter eſt cuiꝰ crudelitas redundat in
regem. Secūdo ratione ſingularis gratie:
rex enī terrenus quando coronat multos
milites ſecum facit. Xp̄s ergo qui coronatꝰ
erat a patre corona diuinitatis: hodie coro
natus eſt corona humilitatis a matre. ideo
tanꝙ nouus rex nouos milites voluit ſibi
aggregare. Unde Seuerianꝰ in ſmone hu
ius diei dicit ſic Xp̄s nō deſpexit ſuos mili-
tes ſed prouexit: quibꝰ dedit ante triumpha
re ꝙ viuere: quos fecit capere ſine certatōe
victoriaꝝ: quos donauit coronis anteꝙ mē
bris: quos voluit virtutibus vicia preterire
ante celū poſſidere ꝙ terraꝝ. Premiſit ſuos
milites xp̄s nō amiſit: recepit ſuas acies nō
reliquit. hec ille. Tertio ratione innocentie
in ſanguis baptiſmo aſſecute. Un̄ Bern̄.
in ſermone huiꝰ diei dicit ſic. Ille ꝓ xp̄o tru
cidatos infantes dubitet coronari: qui rege
neratos in xp̄o non credit inter adoptiōis
filios generari. Et ſicut tunc circumciſio nūc
vero baptiſmus ſine vllo ꝓprie voluntatis
vſu ſufficit ad ſalutem: ſic pro xp̄o ſuſceptū
martyriū illis ſufficit ad ſanctitatē. hec ille.

Quarto ratione inſpirationis. Fuit enī ac
celeratus in eis vſus ratiōis. vt ſcilꝫ cogno
ſcerent xp̄m verū deum ⁊ verū hominē. Si-
cut iohannes baptiſta in vtero matris co-
gnouit xp̄m exultās. Unde Johānes ep̄s
in ſermone huius diei dicit ſic. Fiunt in ter
ra pueri ſine magiſtro diſerti: docti ſine do-
ctore: eruditi ſine eruditore: agnoſcūt xp̄m
predicant dn̄m: non quē perſuaſio humana
docuerat: ſed quē diuinitas innocentibꝰ in-
ſpirabat. hec ille. Licet ergo non habuerint
vſum liberi arbitrij ex natura: tamen habue
runt et gratia. ratione cuius martyriū eoꝝ
perduxit eos ad palmā. Ido ſunt ante thro
num dei. Sunt ante thronū dei.

Ratione puritatis.
Ratione virginitatis.
Ratione ſocietatis.
Ratione primitatis.
Ratione paſſibilitatis.
Ratione flebilitatis.

Primo innocentes ſunt
ante thronū dei ratōne puritatis. id eſt inno
centie. Un̄ Seuerianꝰ in ſermone huiꝰ diei
dicit ſic. Herodes cecus xp̄m gladijs querit
inueſtigat cruore crudelitate rimat. Succeſ
ſorem timēs inceſſit in actorem. premit in-

nocentes volens innocētiam deperire. In-
nocentis cauſam facit innocentium crimen
ac totis ortū orientiū mādat eſſe occaſum.
hec ille. Sciendū ꝙ innocentia eſt quadru
plex. Prima etatis: ꝛ hec eſt ex nature be-
neficio. talis erat innocentia illoꝝ puerorū
qui tollentes ramos oliuarū exiuerūt obui-
am dño clamātes. Oſanna filio dauid ꝛc.
vt dicitur Ioh. xij. ꝑpter qḋ dñs ait. Ex ore
infantium ꝛ lactentiū perfeciſti laudē. Hec
enī nō diſcernit culpam ꝛ ideo nō imputatꝰ
ei culpa. Math. xix. Sinite paruulos veni-
re ad me: taliū enī eſt regnū celoꝝ. talis fuit
innocētia iſtoꝝ pueroꝝ. de quibꝰ Euſebius
in ſmone huius diei dicit ſic. O ꝙ feliciter
nati quibꝰ in primo naſcendi limine eterna
vita obuiā venit: immaturi quidē videntꝰ ad
mortē: ſed feliciter moriuntꝰ ad vitā. Nondū
ingreſſi ſunt infantie cunas ꝛ iam peruene-
runt ad coronas. hec ille. Secunda eſt inno
centia ſimplicitatis que credit omi verbo ꝛ
eſt ſine mūdano exercitio. Math. x. Eſtote
prudentes ſicut ſerpentes ꝛ ſimplices ſicut
columbe. Talis erat innocentia illoꝝ quos
dñs elegit: qm̄ non multi ex eis fuerunt no
biles: non multi ſapientes: ſed piſcatores: ꝛ
infirma mundi elegit deus vt confunderet
fortia. de hac innocentia Hiero. in omel. di
cit ſic. Sicut paruulus nō perſeuerat in ira-
cundia: non leſus meminit: non videns pul
chram mulierē delectatꝰ: nō aliud cogitat ꝛ
aliud loquitur. Sic ꝛ vos niſi talē habueri-
tis innocentiā ꝛ animi puritatē regna celo-
rum nō poteritis intrare. hec ille. Talis fuit
innocentia iſtorum puerorum. Vn̄ Seueri
anus in ſermone huiꝰ diei dicit ſic. Quorū
lingua tacuit oculi nihil viderunt: nihil audi
erunt aures: manus nil fecerunt: ꝛ quibus
actus nullꝰ eſt culpe: inde ſuſceperūt mortē
qui viuere neſcierunt. quibꝰ apud herodē ſo
lum ꝙ nati ſunt hoc fuit crimē. hec ille. Ter
tia eſt innocentia puritatis que ē ex ꝟtutū
brauio. pſ. Ego autē in innocētia mea in-
greſſus ſum. Talis erat innocētia iob ꝗ erat
vir timens deū ꝛ poſt flagella retinēs inno
centiam: ꝛ hoc ꝟtute diſcretionis declinata
culpa. pſ. Sanguinē innocentē nō condem
nabunt. Et Chryſoſt. in omel. dicit ſic. Gau
de innocentia ꝛ exulta: gaude inꝗ qꝛ vbiqꝫ
illeſa es vbiqꝫ ſecura. ſi temptaris proficis.
ſi humiliaris erigeris. ſi pugnas vincis. ſi oc
cideris coronaris: tu in ſuitute libera es: in
periculo tuta. in cuſtodia leta: tibi omīs rex-
tus addicitur: tibi vniuerſa malicia ſubiu-
gatur. te potentes honorant: ſuſcipiūt ꝑnci-
pes: magnates exquirunt ꝛ illi nonūꝙ te de
ſiderant qui impugnant. tibi boni parent:
mali inuident: zelant inuidi: inimici ſuccum
bunt. nec vnꝙ poteris victrix nō eſſe: ꝛ ſi ti-
bi inter hoīes iudex iuſtus non fuerit apud
deum habebis. hec ille. Talis fuit innocētia
iſtorum pueroꝝ: nō actu ſed habitu diuina
grā mentes eoꝝ perficiente. Unde Augꝰ in
ſermone huiꝰ diei dicit ſic. Quantū enī con
tra ipos iniqtas abūdauit: tanto in eis gra
tia benedictiōis infulſit. Quarta eſt inno
centia originalis in qua creatus fuit adam
a qua cecidit per peccatū. Hanc autē inno-
centiā ſolus xp̄s habuit. vt p. ij. ꝛ. iij. ſniarū.

Secūdo innocētes ſtant

ante thronū dei ratione ꝟginitatis. Unde
dicitꝰ Apoc. xiiij. ꝛ cantabant canticū nouū
ante ſedē dei ꝛc. In quo cantico erant quat
tuor. Primo nouitas. Iſtud enī cantare
eſt de incorrupta mentis ꝛ carnis integrita
te gaudere. ſed nūꝙ fuit ꝟginitas conſūma
ta ita conſecrata deo: ſicut virginitas iſtorū
innocentiū. de quibꝰ Apoc. xiiij. dicitur ſic.
Hij ſunt ꝗ cū mulieribꝰ nō ſūt coinquinati
virgines enī ſunt ꝛ ſequuntꝰ agnū quocūqꝫ
ierit. Secundo erat ſingularitas. Un̄ dicitꝰ
ibidē. Et nemo poterat dicere canticū: niſi
illa centūquadragintaqttuor milia qui em
pti ſunt de terra. Super quo Beda dicit ſic.
Hoc canticū ceteri electi audire poſſunt licꝫ
dicere nequeant: qꝛ per charitatē quidem de
eorum celſitudine ſunt leti: ꝙuis ad eorum
premia nequaꝙ aſſurgāt. hec ille. Tertio
erat ſonoritas. Un̄ dr̄ Apoc. vbi ſup. ꝛ au-
diui vocē tanꝙ aquarū multarū. Quia pro
glīa carnis incorrupte ꝛ mētis illibate lau-
dant deū. Quarto erat ꝑpetuitas. Un̄ dr̄
ibidē. Et vocē quā audiui ſicut cytharedoꝝ
cytharizantiū in cytharis ſuis: ꝛ in hac vo-
ce perſeuerant innocētes.

Tertio innocentes ſunt

ante thronū dei rōne ſocietatꝭ. Un̄ dr̄ Apoc.
xiiij. Uidi ſup mōtē ſyon agnū ſtantē ꝛ cuꝫ
eo. cxliiij milia. habētes nomē eiꝰ ꝛ nomen
prīs eiꝰ ſcriptū in frontibꝰ ſuis. Nā innocētes
aſſociati ſunt agno ꝛ agnꝰ libentꝰ cū eis mo
ratur ꝑpt qttuor cauſas. Prīa ē qꝛ hō libē
ter moratꝰ cū ꝯciuibꝰ ꝛ ꝯtribulibꝰ ſuis. xp̄s
enī fuit bethleemita. ideo habuerūt magnā

cum xp̄o familiaritatē. Homīes eñ eiuſdē ciuitatis magnā familiaritatē inuicē habe-re conſueuerūt. innocētes autē iſti nati ſunt in ciuitate xp̄i. Secūda eſt qꝛ homo liben ter morat̃ cum conſimilib⁹ ſuis. Juxta illud Om̄e aīal diligit ſibi ſimile. ipi nāqꝫ fuerūt innocentes: v̄gines ⁊ martyres. ideo xp̄us libenter morat̃ cum eis tanꝙ̄ innocēs cum innocentib⁹: tanꝙ̄ v̄go cuꝫ virginib⁹: tanꝙ̄ martyr cū martyrib⁹. Tertia eſt qꝛ homo libenter morat̃ cuꝫ cōmilitonib⁹ ſuis. Xp̄s eñ tanꝙ̄ cōmilitones ſuos eiſdē veſtibus eos induit quib⁹ ipſe induebat̃. Apoc. iij. Ambulabūt mecū in albis. etiā dedit eis ſignum ſuū. Juxta illud Apoc. xiiij. Haben-tes nomē eius ⁊ nomē patris ei⁹ ſcriptum in frontibus ſuis. Nam in frontib⁹ ſuis ha-bent iſtud nomē ieſus in ſimilitudinem cru cis: ad ſignificādū ꝙ ſunt cōmilitones xp̄i.

Quarta eſt qꝛ homo libent̃ morat̃ cuꝫ do micellis ⁊ ſeruitorib⁹ ſuis. maxime quando ſunt mundi ⁊ honeſti. Jnnocētes autē ſunt tanꝙ̄ camerarij xp̄i. ideo dicit̃. Sine macu-la ſunt ante thronū dei.

Quarto innocentes ſunt

ante thronū dei rōne p̄mitatis: qꝛ p̄mi mar-tyres extiterūt. Unde Apoc. xiiij. dicit̃. Hij empti ſūt ex oīb⁹ p̄mitie deo ⁊ agno. Su-per quo dicit glo. De p̄mitie de illo ſancto et immaculato grege eccleſie quaſi ſanctiores prioreſqꝫ hoſtie ꝓ volūtatis ſue meritis a ſpūſancto eligunt̃. Sciendū ꝙ innocētes fuerūt p̄mitie dei ꝙtum ad quattuor. Pri-mo fuerūt prime gēme eccleſie florētis. Nā xp̄s dixit Joh. xv. Ego ſum vitis vera. Sed in hac vite ſunt tres propagines. Juxta illō Gen̄. xl. Uidebam coram me vitem in qua erant tres ꝓpagines. i. tres martyrū diſtin-ctiones. quarū vna protulit gēmas. i. horuꝫ martyrū p̄mitias qui fuert̃ martyres actu ſ; nō volūtate. Un̄ Aug. in ſmone hui⁹ diei dicit ſic. Jure dicunt̃ martyruꝫ flores quos in medio frigore īfidelitatis exortos: velut primas erumpentis eccleſie gēmas quedā pſecutionis pruina decoxit. Secundo fue runt p̄mi flores ecclie naſcentis. Un̄ Can. ij. dicit̃. Capite nobis vulpeculas que demo liunt̃ vineas. nam vinea noſtra floruit. Tūc eñ vinea noſtra. i. ecclia floruit quādo iſtos martyres produxit: quā in ſuis florib⁹ vul-pes demolite fuerunt. Quando herodes et ſui complices iſtos innocētes necauerunt. Herodes eñ vocatur vulpes. Luce. xiij. Jte dicite vulpi illi. Propterea Johānes epiſco pus in ſermone hui⁹ diei dicit ſic. Chriſtus oſtendit futurā fecundiſſimā meſſem: dum in ſemine tantaꝫ exhibet vbertatē. Tertio fuerunt nouelle plantatōnes eccleſie exube rantis. Un̄ Eſa. xviij. dicitur. Ante meſſem totus effloruit: ⁊ īmatura germinauit plan tatio. Sunt eñ quedā plantatōnes que flo rem martyrij protulerūt in ſenectute. exem plum vt petrus. Quedā in iuuentute. exem plum vt ſtephan⁹. Quedam in ſua īmaturi tate ⁊ nouella plantatōne. exemplū vt mar tyres innocentes. pſ. Filij tui ſicut nouelle oliuarū in circuitu menſe tue. Quarto fue runt primi fruct⁹ eccleſie fructificantis. Jſti eñ ſignificabant futurā eccleſie perſecutio-nem. Unde Beda in omelia dicit ſic. Qꝫ in bethleem ⁊ in om̄ibus finib⁹ eius occiſi ſūt oſtendit non ſolum in iudea vnde eccleſie cepit origo ſed ⁊ in om̄ibus eiuſdem ecclie finibus quacunqꝫ per orbem diffuſa. perſe-cutionem ſeuiturā perfidorum ⁊ pioruꝫ pa-tientiam eſſe coronandaꝫ. hec ille. Sic ergo fuerunt primi martyres in eccleſia dei.

Quinto innocentes ſunt

ante thronū dei ratione paſſibilitatis. Un̄ Seuerian⁹ in ſermone huius diei dicit ſic. Beati quos natos videmus martyrio eſſe non ſeculo. Beati qui labores in requiem. in refrigeriū dolores: merores in gaudium cōmutarunt. Uiuunt viuunt: qꝛ vere viuūt qui pro xp̄o merent̃ occidi. hec ille. Scien-dum ꝙ genera martyrū ſunt ꝗttuor. Pri-mum eſt infantiū qui in odiuꝫ dei occidun-tur ſine ꝓpria voluntate: licet non ſine gra-tia dei. Exemplū de iſtis ſanctis innocētib⁹. Unde Aug. in ſermone de epiphania dicit ſic. Nullo modo deſereret iſtos infātes gra tia ſaluatoris qui venerat querere qḋ perie rat. non ſolum in carne naſcendo: verūetiaꝫ in cruce patiendo. Nam qui potuit nat⁹ ha-bere p̄dicatores angelos: narratores celos adoratores magos: potuit ⁊ illis ne ſic ꝓ eo morerentur preſtare hos ſi ſciret illa morte perituros: ⁊ nō poti⁹ maiori felicitate victu ros. abſit: vt ad liberandos homines veni-ens de illorum premio qui pro eo interficie bantur nihil egerit: qui pendens in ligno ꝓ eis a quibus interficiebatur orauit. hec ille.

Secundum genus eſt infirmantium qui non poſſunt fugere mortem quam libenter

vitarent:niſi deū mortaliter offenderent. ⁊
tunc potius eligūt mortē ꝙ̄ vitā. Exemplū
de eleazaro qui magis glorioſam mortē ꝙ̄
odibilē vitaꝫ in tranſgreſſione diuine legis
elegit. vt dicitur.ij.Machab. Tertiū genꝰ
eſt perfectoꝝ qui mortē non fugiunt ſed ex
pectant:lꝫ fugere poſſint.Exemplū de Jaco
cobo apoſtolo q̇ expectauit herodē nolens
diſcedere donec occiſus fuit ab eo.vt dicit
Act.xij. Quartū genus eſt perfectiſſimo⸗
rū qui non ſolū morteꝫ non fugiunt:immo
eā inſequuntur.Exemplū de paulo qui aga
bo prophete reſpondit predicenti ſibi futu
ram perſecutionē in hieruſalē ꝙ non ſoluꝫ
alligari:ſed etiam mori paratus erat ⁊c.

Sexto innocentes ſunt

ante thronū dei ratione flebilitatis. Unde
Jo.Criſoſt. in ſermone huius diei dicit ſic.
Paruuli plorabant eo ꝙ a matribus ſepa
rabantur:matres vlulabant eo ꝙ a filijs de
ſolabantur. Sciendū ꝙ matres iſtorū in⸗
nocentum fuerunt martyres propter quat
tuor. Primo propter geminū dolorē quem
paſſe ſunt in occiſione filiorū ſuorū. Unde
Criſo.vbi ſupra ait. Erat videre maiorem
dolorē in matribus remanētibus ꝙ̄ in par
uulis morientibꝰ. Unū quidē paruuli ſuſti
nebant dolorē.nondū eñ ſciebant mortis
timorē. Matres vero duplicē patiebātur.
vnū ꝙ interfici paruulos ſuos intuebātur.
alteruꝫ quoqꝫ ꝙ a filijs ipſe deſolabantur.
In paruulis deniqꝫ mors eoꝝ beata finem
faciebat doloris. In matribus autē paruu⸗
loꝝ memoria ſemꝑ erat reparatio doloris.
Hec ille. Secundo propter lachrymarum
abūdantiā que fuerunt eis loco baptiſmatꝭ
Unde Seueri. in ſermone huius diei dicit
ſic. Beati ventres q̇ portauerunt tales:bea
ta vbera que ſe talibus effuderunt.beate la
chryme que pro talibus fuſe flentibus gra
tiā baptiſmatis contulerunt. Nam diuerſo
modo dono vno in lachrymis ſuis ⁊ ma⸗
tres ⁊ ſui filij in ſuo ſanguine baptizantur.
Hec ille. Tertio propter martyrij filiorum
tolerantiaꝫ. Idē eñ martyriū quod porta
uerunt filij in corporibus pertulerunt ma⸗
tres in cordibus. Unde Seueri. vbi ſupra
ait. In martyrio filiorū matres paſſe ſunt.
Naꝫ gladius filioꝝ pertranſiens membra
ad corda matruꝫ deuenit. Et neceſſe eſt vt
ſint premij conſortes que fuerūt ſocie paſ⸗
ſionis. Martyrū matres tulerūt quicquid
⁊ angoris extitit ⁊ doloris. ⁊ ideo nō care⸗
bunt martyrij gaudio martyrij lachryme
quas fuderunt. Hec ille. Quarto propter
effectuū repugnantiā. Un̄ Jo.ep̄us in ſer
mone huius diei dicit ſic. Duo illa diuerſa
conſpicio:fletū ⁊ conſolationis cōtemptuꝫ
Sed conditio a matre defletur:⁊ ſpe glorie
conſolatio humana cōtemnitur. Pietatis
affectus in fletibus declaratur:ſed ex occi⸗
ſoꝝ gloria repudiū conſolationi indicitur.
pugnant in matre affectus ⁊ fides. Huma
nitas cū deuotione certat. Plangit affectꝰ
ſed fides exultat.deflet humanitas:ſed de⸗
uotio conſolatur. Licuit eñ matri humani
tus flere.non licuit conſolatione humani⸗
tus indigere.hec ille. Sic ergo patet ꝙ ma
tres ſanctoꝝ innocentū non ſunt minoris
meriti quo ad martyriū ꝙ̄ ſunt ipſi innocē
tes. Jō cū eis ſunt añ thronū dei ⁊c. Amē.

In feſto circunciſionis dñi. Sermo.ix.

C Onſūmati ſunt di⸗

es. Luce.ij. ⁊ in euāgelio p̄ntis
ſolēnitatꝭ btūs Mathēꝰ loquēs
de xp̄o.v.c.dicit ſic. Nolite putare q̄m veniſ
ſoluere legē aut ꝓphetas.nō veni ſoluere:
ſꝫ adimplere. Q̄ꝺ exponens Criſo.dicit ſic.
Legē impleuit primo quidē nihi trāſgredi
endo legaliū. Sc̄ꝺo iuſtificando ꝑ fidē qꝺ
lex ꝑ litteraꝫ facere nō valebat. Suꝑ quo
moueo talē queſtionē. Utrū ꝯuerſatio xp̄i
recta debuerit eſſe ſcḋm legꝭ p̄cepta. Ad iſtā
queſtionē r̄ndēs ſctūs Tho.iij.pte.q.xl.ar.
iiij.dicit ſic. Xp̄us in oībꝰ ſcḋm legis p̄cepta
ꝯuerſatꝰ eſt. In cuiꝰ ſignū etiā voluit circū⸗
cidi. Circūciſio eñ eſt quedā ꝓteſtatio legꝭ
implēde.ſcḋm illud Gal.v. Teſtificor oī hoī
circūcidēti ſe q̄m debitor eſt vniuerſe legis
faciēde. Uoluit aūt xp̄s ſcḋm legē cōuerſari
ꝓpter quattuor. Primo quidē vt veterē le
gem cōprobaret.ſ.eſſe datam a deo quam
ipſe in ſe obſeruauit. Sc̄ꝺo vt ipſe in ſeipo
eā obſeruādo ꝯſūmaret ⁊ terminaret oſtē⸗
dens ꝙ ad ip̄m erat ordinata. Tertio vt iu
deis occaſioneꝫ calūniandi ſubtraheret ne
dicerent.iō te nō recepimꝰ q̄ꝛ diſſimilis es
patribꝰ. Quarto vt hoīes a ſeruitute legis
liberaret.ſcḋm illud Gal.iiij. Miſit deꝰ filiū
ſuū factū ex muliere natū ſub lege vt eos q̄
ſub lege erant redimeret. Et q̄ꝛ hodie ince
pit hec liberatio a ſeruitute legis per circū
ciſionem ieſu chriſti ⁊ ſaluatio per impoſi⸗
tionē nominis eius:ideo dicitur. Conſum⸗

mati ſunt dies ſcilicet legis ſeruilis.
Conſummati ſunt dies.
Reconciliationis.
Reſtaurationis.
Renouationis.

Primo cõſummati ſunt dies recõciliatõnis. Nã humana natura in adã ita fuit corrupta ꝙ oẽs ab ipo ꝓpagati corruptiões traxerũt. qꝛ ſi maſſa fuerit corrupta. tũc quicq̃d inde trahit᷑ erit vitiatuꝫ. Quãuis aũt deus aiam purã corpori infundat: tñ ex vaſe. i. corpore corrũpitur ꝛ vitiatur. ꝓpterea deus a principio remedia inſtituit cõtra pctm̃ originale quibus remedijs hõ deo recõciliaret᷑. Que quidẽ fuerũt quattuor. Primũ fuit oblatio. ꝛ iſtud incepit ab abel ꝛ durauit vſqꝫ ad diluuiuꝫ. Gen. iiij. Reſpexit deus ad abel ꝛ ad munera eius. Secũdũ fuit ſacrificiũ. ꝛ iſtud icepit a noe ꝛ durauit vſqꝫ ad abrahã. Gen. viij. Edificauit noe altare dño ꝛ de mũdis aialibus ꝛ volucribꝰ obtulit olocauſta. Tertiuꝫ fuit decimatio. ꝛ iſtud incepit ab abrahã ꝛ melchiſedech. Gen. xiiij. Dedit ei decimas ex omnibus. Quartũ fuit circũciſio. Gen. xvij. Circũcidetur in vobis omne maſculinum. Hi modi recõciliandi hodie conſummati ſunt in xpo dũ eos in ſe ſuſcepit. Adã quidem ſatiſfacere debebat ꝛ penã portare. ſed nõ poterat: ideo xps penã portauit: ꝛ ſic ſatiſfecit. ps. Que nõ rapui tunc exoluebam. Hodie naqꝫ ſeipm obtulit oblationẽ ꝛ hoſtiã deo offerens decimũ ordinẽ. ſ. hominuꝫ ſubijciens ſe legi circũciſionis ꝓpter quattuor. Pmo vt legẽ impleret. Roma. xv. Dico enĩ ieſum xpm miniſtrũ fuiſſe circũciſionis ad cõfirmãdas ꝓmiſſiones patrũ. Secundo vt verũ corpus ſe habere oſtẽderet. Tertio vt incarnatõnis myſteriũ dyabolo occultaret ne ipm agnoſceret verũ deũ quẽ circũcidi videbat tanqꝫ peccatorẽ. Quarto vt humilitatem ꝛ obedientiaꝫ commendaret quibus deo reconciliamur.

Secũdo ꝯſummati ſunt dies reſtaurationis. Nã hõ erat excluſus a celo. incluſus in lymbo. concluſus in exilio. recluſus in diſpendio. Et quia non poterat ſe ab his liberare: conueniens erat vt xps hodie ſanguinẽ ſuũ effunderet in reſtaurationem nature humane. Facit enĩ ſicut bonus mercator qui quando aliquid emit nõ ſtatim facit plenã ſolutionẽ: ſed primo dat arrã in ſignũ rei empte. Sic xps tanꝙ mercator volens emere naturã humanaꝫ pcio ſui ſanguinis hodie effundit ſanguinẽ ſuuꝫ in arrã precij in die paraſceues ſuper banchũ crucis perſoluendi integraliter ꝛc. Primo homo erat excluſus a celo nec poterat redire propter multa impedimenta. Nã porta celi erat clauſa. Gen. iij. Collocauit deꝰ ante paradiſuꝫ cherubin. Itẽ obligatio ad penã eternã. Jõ dr̃ ibidẽ. ꝛ flammeũ. Item ſeuera iuſticia. iõ dr̃ ibidẽ. gladiũ. Xps ergo effundit ſanguinẽ ſuũ hodie vt portam celi apiat: vt ignẽ gehenne extinguat: vt diuine iuſticie ſatiſfaciat. Hiero. Sãguis xpi clauis eſt paradiſi. Secundo hõ erat incluſus in lymbo obſeratis portis: vnde nõ poterat inde exire. Xps hodie effundens ſanguinẽ ſuũ letificauit ſanctos patres qui ibi detinebant᷑ aſtricti. Splendor quidã apud eos apparuit. Eſa. ix. Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucẽ magnã. Tertio hõ erat recluſus in exilio detentus a dyabolo in ſeruiturẽ oppreſſus multis tribulationibus. Xps hodie effundẽs ſanguinẽ ſuũ cõfregit potentiã dyaboli dũ caro circũciditur: peccator creditur. ſed ſanguis innoxiꝰ dũ effũditur homo reſtauratur: ꝛ ſic dyabolus decipit᷑. etiã hõ in tribulationibꝰ ſuis cõſolatur dũ pro eo preciũ ſanguinis xpi perſoluit᷑. Vita ei hois eſt in ſanguie. Leuit. xvij. Anima omnis carnis in ſanguine eſt. Sed vita eſt a deo. ideo ſanguis debet offerri deo. Sanguis aũt animaliũ non iuſtificabat hominẽ peccato. ꝓpterea oportuit vt ſanguis chriſti hominẽ iuſtificaret ꝛc. Quarto homo erat concluſus in diſpẽdio Quia immundus: durus: fugitiuus ꝛ cecus. Xps aũt hodie fudit ſanguinẽ ſuũ in lauachrũ noſtre purificationis. Apoc. i. Dilexit nos ꝛ lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Ecce reſtauratio.

Tertio conſummati ſunt dies renouationis. Nã hodie impoſitũ eſt nomen puero nato. De quo Eſa. lxij. dicit. Vocabitur tibi nomẽ nouum quod os domini nominauit. Hoc aũt nomen exprimitur in euangelio hodierno. Vocatũ eſt nomen eius ieſus: ſcꝫ ſm̃ rationeꝫ ſpiritualis ꝛ vniuerſalis ſaluationis. ꝛ ſm̃ hoc dicitur nouum. Hoc enim nomen eſt verbuꝫ: quia in principio erat verbum. Eſt etiam prouo

men: q: ponit̄ p noib⁹ oīum electoꝝ. Apoc.
xiiij. Habētes nomen eius ſcriptū in fron-
tibus ſuis. Eſt etiaꝫ participiū: q: partē ca
pit noīs. ſ. naturā hoīs nō culpā, quia par-
tem capit verbi. ſ. perſonā: ⁊ occultans glo-
riā. Eſt etiā aduerbiū: q: hoīem aſſumptū
facit ſtare iuxta verbū diuinū in eodē ſup-
poſito. Eſt etiaꝫ interiectio: q: interponit ſe
vt fidelē mediatorē inter deū ⁊ hoiem. Eſt
etiā coniūctio: quia ꝯiūgit ſummū infimo:
deū limo: verbū homini: virginitatē matri:
lapſum miſerie gl'orie ſummi dei. Propter
iſta hoc nomē eſt nouū. Licet aūt hoc no
men ieſus impoſitū fuerit alijs qui fuerunt
ante hunc puerū natū: tn̄ alia rōne. Unde
ſctūs Tho. iij. pte. q. xxxvij. arti. ij. in rub. di
cit ſic. Nomina ſingulariū hominū ſemper
imponuntur ab aliqua proprietate eius cui
nomen imponitur: ⁊ hoc quattuor modis.
Uel a tpe ſicut imponuntur noīa aliquorū
ſctōꝝ his qui in eoꝝ feſtis naſcuntur. Uel
a cognatiōe. ſicut cū filio imponitur nomē
patris: vel alicuius de cognatione eius. Si
cut propinqui iohānis baptiſte voluerunt
eū vocare nomie patris ſui Zachariā. non
autē iohannē: q: nullus erat in cognatione
eius qui vocaretur hoc noīe. vt dicitur Lu
ce. i. Uel ab euentu. Sicut Joſeph vocauit
primogenitū ſuū Manaſſen dicēs. Obliui
ſci fecit me deus oīum laboꝝ meoꝝ. Gen̄.
xli. Uel etiā ex aliqua qualitate eius cui no
men imponitur. Sicut Gen̄. xxv. dicitur. qꝛ
qui primo egreſſus eſt de vtero matris ruf-
fus erat: ⁊ totus in morē pellis hiſpidus vo
catus eſt nomen eius Eſau. quod interpre
tatur rube⁹. Noīa aūt q̄ imponunt̄ diuinit⁹
aliquib⁹ ſemp ſignificant aliqd̄ gratuitū do
nū eis diuinit⁹ datū. Sicut Gen̄. xvij. dictū
eſt abrahe. appellaberis abrahā: q: patrem
multarū gentiū conſtitui te. Et Math. xvi.
dictū eſt petro. Tu es petrus ⁊ ſuper hanc
petrā edificabo eccliam meaꝫ. Quia ergo
homini xp̄o hoc mun⁹ gratie collatum erat
vt per ipm omnes ſaluarentur: ideo conue
nienter vocatū eſt nomen eius ieſus. i. ſal-
uator. Hec Tho. Circa hoc nomen viden-
da ſunt quattuor. Priō a quo iſtud nomen
ieſus fuit ei impoſitū. Secundo quare fuit
ei impoſitū. Tertio ad quid fuit ei impoſi-
tum. Quarto quare fuit vocatus xp̄us. In
his ſtat omne myſterium huius nominis.
Primo iſtud nomen ieſus fuit impoſitum
puero hodie circūciſo a multis: ſcꝫ a patre.
Unde in apocriphis eſdre dicitur. Reuela
bitur filius cum his qui cum eo iocundabū
tur: ⁊ morietur filius meus ieſus ⁊ conuer
tetur ſeculum. A propheta Abacuch. iij. c.
Ego autem in domino gaudebo ⁊ exulta-
bo in deo ieſu ſalutari meo. Ab āgelo Lu
ce. i. Uocabis nomen eius ieſum. A matre
Luce. ij. Uocatū eſt nomen eius ieſus ⁊c̄.
Triplicem ieſum in ſcriptura legimus: ſcꝫ
ieſum naue. ⁊ iſte ſaluauit ab exilio deſerti
⁊ diuiſit terrā promiſſionis. Joſue. xiij. Si
militer ieſum filium Joſedach. ⁊ iſte ſalua
uit. quia edificauit templum vbi egit ſum-
mum ſacerdotium. Zach. iiij. Audi ieſu ſa-
cerdos magne ⁊c̄. Item ieſum filium Sy-
rach: qui fuit doctor ⁊ propheta. Sed no-
ſter ieſus hodie circunciſus diuiſit terrā vi-
uentium ſcꝫ beatitudinem eternam. Ree-
dificauit templum virtutis ⁊ gratie ruino-
ſam reparando naturam humanam. Qui
fuit propheta vir potens opere ⁊ ſermone
docens in doctrina dei ſicut poteſtatē ha-
bens. Et illi quidē non fuerunt veri ieſus.
Sed premiſſi ſunt tanq̄ꝫ baculus Helyſei
ad mortuum. vnde vacui fuerunt a vera ſa
lute. Nam baculus ſuperpoſitus fuit mor-
tuo: ⁊ non erat vox neqꝫ ſenſus. Deſcendit
hic noſter ieſus qui ſaluum fecit populum
ſuum a peccatis eorum. quia vox ⁊ ſenſus
⁊ vita redierunt. Nam vir iſte propheta po
tens opere ⁊ ſermone de excelſo monte ce-
lorum deſcendens: quaſi alter helyſeus de
monte carmelo viſitare dignatus eſt homi
nem: inclinari dignatus eſt iacenti: contra
hi ⁊ coequari paruulo ceco impertiri lumē
oculorum ſuorum: ⁊ os mutum oris pro-
prij oſculo ſoluere. debileſqꝫ manus robo-
re ⁊ contactu ſuarum ſolidare. ⁊ flatuꝫ qui
exiuerat ſua reſpiratione intromittere: tri-
buens cordi ſentire fideliter: proferre lau-
dem vtiliter: ⁊ manu opari efficaciter. Pu-
er autem oſcitauit ſepties: quia quinqꝫ ſen
ſus exteriores ⁊ duos interiores inſpiratio
ni ieſu reddit conformes: dicens. Cor meū
⁊ caro mea exultauerunt in deum viuum.
Septies in die reddendo ſibi laudem. ve-
re itaqꝫ eſt ieſus. Secundo iſtud nomen ie
ſus fuit hodie impoſitum huic puero: quia
eſt premium humane retributionis in ſta-
tu glorie. Hec enim figurant ipſe littere ex
quibus componitur hoc nomen ieſus. ſcꝫ
J. H. S. ⁊ titulus ſuperpoſitus que faciūt
ieſus. Nam. J. ſignificat perſonaꝫ deitatis.

H. ſignificat inſpiratione̅ ſctitatis. S. vero ſignificat inclinato̅ne̅ maieſtatis. Titulus au̅t ſignificat redemptionem captiuitatis. Primo. J. ſignificat perſona̅ diuinitatis. Quia hec lr̄a. J. eſt media vocaliu̅. Sic filius dei eſt media pſonaru̅ in trinitate. hec lr̄a. J. eſt minima in forma ꝛ maxima in facto. Sic filius dei eſt minimus in forma humanitatis: ꝛ maximus in facto redemptionis. Hec lr̄a. J. in metro e̅ aliq̄n ſimplex vocalis. vt in hoc verbo ibo. aliq̄n ſimplex co̅ſonans. vt hierl'm. aliq̄n duplex co̅ſonans. vt maioꝛ. quia mediat inter duas vocales. aliq̄n eſt ſyllaba. vt ibo. aliq̄n eſt dictio. vt in hoc impatiuo J. qd̄ eſt vade. Eode̅ mo̅ hec lr̄a. J. eſt caput huius no̅is ieſus. quia puer hodie circu̅ciſus eſt caput o̅im electoru̅. Eph. i. Conſtituit eu̅ caput ſup vniuerſam eccl'iam. ſ. electoꝝ. Ite̅ eſt media inter q̄nq3 vocales: q2 eſt medius in gentiu̅ vocatione que per q̄nq3 ciuitates deſigna̅tur. Eſa. xix. In die illa eru̅t q̄nq3 ciuitates in terra egypti loque̅tes lingua chananea. Ciuitas ſolis vocabitur vna. i. in die xp̄i eru̅t q̄nq3 ciuitates in mu̅do. ſ. eccl'ia anthiochena. co̅ſtantinopolitana. alexa̅drina. hieroſolymitana. ꝛ romana. Que vocatur ciuitas ſolis ꝓpt' ſummu̅ pontifice̅. loq̄ntes lingua zeli xp̄ianitatis. Hec lr̄a. J. eſt ſyllaba in ſono p̄dicatis. Luc. iiij. Alijs ciuitatib' opoꝛtet me eua̅gelizare regnu̅ dei: q2 ido̅ miſſus ſum. Dictio eſt in verbo impantis. Math. viij. Impauit ve̅tis ꝛ mari. Eſt vocalis per ſe ſonu̅ facie̅s in gr̄a p̄deſtinato̅is. Eſt ſimplex co̅ſonans in gr̄a iuſtificatio̅is. Eſt duplex ꝯſonans in ſchola fruitio̅is. ſ. aīe ꝛ coꝛpoꝛis. Eſt duplex ꝯſona̅s in gr̄a meditationis. ſ. inter deu̅ ꝛ homine̅. Paulus. Mediatoꝛ dei ꝛ ho̅im ho̅ xp̄s ieſus. Eſt duplex co̅ſona̅s in vinculo vnio̅is. Math. xviij. Ubi fuerint duo vel tres co̅gregati in no̅ie meo ibi ſum in medio eoꝝ ꝛc. Scd̄o. H. ſignificat inſpiratione̅ ſctitatis. Eſt em̄ in metro ac ſi no̅ ſit. Sic ꝛ inſpiratio ſp̄uſſcti eſt ad co̅ceptione̅ pueri circu̅ci ſi hodie ac ſi no̅ ſit q2 no̅ eſt pater xp̄i. Similiter. H. eſt littera octaua in alphabeto: q2 xp̄us reſurge̅s noviſſime reſurrectionis myſteriu̅ qd̄ ꝑ octauu̅ ſignificat' ꝯſecrauit. Et ſicut. H. no̅ computat' inter litteras cu̅ ſit aſpiratio: ſic xp̄s no̅ computatur inter homines naturaliter genitos cu̅ de inſpiratione ſpiritusſancti voluerit co̅cipi. Unde ſpo̅ſa ſcil3 beata virgo Cant. vi. dicit. Dilectus meus mihi: ſc3 de ſpiritusſancto ſacrando ꝛ fecundando vteru̅ meu̅. ꝛ ego illi. ſ. ꝯcipiendo illu̅ de ſubſta̅tia carnis mee miniſtrando ſanguine̅ puriſſimu3. Qui paſcitur inter lilia ſc3 caſtitatis ꝛ integritatis coꝛpoꝛis mei. donec aſpiret dies. id eſt per inſpiratione̅ ſpiritusſancti foꝛmetur xp̄us qui eſt verus dies ꝛ lux noui teſtamenti. ꝛ incline̅tur vmbꝛe ſc3 veteris teſtamenti. ad ip̄m adoꝛandu3 tanq̄ꝫ veritate̅. Tertio. S. ſignificat inclinatione3 maieſtatis: quia puer hodie circunciſus rigoꝛe̅ iuſticie inclinauit in dulcoꝛe̅ miſericoꝛdie. Hec littera. S. ſi capitalis ponat' ex toto ſe humiliat: ꝛ quaſi ſe inclinat. in hac foꝛma. ſ. Si au̅t finalis ponatur: tota contrahitur bꝛeuiatur dilatatur in hac foꝛma. s. Sic ꝛ verbu̅ altiſſimu̅ abbꝛeuiat' in noſtra natura ꝛ contrahitur totum in amoꝛe noſtro. Jere. xxxi. In charitate perpetua dilexi te: ideo attraxi te miſera̅s. Quarto titulus ſuperpoſitus ſignificat redemptione̅ captiuoꝛum per completu̅ amoꝛis ſignu̅. cu̅ in cruce clamans dixit. Co̅ſummatu̅ eſt. propterea Joh. xvij. ait. Opus conſummaui quod dediſti mihi vt facia̅. Tertio iſtud nomen ieſus fuit hodie impoſitu̅ huic puero propter multiplice̅ hui' no̅is effectu3 ideo Cant. i. dicitur. Oleu̅ effuſum nomen tuu̅ propter varia̅ ſuauitate̅ eius. Eſt em̄ pꝛimo penite̅tibus in refugiu̅. Quis em̄ peccatoꝛ non timeat nome̅ diuine potentie. Quis audeat ſuſtinere dominu̅ vltionu3. Sed ecce ieſus dulce refugiu3 in quo exinanitur maieſtas ꝛ dulceſcit pietas. Ipe eſt ſp̄es vnica ad veniam. Mathei. i. Uocabis nomen eius ieſum. Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuu̅ a peccatis eoꝛum. Et. i. Joh. ij. Scribo vobis filioli mei quoniam remittuntur vobis peccata propter nomen eius ꝛc. Secundo egrotantibus in remediu3. Marci. xvi. In nomine meo ſuper egros manus impone̅t: ꝛ ſi moꝛtiferum quid biberint non eos nocebit. Super quo Bernardus ait. Habes o anima mea reconditum electuariu3 in vaſculo nominis huius quod eſt ieſus. qd̄ nulli tue peſti vnq̄ꝫ inueniatur inefficax. Habes anima mea in nomine ieſu vnde actus tuos prauos coꝛrigas: vl' minus perfectos diligenter impleas. Habes vnde ſenſus tuos aut ne coꝛrumpantur ſerues: aut ſi coꝛrumpantur ſanes. Hec Bernardus. Exemplum de infirmo quem ſanauit dyaconus

adhuc infidelis preſente Paulo ad nomen
ieſu. Act. Tertio pugnantibus in pre-
ſidiū. Rex enim non permittit perire ciui
tatē vel ſeruū inuocantē nomen eius. Sic
facit puer hodie circuncisus. ps̄. Protegā
eū quoniā cognouit nomē meū. Et Prou.
viij. Turris fortiſſima nomen dn̄i: ad ipſuʒ
recurrit iuſtus ⁊ exaltabitur. Exempluʒ de
beata Agata que inuocato nomine ieſu fe
ras immaniſſimas māſuefecit. Quarto
patientibus in ſolatiū. Nā xp̄us patientes
conſolatur dicens Math. v. Beati eſtis cū
maledixerint vobis homines: ⁊ dixerint oē
maluʒ aduerſum vos mentientes propter
nomē meū. Et Act. v. Ibant apoſtoli gau
dentes a conſpectu concilij: quoniaʒ digni
habiti ſunt pro nomine ieſu contumeliam
pati. Quinto proficientibus in auxilium.
Unde ps̄. Deduxit me ſuper ſemitas iuſti
cie propter nomen ſuū. Et Bern̄. Siquidē
cū nomine ieſu hominē mihi propono mi-
tem: humilē: ſobriū: beninguʒ: caſtū: miſeri-
cordē: ⁊ omni deniq̄ʒ honeſtate conſpicuū.
Ideo ſemper in ſinu mihi ſit ieſus: ſemꝑ in
manu: quo mei omnes ſenſus in ip̄m diri-
gantur ⁊ actus. Hec Bern̄. Et ps̄. Dn̄e in
lumīe vult⁹ tui am. ⁊ in no. tuo ex. to. d. ⁊c̄.
Sexto deficiētibus in ſubſidiū. quod figu
ratū eſt Act. iij. vbi ait Petrus illi claudo.
In nomine ieſu xp̄i ſurge ⁊ ambula. Si q̄s
eīm ſedet per pigriciā: ſanat illū ieſus excitā
do torporē. Si quis deficit per impotentiā
ſanat illū ieſus tribuendo vigorem. Unde
Bern̄. Cū ieſum nomino hominē mihi pro
pono qui ⁊ ſuo me ſanet exēplo ⁊ roboret
adiutorio. Excitat eīm torporem meū ieſus
deus ⁊ homo ⁊c̄. Septimo confitentibus
in honorē. Unde Ioh. i. dicitur. Dedit eis
poteſtateʒ filios dei fieri his qui credunt in
nomine eius. Non eīm eſt modicus honor
in ſortē filiorꝫ dei cōputari. Apl's. Si filij ⁊
heredes: heredes quidē dei coheredes aūt
xp̄i. Roma. viij. Octauo predicantibus
in teſtimoniū. Unde Mar. xvi. dicitur. In
nomine meo demonia eijcient: linguis lo-
quentur nouis. Et ps̄. Deus docuiſti me a
iuuentute mea ⁊ vſq̄ʒ nunc pro. mi. tu. No
no memorantibus in ſuſpirium. Nihil eīm
ita excitat anime deſideriuʒ ſicut hoc nomē
ieſus. Unde Bernardus. Dulcis ieſu me-
moria dans vera cordis gaudia. Sed ſuꝑ
mel ⁊ omnia eius dulcis preſentia. Nihil ca
nitur ſuauius: auditur nihil iocundius. Nil
cogitatur dulcius q̄ʒ ieſus dei filius. Exem-
plū de beato Ignatio in cuius pectore erat
ſcriptum ⁊c̄. Decimo poſtulantibus in ſuf
fragium. Ioh. vi. Si quid petieritis patreʒ
in nomine meo dabit vobis. Et hoc ſi petā
tur ſalutaria ⁊ proficua ad ſalutē eternam
aliter non ⁊c̄. Undecimo eſurientibus in
fructū. Eſt eīm non ſolū lux anime: ſed etiā
cibus. An non totiens cōfortaris quotiēs
ieſu recordaris. Aridus eſt omīs cibus ni-
ſi hoc oleo condiatur. Quid eīm ita menteʒ
cogitantis impinguat? Quid ita excitatos
reparat ſenſus: virtutes roborat: vegetat
mores: ⁊ caſtas fouet affectiones. Tua ie-
ſu dilectio: grata mentis refectio: replet ſi-
ne faſtidio: dans famē deſiderio. vt ait Ber
nardus ⁊c̄. Duodecimo peruenientibus
in premiū. Unde ps̄. dicit. Gloriabūtur in
te oēs qui diligunt nomen tuū. Et Apoc.
xiiij. Uidi ſupra montē ſyon agnū ſtantem
⁊ cū eo centuʒ quadragintaquattuor milia
habentes nomē ⁊c̄. Quarto vocatus eſt
xp̄s. Nam hoc nomen fuit prefiguratū ſin
gulariter in ſacerdotio: in regno: in prophe
tia: in prelio. Dicitur enim xp̄s ab vnctione
⁊ hi quattuor vngebantur: ſcilicʒ ſacerdos:
rex: propheta: pugil. Puer noſter hodie cir
cunciſus fuit ꝓpheta predicando: pugil pa
tiendo: ſacerdos moriendo: rex reſurgēdo.
Ideo ps̄. dicit. Unxit te deus deus tu⁹ oleo
leticie pre cōſortibus tuis. Conferam⁹ rem
nomini. Hoc enim nomen non ſcribitur lit
teris latinis ſed grecis. ſcʒ. x. p. c. cū apice ſu
perpoſito: quod apud latinos nihil ſonat ꝓ
pter excellentiā dignitatis huius nominis
quia iſta vnctio manat a pectore dei patris
Nam hec littera. x. gerit figurā crucis. P.
indicat cōflictū paſſionis. C. innuit trium-
phum coronationis. Apex ſuperpoſitus de
monſtrat titulū ſuprascriptionis. Et ſic cō
pletur vnctio: vt ſic cum ſamaritana dicere
poſſumus. Scio quia meſſias venit qui di
citur xp̄s. Hec nanq̄ʒ littera. x. fuit inuenta
rome tempore Octauiani auguſti: cuius tē
pore natus eſt xp̄us in mundū: ad ſignificā
dū q̄ ille iam venerat q̄ eſſet autor vniuer
ſalis ſalutis: qui ⁊ rome erigeret vexillum
ſancte crucis: ⁊ ibi inſtitueret vnctionē ſan
cte ſedis. Hec littera. x. ſemper eſt duplex cō
ſonans. Quia regnū ⁊ ſacerdotiū ſimul in
xp̄o ſignificat ⁊ deū ⁊ hoīem in vna pſona
vnit. Hec littera. p. ſignificat paſſionis cō-
flictum in ſanctis martyribus cū romanis

ĩmꝑatoribus. Hec littera.c.diminuta: quia
ſemicirculus ſignificat dignitatem pontifi
cũ: ſed imꝑfectã in hac vita donec corona
gratie vite pñtis termineť in coronã glie
eterne. Tãdẽ titulus ſuppoſit⁹ deſignat pa
cem datã eccl'ie p Conſtãtinũ ad multipli
candũ religionẽ ieſu xpi p quẽ renouate ⁊
fundate ſunt eccl'ie in honorẽ noĩs ieſu xpi
Iuxta illud pſ. Afferte dño gl'iã nomini
eius adorate dominum in atrio ſancto ei⁹.
Ad quam nos ⁊c. Amen.

In feſto epyphanie dñi. Sermo. x.

Idimus ſtellã eius

Math.ij. ⁊ ĩ euãgelio pñtis ſo
lennitatis. Eſa. ꝓpheta.xlv.c.
dicit ſic. Vere tu es de⁹ abſcondit⁹ ſanctus
iſrael ſaluator. Super quo moueo iſtã que
ſtionẽ. Utrũ ieſu xpi natiuitas in ſalutẽ hu
mani generis ordinata debuerit oib⁹ hoib⁹
rõnabil'r eſſe manifeſta. Ad iſtã q̃ſtionem
rñdẽt duo doctores noui teſtamẽti. Prim⁹
eſt btũs petr⁹ apl's Act.x.dic. Dedit eũ ma
nifeſtũ fieri nõ oĩ pplo: ſʒ teſtib⁹ p̄ordinatꝭ
a deo. Pertinet aũt ad diuine ſapie ordinẽ
vt dei dona ⁊ ſecreta ſapie ei⁹ nõ equaliter
ad oẽs: ſʒ imediate ad quoſdã ꝑueniãt ⁊ p
eos ad alios deriueñt. Uñ hoc etiã debuit
circa ieſu xpi natiuitatẽ obſeruari vt nõ oĩ
bus xps manifeſtareť: ſʒ qbuſdã p q̃s poſſʒ
ad alios ꝑuenire. Scdus eſt ſctũs Tho.iij.
ꝑte.q.xxxvi.arti.i.dic ſic. Natiuitas xpi nõ
debuit oib⁹ cõiter eſſe manifeſta. Primo q̃
dem: q: p hoc impedita fuiſſet humana re
demptio q̃ p crucẽ ei⁹ pacta eſt. q: vt dr.i.
Cor.ij. Si cognouiſſent nunq̃ dñm glorie
crucifixiſſent. Scdo q: hoc diminuiſſet me
ritũ fidei per quã venerat hoĩes iuſtificare.
Sm illud Roma.iij. Iuſticia dei p fidẽ ieſu
xpi. Si eñ manifeſtis indicijs xpo naſcen
te ei⁹ natiuitas oib⁹ appereť: iã tolleret rõ
fidei q̃ eſt argumentũ nõ apparẽtiũ. vt dr
Heb.xi. Tertio: q: p hoc veniſſet in dubiũ
veritas humanitatꝭ ipius. vñ Aug dicit in
epl'a ad voluſianũ. Si nullas ex ꝑuulo in
iuuẽtutẽ mutaret etates: nullos cibos nul
los caꝑet ſomnos. nõne opinionẽ ↄfirma
ret erroris: nec hoĩem verũ vllo mõ ſuſce
piſſe crederet. ⁊ dũ oĩa mirabilit' facit au
ferret qd̓ miſericorditer fecit. Uñ de gr̃a dei
ſaluatoris erudiendi erãt oẽs hoĩes ad ſa
lutẽ. nõ in principio natiuitatis ei⁹: ſʒ poſt
ea tp̃e p̄cedẽte poſtq̃ opat⁹ ẽ ſalutẽ in me
dio terre. vñ poſt paſſionẽ ⁊ reſurrectionẽ
dixit diſcipulis Math.vlť. Euntes docete
oẽs gẽtes. Hec Tho. Sciẽdũ q̃ natiuitas
xpi quattuor generib⁹ hoĩm fuit manifeſta
Primo marie ⁊ ioſeph q̃ inſtruẽdi erãt de
xpi natiuitate anteq̃ naſcereť. q: ad eos p
tinebat reuerentiã habere ꝓlis cõcepte in
vtero ⁊ obſequi naſciture. Sʒ q: eoꝝ teſti
moniũ ꝓpter hoc q̄ erat domeſticũ fuiſſet
habitũ ſuſpectũ circa magnificentiã xpi. io
oportuit vt alijs manifeſtareť extraneis q̃
rũ teſtimoniũ ſuſpectũ eſſe nõ poſſet. ꝓpter
ea ioſeph certificat⁹ eſt ab angelo Math.i.
Ioſeph noli timere accipe mariã ↄiugẽ tu
am. Qd̓ enim in ea natũ eſt: de ſpũſcto eſt.
Scdo manifeſtata ẽ paſtorib⁹ ipo die na
tiuitatis xpi. vt eñ dr Luc.ij. Erant paſto
res in eadẽ regiõe vigilãtes ⁊ cuſtodiẽtes
vigilias noctis ſup gregẽ ſuũ. ⁊ vt diſceſſe
runt ab eis angeli in celũ: loquebãtur a din
uicẽ. Trãſeam⁹ vſq; bethleẽ ⁊ videam⁹ hoc
verbũ qd̓ factũ eſt ⁊ qd̓ fecit dñs ⁊ oñdit
nobis. ⁊ venerũt feſtinãtes. Tertio aũt ma
gi ꝑuenerũt ad xpm.xiij.die natiuitatꝭ eius
quo die feſtũ epyphanie celebrať: vt eſt ho
die. Si eñ reuoluto ãno aut etiã duob⁹ an
nis ꝑueniſſent: nõ iueniſſent eũ in bethleẽ:
cũ ſcriptũ ſit Luc.ij. Vt poſtq̃ ꝑfecerũt oĩa
ſm legẽ dñi.ſ. puerũ ieſum offerẽtes in tẽ
plũ: reuerſi ſunt in galileã in ciuitatẽ ſuam
nazareth. Quarto aũt manifeſtata eſt iu
ſtis in tẽplo.xl.die a natiuitate. vt hr̃ Luc.
ij.ſ. ſymeoni ⁊ anne ꝓpheťe: q̃ etiã de illo ꝓ
phetauerũt. io iſti oẽs dicũt vidim⁹ ſtellã ei⁹

Vidimus ſtellam
Corporalis repreſentationis.
Spiritualis reuelationis.
Perſonalis incarnationis.
Supernalis fruitionis.

Primo nos magi vidi
m⁹ ſtellã corpal' repñtatõis. Uñ ſcũs Tho.
iij.ꝑte.q.xxxvi.ar.v.dic ſic. Sic manifeſta
tio ſyllogiſtica fit p ea q̃ ſũt magꝭ nota ei cui
ẽ aliqd manifeſtãdũ. ita manifeſtatio q̃ fit
p ſigna dʒ fieri p ea q̃ ſunt familiaria illis
qb⁹ manifeſtať. Manifeſtũ ẽ aũt q̄ viris
iuſtis ẽ familiare ⁊ ↄſuetũ interiori ſpũſcti
edoceri inſtinctu abſq; ſignoꝝ ſenſibilium
demõſtratõe. ſ. p ſpm ꝓphie. Alij võ corpa
lib⁹ reb⁹ dediti p ſenſibilia ad itelligibilia de
ducunť. Iudei tñ cõſueti erãt diuia rñſa p
ãgelos accipe p q̃s etiã legẽ acceperãt. Sm

eſt mūera. Quarto nobilitas amabilis. Nobilitas em̄ viroꝝ facilius inclinat animos puellarū. Ille aūt erat filius prefecti vrbis rome. ⁊ ideo nobilis ⁊ ſublimis. Sed ipſa eius nobilitatē compꝛatiōe ſponſi celeſtis ieſu chꝛiſti vilipēdit. vnde ait. Diſcede a me fomes peccati pabulū moꝛtis: quia iam ab alio amatoꝛe preuēta ſum qui longe eſt nobilioꝛ te ⁊ genere ⁊ dignitate. Quinto terroꝛ penalis. Multe em̄ ſunt que reſpuunt munera ⁊ conſentiunt propter ſupplicia. Dan. xiij. Sic faciebatis filiab⁹ iſrael: ⁊ ille timentes loquebantur vobis. Sed ipſa terroꝛes ⁊ minas deriſit. vnde dicit̄ in legēda ꝙ terrentē ſimiliter ſicut blandientē aīo deridebat. Cetere puelle toꝛuos vult⁹ parentum ferre non poſſunt ⁊ acus puncta diſtricta ſolent quaſi vulnera flere. Hec aūt virgo cruētas carnificū impauida manus expectauit. In hoc em̄ certamine habuit celeſte adiutoꝛiū. ſ. angelū dei. vnde ipſa dicit. Mecū em̄ habeo cuſtodē coꝛpoꝛis mei angelū dn̄i. ⁊ ſic ꝓceſſit obuiā ſpōſo ꝓ vgitatē

Secūdo beata agnes exiuit obuiā ſponſo ſuo ieſu xp̄o per oꝛnamenti ſingularitatē. De qua dicitur Prouer. vl. Foꝛtitudo ⁊ decoꝛ indumentū eius. Sciendū ꝙ ſponſa adueniente die deſponſatiōis ei⁹ debet ſe oꝛnare multipliciter. Primo debet diluculo ꝑparari. Math. xxv. Que parate erant intrauerunt cū eo ad nuptias. de q̄bus dicitur ꝙ acceperūt oleū in vaſis ſuis cū lampadibus. Secundo debet in ſpeculo ſe mirari. Seneca de naturalibus queſtionibus li. i. in fine dicit ſic. Inuenta ſunt ſpecula vt homo ipē ſe noſceret. Multi enim aſſequuntur ex hoc primo noticiā ſui. deinde quodā conſiliū bene viuendi. Foꝛmoſus vitat infamiā. deformis ſcit remedium eſſe virtutib⁹ quicquid coꝛpoꝛi deeſt. Iuuenis floꝛe etatis ammonetur hoc eſſe tp̄us diſcendi: ⁊ foꝛtia audendi. Senex vt indecoꝛa carnis deponat: ⁊ de moꝛte aliquid cogitet: ⁊ ſic ſe refoꝛmet. Tertio debet oculus pudice regulari. Seneca in ep̄la. Nutriendus eſt pudoꝛ q̄ q̄diu in aīo durauerit: erit bone ſpei locus. Impudic⁹ oculus impudici coꝛdis eſt nūcius. Quarto debet os ⁊ lingua decoꝛari. ſ. per honeſtā locutionē. Seneca in puer. Turpia ne dixeris: paulatim enim pudoꝛ per verba excutitur. Verboꝛū enim turpium licentia impudentiam nutrit. Ap̄ls. Coꝛrumpunt bonos moꝛes colloquia praua. Quinto debent capilli circūligari. ſ. expellendo cogitatiōes vanas. Seneca de quattuoꝛ virtutibus. Cogitationes vagas ⁊ inutiles. i. ſomno ſimiles non recipias. pro quibus ſi animū tuū ablactaueris: cū omīa diſpoſueris triſtis remanebis. Sexto debent brachia ad veſtem eleuari. Ad hoc em̄ vt induamus nos veſte virtutis debemus brachia ſurſum tendere ad regratiandū deo. Caſſiodoꝛ⁹ li. ep̄laꝝ. Inuitat ad maioꝛa qui gratanter accipit minora. ⁊ ipē de futuris recipit qui tranſacta beneficia recognoſcit. aliter beneficio priuatur. Septimo debet variata veſte indui. ſ. aurea charitatis. pſ. Omnis gloꝛia eius filie regis ab intus in fimbꝛijs aureis. ⁊ candida puritatis. Apoc. iij. Ambulabunt mecum in albis. ⁊ rubea penalitatis. Eſa. lxiij. Rubrū eſt indumentū tuū. Octauo debet zona caſtitatis cingi. Apoc. i. Precinctum zona aurea ad ma. Nono debet preparationem mētis calciari. pſ. Audiā quid loquatur in me dn̄s deus. Decimo dꝫ toꝛque obedientie oꝛnari. pſ. Audi filia ⁊ vide ⁊ inclina aurē tuā ⁊ obliuiſcere ppl̄m tuum ⁊ domū patris tui: et concupiſcet rex decoꝛem tuū. Beata agnes his oꝛnamentis ſingulariter decoꝛata eſt. vnde dixit. Induit me domin⁹ ciclade auro texta: circūdedit me vernantibus atqꝫ coꝛuſcantib⁹ gēmis. Sanguis ei⁹ oꝛnauit genas meas. ⁊ ſic pꝫ ſcōm

Tertio beata agnes exiuit obuiā ſponſo per gēmarū precioſitatem Nobiles em̄ ſponſe conſueuerūt veſtes gēmis oꝛnare. Ideo ⁊ ipa gēmis virtutū fuit oꝛnata. ⁊ hoc quattuoꝛ modis. Primo in auribus ꝑ obedientiā. Ille em̄ eſt ſimpliciter auris qui coact⁹ obedit. Qui vero ſpontaneus eſt: auris margarit̄ oꝛnata. Prouerb. xxv. Inauris aurea ⁊ margarita fulgēs q̄ arguit ſapientē ⁊ aurē obedientē. Ipa vero ait. Tradidit in aurib⁹ meis inextimabiles margaritas. Secūdo in collo ꝑ diligētiā. Ille em̄ eſt collū xp̄i q̄ a xp̄o capite doctrinā ⁊ legē recipit: ⁊ ceteris membris influit. Qui g̃ tm̄ predicāt legē xp̄i ſunt collū. q̄ vero p̄dicant ⁊ ſermonē opib⁹ virtuoſis diligenter adimplēt ſunt collū lapidib⁹ p̄cioſis oꝛnatū. Can. i. Collum tuū ſicut monilia. Ipſa vero ait. Collū meū cinxit lapidibus precioſis. Tertio in manu dextera per re

ctiam intentionē. Qui eñ facit opera virtuo
ſa corrupta intētione ſunt dextera. ſed q̄ ea
dē facit ſimplici ⁊ recta intētiōe ſunt dexte
ra gēmis ornata. Math. v. Neſciat ſiniſtra
tua q̄d faciat dextera tua. Ip̄a vero ait. de-
xterā meā cinxit lapidibꝰ precioſis. Quar-
to in corpe per lucidā ↄuerſationē. Dañ. x.
Corpꝰ eiꝰ quaſi criſolitꝰ. Et Math. v. Sic
luceat lux veſtra corā homībus vt videant
opera veſtra bona ⁊ gl̄ificēt patrē veſtrū q̄
in celis eſt. Ip̄a vero ait. Diuerſis monili-
bus ornauit me. i. lucidis ⁊ ꝟtuoſis exem-
plis. Et ſic patet tertium.

Quarto beata agnes exi
uit obuiā ſponſo ꝑ fame honeſtatē. Spon-
ſa eñ ieſu xp̄i vt digne ↄſeruet famā ⁊ ho-
neſtatē ſuā dꝫ habere ſex ↄditiones. Prio
dꝫ diſcrete ↄſenſum p̄bere ſi inuitaꝛ. Inui-
tatur eñ aīa ꝑ inſpirationē ⁊ illuſtratiōeꝫ
a ieſu xp̄o. qḋ ꝑcipiꝛ ꝑ motū boni ꝓpoſiti.
ſicut a dyabolo tēptaꝛ ꝑ ſuggeſtioneꝫ que
ſentiꝛ ꝑ primos motꝰ. pſ. Accedite ad deū
ſcꝫ ↄſentiēdo volūtati eiꝰ ⁊ illuminamini. ſ.
ambaſiatā recipiēdo. Scḋo dꝫ ſe defende-
re ſi infamaꝛ. Aliqñ eñ aīa infamaꝛ ſoluꝫ
ꝓpter venialē culpā. Aliqñ vero bonū qḋ
facit iudicabiꝛ fore malū. Iō attēdat qḋ di
cit Aug. lib. de doctrina xp̄iana. Duo ſunt
tibi neceſſaria. ſ. ↄſciētia ⁊ fama. Cōſciētia
ꝓpter te: fama ꝓpter p̄ximū. Qui aūt con-
ſcientie ſue cōfidēs famā negligit: crudelis
eſt. Sꝫ dicit aīa. Quō poſſum infamiā me-
am defendere cū ſepe de falſo ſim calūnia
ta? Rñdeo. ꝓduc teſtes in oppoſitū. Apoc.
xiiij. Opa illoꝝ ſequunꝛ illos. Ne deſperes
nō murmures nō ꝓclames. Fac opus bo-
nū patiētie cū ieſu xp̄o q̄ patiꝛ calūniā per
accuſantes ⁊ falſos teſtes. Opa eñ tua te
ſtificabuntur corā ip̄o de bonitate vel mali
cia tua: ⁊ maxime opa patiētie. ⁊ ſic iuſtifi
caberis ab ip̄o. Sicut magdalena ī domo
ſymonis leproſi. Sicut ſuſanna in iudicio
per danielē. Tertio dꝫ ꝓcedere ⁊ nō ſe ab-
ſcondere ſi viſitaꝛ. Signa eñ quibꝰ aīa po
teſt cognoſcere ꝙ a ſponſo ſuo ieſu xp̄o vi
ſitatur: ponit Hugo de ſctō victore ꝑut al
legaꝛ in ſpeculo hyſtoriali. li. xxviij. c. cxxiij.
dicēs. Dulcedo ī memoria ſuauis affectio
alienatio a ſenſibꝰ: abſtractio a prauis co-
gitationibꝰ ↄſciē exhilaratio. obliuio p̄teri-
toꝝ malorꝝ intellectꝰ illumīatio. deſiderij io-
cundatio: ⁊ in hijs q̄dā ↄtatio. Multe aīe
ſunt que a talibꝰ viſitationibꝰ ſe abſcōdunt
ſicut talpa in terra: vt cupide. vel ſic noctua
in culmine domꝰ: vt ambitioſe. vel ſicut ver
mis in putredine: vt lubrice ſeu luxurioſe.
Quarto debet vicem rependere ſi aliquod
donum ei largiatur. Deus enim nunꝙ ani
mam viſitat quin aliquid ei largiatur. ſ. pre
ſentiā bonitatē vel miſericordiā. vñ Bern.
dicit ſup illo verbo. Quid retribuā dño ⁊c.
Qñ ignorabā me inſtruxit. Qñ errabā me
reduxit. Qñ peccabā me correxit. Qñ ſteti
me tenuit. Qñ cecidi me erexit. Qñ iui me
duxit. Qñ veni ad ip̄m me ſuſcepit. nec pro
his oībus quid illi rependā habeo niſi tm̄
vt diligā. Nō eñ melius nec decentius q̄ꝫ ꝑ
dilectionē rependi pōt qḋ ꝑ dilectionē da-
tū eſt. hec ille. Semꝑ eñ gr̄as agendo ⁊c.
Quinto dꝫ ip̄ꝫ diligere ſi amore ſubarraꝛ.
Vñ Hugo de ſctō victore dicit vbi ſupra.
Diligite illum: diligite propter illuꝫ: diligite
dona illius propter illū: diligite illū vt frua
ris illo. Illum tibi: ⁊ te illi dilige. Dona illiꝰ
ab illo tibi propter te. hec pura ⁊ caſta dile
ctio eſt. hec ille. Sic ergo xp̄us ſponſus aīe
ſumme debet diligi. Sexto debet formoſa
apꝑere ſi pulchritudo in ea q̄raꝛ. Spōſus
eñ aīe eſt ſpecioſus forma p̄ filijs hoīm. iō
ſponſam q̄rit pulchrā. nō corpalr: ſꝫ ſpūalr
cum venuſtate coloris ⁊ integritate mem-
broꝝ. ergo nō dꝫ eſſe nimis magna p̄ſumē
do de ↄtēplatiōe. nec nimis ꝑua ſe vilifican
do affectu tꝑaliū: ſed debet in medio ↄſiſte
re. vt Ezechiel quē ſpūs dñi eleuauit inter
celū ⁊ terrā. dꝫ eſſe alba ꝑ innocentiā ⁊ pu
ritatē. rubea ꝑ dilectionē ⁊ charitatē. vt di-
cat illud Cant. vi. Pulchra ſum ⁊ decora fi-
lie hierlm. dꝫ eſſe nigra ꝑ ſubiectionē ⁊ hu-
militatē. vt dicit illud Cant. i. Nigra ſum ſꝫ
formoſa. vt ſic audiat a ſpōſo ſuo illud Cā
tic. i. Tota pulchra es amica mea ⁊c. Bea-
ta agnes hanc honeſtatem conſeruare cu
piens grande certamen habuit ↄtra prefe-
ctū vrbis qui voluit polluere ſue fame hone
ſtatē trahēdo ip̄am ad p̄ſtibulū. In quo ſu
ꝑauit ſex machinamenta opprobrioſa p̄-
fecti. Primo fecit ipſam nudam per ciuita-
teꝫ duci vt nuditate magis erubeſceret. So
lent enim virgines magis nuditatem time
re q̄ꝫ penam. Ecclī. xvi. Eras nuda ⁊ confu
ſione plena. Iſtud teluꝫ ſuꝑauit denſitate
capilloꝝ qui eā induerunt ⁊ ↄfuſionē ꝓpul
ſauerūt. ij. Cor. x. Capilli ꝑ velamine mulie
ri dati ſunt. Scḋo fecit ip̄am ī loco turpi. ſ.

in ꝓſtibulo includi vt nomē ⁊ honeſtatem pollueret. Johel.iij. Poſuerūt puellā in ꝓſtibulō. Jſtud telū ſuꝑauit p̄ñtia angelica. Eſa.xxxv. Jn domibꝰ in quibꝰ prius habitabant dracones orietur viror calami. Tertio fecit ipſam recludi in obſcuro loco: vt loci obſcuritas virginem deterreret. ij.Coꝝ.vi. Que ſocietas lucis ad tenebras? Jſtud telum ſuꝑauit luminis claritate q̄ tanta fuit vt nullus poſſet eā cōtingere vel videre. Sap̄.xviij. Sctis autē tuis maxima erat lux. ſ. in refrigeriū. Quarto fecit ip̄am relinqui ſine veſtimēto vt frigoris aſp̄itas eā affligeret. Mich.ij. Deſuper tunicā palliū ſuſtuliſtis. Jſtud telū ſuꝑauit induta veſte celeſti quā ſibi angeli in carcere parauerūt. Judith.x. Jnduit ſe veſtimētis iocūditatis ſue. Veſtē em̄ candidā ſibi de celo attulerūt. Quinto fecit ip̄am oībꝰ exponi: vt ꝑ vno quē cōtēp̄ſerat oēm haberet. ij.Macha.iiij. Auſus eſt optimos ephebos in lupanaribꝰ ponere. Jſtud telū ſuꝑauit diuina ꝓtectiōe ⁊ v̄tute: qꝛ oēs q̄ ingrediebant̄ ꝯuertebāt̄. i.Reg.x. Jnſiliet in te ſpūs dñi ⁊ mutaberis in virū alterū. Sexto fecit ip̄aꝫ illudi a filio ſuo vt quem noluerat habere maritū: haberet amaſiū. Jſtud telū ſuꝑauit ꝑ demonis iuſticiarij dei emulationem qui ip̄m ſuffocauit. vñ ip̄a ait. Jlle cuiꝰ volūtatē volebat ꝑficere: poteſtatē in eū accepit ⁊ occidit. Demones ſunt iuſticiarij dei: q̄ ⁊ ſi a ſeip̄is hñt voluntatē malā: a deo tñ iuſtam accipiūt poteſtatē. i.Reg.xviij. Spūs dñi malus inſilijt in ſaul. Eſt em̄ malꝰ ꝓpt̄ iniquā volūtatē.

Quinto beata agnes exiuit obuiā ſponſo ꝑ fidei ſinceritatē que conſiſtit in ſex. Nā ſponſa dꝫ amore ſponſi a parentibꝰ ſeparī: qꝛ hō relinquet patreꝫ ⁊ matrem ⁊ adherebit vxori ſue. Jtē dꝫ a doctore in via regulari. ꝑterea dꝫ greſſus ꝑ modeſtiā moderari. Rurſus dꝫ de v̄tute in virtutē iter abbreuiari. Adhuc dꝫ ꝑ vitaꝫ ꝯtēplatiuā corā ſponſo ſe erigere. Tandē dꝫ ꝑ actiuā ſe inclinare ⁊ flectere. Que oīa in ſe habuit btā agnes. Vñ hanc fidē volens in ip̄ſa corrūpere vicariꝰ prefecti multiplex ei intulit ſuppliciū: ſed ip̄a oīa ſupplicia ſuꝑauit. Primo fecit ignē copioſum ſuccendi ⁊ ip̄am in ignē ꝓijci vt eius oſſa in cinerē redigerent̄. Jſtud certamen ſuꝑauit per orationeꝫ deuotā: qꝛ mox vt orauit ignis extinctus fuit. Eccli.li. Jn medio ignis non ſum eſtuata. Scd̄o iterū fecit ignē copioſuꝫ ſuccendi vt cito ꝯſumeret̄. Jſtud certamen ſuꝑauit ꝑ refrigerantē dei grām q̄ ſibi refrigeriū p̄ſtitit. vñ ip̄a ait. Ecce nūc ꝑ ſpiritū ſanctū rore celeſti ꝑfuſa: focꝰ iuxta me moritur. Tertio pontifices ydoloꝝ ſuſcitauerūt ſeditioneꝫ in pp̄lo in mortē virginis. Jſtud certamen ſuꝑauit ꝑ miraculi euidentiam. Nā prefectꝰ voluit eā liberare ob viſum miraculū ſuſcitatiōis filij. Eccli.xlviij. Potentia nemo vicit illā. Quarto vicarius prefecti fecit ip̄aꝫ in gutture gladio feriri. Jſtud certamen ſuꝑauit ꝑ celeſtē palmā quā acquiſiuit. Apoc.vij. Stantes ante thronū dei in ꝯſpectu agni amicti ſtolis albis ⁊ palme in manibus eorum.

Sexto beata agnes obuiauit ſponſo ſuo ieſu xp̄o ꝑ miraculoꝝ ſublimitatē. Deꝰ em̄ in vita p̄ſenti multiplici gloria ip̄am ſublimauit: qꝛ multꝭ miraculis claruit. Primo in creaturis celeſtibꝰ. Nā de celo choruſcatio ⁊ fulgur deſcendit: terre motus magnꝰ ꝑſtrepuit: ⁊ p̄fecti filiū de inferno liberauit. Scd̄o in creaturis elementalibus: qꝛ ignis extinctꝰ eſt. aqua ⁊ tempeſtas ſuꝑ paganos exorta eſt. Aer dū eſſꝫ in carcere illuſtratꝰ eſt. terra mota eſt. Tertio in creaturis irratiōalibꝰ que hñt tm̄ eſſe. ſicut in ymagine q̄ annulū recepit ⁊ tēptationē fugauit. Que hñt viuere ſicut in capellis q̄ inſtar plantarū viuūt cū creſcant. Que habent ſentire. ſicut in agno niue candidiore qui iuxta eā ſtare viſus eſt. vt pꝫ diligenter inſpicienti legendam eius. Quarto in creaturis intellectualibus ſicut in angelo qui ſibi veſtē de celo attulit in carcere ſeu in ꝓſtibulo. Sicut in conſtantia quam mēte ⁊ corpore ſanauit.

Septimo beata agnes exiuit obuiā ſpōſo ꝑ vnionis inſeꝑabilitateꝫ. Nā ſpōſo ſuo ieſu xp̄o inſeꝑabilr̄ vnit̄ duꝫ honorifice ab angelis ꝯſociat̄ dū delicate cibat̄ ⁊ ſatiat̄. pſ̄. Satiabor cū appuerit glā tua. dū cū ſponſo quiete cubat̄: qꝛ dilectus meus mihi ⁊ ego illi. Canticoꝝ.ij. Duꝫ carta dotis ſuſcipitur ⁊ ditatur. quia coronat̄ aureola virginitatis ⁊ martyrij. Super coronam facies alteram coronam aureolam. Exo.xxv. Et ſic in aula clare viſionis perpetuo manſura cū ſponſo inducit̄: vbi delectatio meriti in delectationē p̄mij ꝯuertit̄. vn-

de ipſa ait. Ipſi ſum iũcta in celis que in ter
ris poſita tota mẽtꝫ deuotiõe dilexi ieternũ.

In feſto ſctĩ vincẽtij martyris. Ser. xiij.

Firmabitur in illo ⁊ nõ flectetur. Scribunt̃ hec ver
ba Eccli. xv. ⁊ in ep̃la. Beatus
Greg. li. vij. moral. dicit ſic. Iuſtoꝝ fortitu
do eſt carnẽ vincere ꝓprijs volũtatibꝰ con
traire: delectationẽ vite p̃ſentis extinguere:
huiꝰ mundi aſpera ꝓ eternis premijs ama
re. Hec ille. Sup quo verbo moueo talem
queſtionẽ. Utrũ beatꝰ vincentiꝰ magis co
ronetur laurea fortitudinis reprimẽdo im
mobiliter timorẽ p̃iculoꝝ ꝙ datianꝰ aggre
diendo infatigabiliter ſupplicijs audaciã
laborũ. Ad hanc queſtionẽ r̃ndent duo do
ctores noui teſtamẽti. Primus eſt beatus
Aug. ſmone p̃mo huiꝰ diei dicẽs ſic. Ma
gnũ ⁊ multũ mirãdũ ſpectaculũ noſter ani
mus cepit: nec imaniſſimã ⁊ p̃nicioſiſſimã
ſicut ſolet in theatris quarũcũqꝫ nugarum
Sed plane vtiliſſimã ⁊ fructuoſiſſimã vo
luptatẽ oculis interioribꝰ hauſimꝰ cũ beati
Vincentij paſſio legeret̃. Terret videre in
uictã martyris aĩam ꝯtra inſidias antiqui
hoſtis: ꝯtra ſeuitiã impij iudicis: ꝯtra dolo
res mortis carnis: acerrima ꝯflictatiõe cer
tantẽ ⁊ in adiutorio dñi cũcta ſuꝑantem
Hec ille. Scd̃us eſt ſctũs Tho. ij. ij. cxxiij.
arti. vi. in r̃n ſi. ad ſecũdũ argumentũ dicẽs
ſic. Suſtinere eſt principalioꝛ actus fortitu
dinis ꝙ aggredi triplici ratione ⁊c. Primo
quidem q2 ſuſtinere videt̃ aliq̃s ab aliquo
fortiori inuadente. Qui aũt aggredit̃ inua
dit ꝑ modũ fortioris. Difficilius aũt eſt pu
gnare cũ fortiori ꝙ cũ debiliori. Scd̃o quia
ille qui ſuſtinet iã ſentit p̃icula iminentia.
ille aũt qui aggredit̃ hꝫ ea vt futura. Diffi
cilius aũt eſt nõ moueri a p̃ſentibꝰ ꝙ a fu
turis ⁊c. Tertio q2 ſuſtinere importat diu
turnitatẽ tp̃is: ſ3 aggredi põt aliq̃s ex ſubi
to motu. Difficilius eſt diu manere immo
bilẽ ꝙ ſubito motu moueri ad aliqͦ arduũ
Unde ph̃s dicit. iij. ethi. ꝙ quidã ſunt pre
uolantes ante pericula ⁊ in ipſis diſcedũt.
Fortes autẽ econtrario ſe habent. ⁊ in ſuſti
nendo iuſticiã maxime aliqui fortes dicun
tur. Hec Tho. Sciendũ ꝙ exteriorẽ actum
virtutis quandoqꝫ aliqui efficiunt non ha
bentes virtutẽ: ſed ex aliqua alia cauſa ꝙ
ex virtute. Et ideo ph̃s. iij. ethi. ponit quat
tuoꝛ modos eoꝝ qui ſimilitudinarie dicũ
tur fortes: quaſi exercentes actũ fortitudi
nis preter virtutẽ. Quidã em̃ ferunt̃ in id
quod eſt difficile ac ſi non eſſet difficile ꝓ
pter ignorantiã. q2 ſcꝫ non percipiunt ma
gnitudinẽ periculi. Quidã aũt propter bo
nã ſpem ad pericula vincẽda. q2 ſcꝫ ſunt ex
perti ſepe pericula euaſiſſe. Quidã vero ꝓ
pter ſcientiã ⁊ artẽ quandã. ſicut ꝯtingit in
militibus qui propter peritiã armoꝝ ⁊ ex
ercitiũ non reputant grauia pericula belli
eſtimantes ſe per artẽ ſuam poſſe cõtra ea
defendi. Sicut Vegetius dicit in libro de re
militari. Nemo facere metuit qͦ ſe bñ didi
ciſſe ꝯfidit. Quidã ꝓpter impulſum paſſio
nis vel triſticie vel ire quam vult repellere.
Quidã ꝓpter electionẽ alicuiꝰ tp̃alis cõmo
di acquirẽdi. puta honoris voluptatis ſeu
lucri. vel alicuiꝰ incõmodi vitãdi. puta vitu
perij afflictõis ſeu dãni. Hi em̃ nõ dicuntur
vere fortes: ſ3 ſimiludinarie. Uere aũt fortꝭ
eſt q̃ hꝫ firmitatẽ animi in ſuſtinendis ⁊ re
pellendis hijs in quibꝰ maxime eſt difficile
firmitatẽ habere. ſ. in p̃iculis grauibꝰ. Un̄
Ambro. lib. i. de officijs dicit ſic. Nõ medio
cris animi eſt fortitudo q̃ ſola defendit or
namenta virtutũ oĩm ⁊ iuſticiã cuſtodit. ⁊
q̃ inexpiabili ꝑlio aduerſus oĩa vitia decer
tat. inuicta ad labores ad p̃icula. Rigidioꝛ
aduerſus voluptates: auariciã fugat tãqꝫ
labẽ quandã q̃ virtutẽ effeminat. Hec ille.
Et Tullius in ſua rethorica dicit. Fortitu
do eſt cõſiderata p̃iculoꝝ ꝑpeſſio ⁊ laborũ
ſuſceptio. S3 fortitudo animi dr̃ q̃ firmiter
retinet volũtatẽ hoĩs in bono rõnis contra
maxima mala vt hõ ſuſtinet ꝑſonales ipu
gnatiões ꝓpter ſummũ bonũ quod eſt deꝰ
queadmodũ referunt ſancti martyres qui
bus debet̃ laurea fortitudĩs in celo ſm̃ ſpe
cialẽ graduꝫ beatitudĩs. Scd̃m id Math.
v. Beati q̃ ꝑſecutionẽ patiunt̃ ꝓpter iuſti
ciã: q̃m̃ ipoꝝ eſt regnũ celoꝝ. Quẽ graduꝫ
aſſecutꝰ eſt btũs vincẽtiꝰ ꝑ glĩoſum trium
phũ ſue fortitudinis ⁊ firmitatẽ ſue volun
tatis in deo. ideo dicitur. Firmabit̃ in illo.

Firmabitur in illo

- Per fidelitatem.
- Per charitatem.
- Per longanimitatem.
- Per perſeuerantiam.
- Per conſtantiam.
- Per patientiam.
- Per fortitudinem.
- Per beatitudinem.

Primo beatus vincen=
tius firmat̃ in xp̄o ꝑ fidelitatē que cauſam
pugne in via iuſticie inſinuat. ⁊ iſta oſten=
dit lucrū ꝓpter qꝺ eſt dimicandū. Vñ hāc
fidē vſqꝫ ad mortē debemꝰ teſtificari iuxta
illud .i. Pet. iiij. Nemo veſtrū patiat̃ quaſi
homicida aut fur aut aliq̄d hmōi. Si autē
vt xp̄ianꝰ nō erubeſcat: glorificet aūt deū in
iſto noīe. Sciendū ꝙ xp̄ianꝰ dr̃ ille qui eſt
xp̄i. dicit̃ aūt aliq̄s eē xp̄i quadruplr̃. Pri=
mo qꝛ ꝓfitet̃ fidē xp̄i nō ſolū corde creden
do fidei veritatē: ſed etiā exteriꝰ ore ꝓteſtā=
do. Roma. x. Corde credit̃ ad iuſticiā: ore
aūt confeſſio fit ad ſalutē. Scd̄o qꝛ ſpiritu
xp̄i ad opa v̓tuoſa ꝓcedit. ſm illꝺ Roma.
viij. Si quis ſpm̄ xp̄i nō hꝫ: hic nō eſt eius
Nō ſolū em̄ ꝑ v̓ba dꝫ q̇s ꝯfiteri veritatem
fidei: ſed etiā ꝑ facta fidē xp̄i dꝫ oſtendere
Scd̄m illud Jaco. ij. Oſtendā tibi ex opi=
bus fidē meā. Vñ ⁊ de q̇buſdā dr̃ Tytū. i.
Confitent̃ ſe noſſe deū: factis aūt negant.
Et iō xp̄ianus dr̃ nō ſolū qui patit̃ ꝓ fidei
ꝯfeſſione que fit ꝑ verba: ſed etiā quicunqꝫ
patit̃ ꝓ quocūqꝫ bono ope faciendo. Ter=
tio qꝛ ad imitationē xp̄i peccatis moritur.
ſm illud Gal. v. Qui aūt ſunt xp̄i carnem
ſuā crucifixerūt cū vitijs ⁊ ꝯcupiſcētijs. Vñ
xp̄ianus dicit̃ qui ꝓ quocūqꝫ peccato vitan
do patit̃ ꝓpter xp̄m. ſicut ꝓ integritate car
nis ſeruāda legunt̃ alique mulieres vitam
ꝯtempſiſſe. Dicit em̄ Aug. i. de ciuitate dei.
Qꝛ quedā ſancte femine tp̄e perſecutionis
vt inſectatores ſue pudicicie deuitarēt ſe in
fluuiū deiecerunt: eoqꝫ modo defuncte ſunt.
earūqꝫ martyria in catholica eccl̃ia vene=
ratione celeberrima frequentant. Quarto
quia pro veritate iuſticie reprehēdendo vi
tia patitur. Deus em̄ hmōi opa a nobis re
quirit ⁊ nos ꝓ eis remunerat. Unde ⁊ bea
ti iohānis baptiſte in eccl̃ia martyriū cele=
bratur. qui nō pro defendenda fide: ſed pro
reprehenſione adulterij mortē ſuſtinuit. vt
pꝫ Marci. vi. Beatus vincentiꝰ his quat=
tuor modis fuit vere xp̄ianus. Primo per
apertam fidei confeſſionem. Unde dicitur
de eo ꝙ dixit datiano de mandato Valerij
epiſcopi. Nepharium apud chriſtianā pru=
dentiam eſſe cognoſce diuinitatis cultū ab
negando blaſphemare. Secundo per deuo
tam orationē. Unde dicitur de eo. Surſum
erectis luminibus dominum precabatur.
Tertio per corporis mortificationem, quia
timore diuino carnē ſuā confixit. pſ. Confi
ge timore tuo carnes meas. Quarto ꝑ du
rā increpationē. pſ. Sagitte potentis acu
te cū carbonibus deſolatorijs. Iſta enī ſa=
gitta fuit potens: quia iram tyranni non ti
muit. Fuit acuta: quia eius cor medullitus
penetrauit. Fuit accenſa: quia zelo dei hoc
fecit. ⁊ ſic firmatꝰ eſt in xp̄o ꝑ fidelitatē ⁊c̃.

Secundo beatus vincen
tius firmatur in xp̄o per charitatē que mor
tis periculū imperat in via militie ad preliā
dū. Unde Maximus in quodā ſmone di=
cit ſic. Charitas xp̄i in martyribus ſuis vi=
cit. Et Joh. xv. Maiorē charitatē nemo hꝫ
q̄ꝫ vt aīam ſuā ponat quis pro amicis ſuis
Etiā ſine charitate martyriuꝫ nil valet. ſm
illud .i. Cor. xiij. Si tradidero corpus meū
ita vt ardeā: charitatē aūt non habuero ni
hil mihi ꝓdeſt. Primū em̄ motiuū ad actū
virtutis eſt amor charitatis. Sicut ſemē vl̃
radix eſt primū motiuū ad fructū. ⁊ ex hoc
aliquis actus precipue ad perfectionē vite
ꝑtinet. iuxta illud Col. iij. Charitas eſt vin
culū perfectionis. Martyriū aūt inter oēs
actus virtuoſos maxime demonſtrat perfe
ctionem charitatis. Quia tanto magis ali
quam rem quis oſtenditur amare: quanto
pro ea rem magis amatā cōtemnit: ⁊ rem
magis odioſaꝫ eligit pati. Sed inter omīa
alia bona preſentis vite maxime amat ho
mo ip̄am vitaꝫ. ⁊ econtrario maxime odit
ipſam mortē: ⁊ precipue cū doloribus cor=
poraliū tormentorū quorū metu etiā bruta
animalia a maximis voluptatibus abſter=
rentur. vt Aug. dicit lib. lxxxiij queſtionuꝫ
Charitas aūt facit quadruplex incendiuꝫ.
Primo facit incendiuꝫ amoris. Luce. vlti.
Nonne cor noſtruꝫ ardens erat in nobis:
Secundo facit incendiuꝫ ſermonis. Eccl̃i.
xxviij. Surrexit helyas quaſi ignis: ⁊ v̓bū
illius quaſi facula ardebat. Tertio facit in=
cendium operationis. Job. xxxvij. Nonne
veſtimenta tua .i. opera tua calida ſunt cuꝫ
perflata fuerint vento auſtro .i. ſpiritu ſctō.
Quarto facit incendiuꝫ immutationis: qꝛ
licet multa aduerſa homo patiatur: non ta
men charitas in eo extinguitur. Cant. viij.
Aque multe non potuerūt extinguere cha
ritatem. Charitas fecit in beato vincentio
iſtud quadruplex incendium. ſcꝫ amoris in
corde. vnde dicitur de eo. Vir inclytus vin
centius ſuccenſus igne diuini amoris. fer=

uoris in ore. Unde ipſe ait ad tyrannū. ex-
urge ⁊ toto malignitatis ſpiritu debacchare
feruoris in opere. Unde exclamat pruden-
tius. O miles inuictiſſime: fortiſſimorū for-
tior iā te ſeua ⁊ aſpera tormenta tremūt vi-
ctorē. feruoris in continuatione. Unde di-
cit Amb. in ſmone huius diei. Torquetur
vincētius: tūditur: flagellatur: ſed inuictus
pro ſancto nomine animus non cōcutitur
plus ardēs igne celi ꝙ ferri. Ignis celi eſt
ipa charitas que in corde vincentij ſic arde
bat ꝙ ignē exteriorem frigidū faciebat. pſ.
In meditatione mea exardeſcet ignis. ſcꝫ
charitatis diuine. ⁊ ſic patet ſecundum.

Tertio beatus vincētius

firmatur in xp̄o per longanimitatē que p̄-
parat premiū qđ debet diutius expectari: ⁊
itineris longitudinē demonſtrat ad certan
dū. Sicut em̄ magnanimitas dicitur per quā
aliquis habet animū tendendi in magna.
ita etiā longanimitas dicitur per quā aliq̄s
habet animuꝫ tendendi in aliquid quod in
longum diſtat. ⁊ ideo ſicut magnanimitas
magis reſpicit ſpem tendenteꝫ in bonū ꝙ
audaciā vel timorē ſiue triſticiā que reſpi-
ciūt malū: ita etiaꝫ longanimitas que ſuſti-
net aliqua mala propter aliquod bonū. nō
qđ ex propinquo expectetur: ſed qđ in lon-
gū differtur. propter qđ aſſequēduꝫ multa
mala in preſenti oportet ſuſtinere. ⁊ ſic dila
tio boni ſperati pertinet ad longanimitatē.
Sciendū ꝙ longanimitas ſeu fiducia ma-
la eſt quadruplex. Prima eſt ypocritarū q̄
eſt ī vanitate ⁊ ſimulatiōe. Job. viij. Spes
ypocrite pibit. nō em̄ placebit in corde ſuo
ſicut tela aranearū fiducia ei9. Scđa eſt ſu
perborū q̄ eſt in poteſtate ⁊ exaltatiōe. Eſa.
xxx. Sperantes auxiliū in equis ⁊ hn̄tes fi
duciā in vmbra egypti. Tertia eſt luxurio-
ſorū q̄ eſt in voluptate ⁊ carnali delectatōe.
Job. xl. Habꝫ fiduciā vt influat in os eius
Quarta eſt cupidorū in diuitiarū poſſeſſiōe
pſ. Ne timueris cū diues fact9 fuerit hō ⁊c
Fiducia aūt ⁊ longanimitas bona eſt iu-
ſtorū ⁊ pfectorū que eſt in dn̄o p gr̄e appoſi
tioneꝫ. Prou. iij. Habe fiduciā in domino
ex toto corde tuo. Hāc longanimitatem ſe
habuiſſe oſtendit beatus vincenti9 et quat
tuor ſignis. Primo ex voluntate patiendi.
Unde dicebat. Hoc eſt quod ſemper opta
ui ⁊ votis omnibus exquiſiui. Et. ij. Cor.
xij. Libenter gloriabor in infirmitatib9 me
is. Secundo ex firmitate ſufferendi. vnde
dicebat. Uidebis me plus poſſe dei virtute
dum torqueor: ꝙ poſſis ipſe qui torques.
Tertio animoſitate contemnendi. vnde ty
ranni contemnebat iram dicens. Cum mi
hi iraſci magis putas: mihi melius incipis
miſereri. Quarto perpetuitate ſuſtinendi.
Unde dicebat. Hoc ſoluꝫ valde metuo qđ
te mihi fingis velle miſereri. Nolo vt aliq̄d
minuas de ſupplicijs vt te victū in omnib9
fatearis. Et prudentius dicit de eo. Ride-
bat hic miles dei manus cruētas increpās
ꝙ fixa non profundius intraret artus vn-
gula. Et ſic patet tertium.

Quarto beatus vincen

tius firmatur in xp̄o per perſeuerantiā ſm
quā iuſtus iter continuat. que portū oſten
dit. Unde Bern̄ in epl̄is. Tolle perſeuerā
tiā: nec obſequiū mercedē habet: nec bene-
ficiū gratiā: nec laudē fortitudo. Laus em̄
perſeuerantie in hoc conſiſtit ꝙ aliquis nō
recedit a bono propter diuturnā tolerantiā
difficiliū ⁊ laborioſorū. quoniā ſm perſeue-
rantiā aliquis perſeuerat in his in quibus
difficillimū eſt diu ſuſtinere. Non eſt auteꝫ
difficile ſuſtinere bona: ſed mala. Sed ma-
la que ſunt pericula mortis vt plurimū nō
diu ſuſtinentur: q2 vt frequentius cito trāſ-
eunt. Unde reſpectu illorū non eſt precipua
laus perſeuerantie. Inter alia aūt mala p̄-
cipua ſunt illa que opponuntur delectationi
bus tactus. quia huiuſmodi mala attendū
tur circa vitā. ideo ſuſtinere difficultateꝫ q̄
prouenit ex diuturnitate boni opis dat lau
dem perſeuerantie. Sciendū ꝙ perſeuerā-
tia conſiſtit in quattuor. Primo in carnis
mortificatione. Judith. iiij. Scitote qm̄ ex-
audiuit dn̄s preces vr̄as ſi permanentes p
manſeritis in ieiunijs ⁊ orationibus. Secū
do in preceptorum obſeruatione. i. Paral.
xxviij. Firmabo regnum eius ineternum ſi
perſeuerauerit precepta mea facere. Ter-
tio in flagellorum perpeſſione. Mathei. x.
Eritis odio omnibus hominibus propter
me. qui autem perſeuerauerit vſqꝫ in fineꝫ
hic ſaluus erit. Quarto in fidei predicatio-
ne. Hebreorum. xij. In diſciplina perſeuera
te. Beatus Uincentius firmiter in his per
ſeuerauit propter quattuor. Primo ab in-
fantia ſui deo tam mente ꝙ corpore con-
ſecratione. Nam in plenitudine fidei
et ſancte honeſtatis: et vere deuotionis

⁊ veritatis ſcripture nutritꝰ in oī ſctītate ſe
exercuit. Scđo a pueritia ſui gratioſa inter
hoīes conuerſatiōe. Nā ante deū ⁊ ante ho
mines ſctōs ꝓpter ſctōꝝ moꝝ elegantiam
grām inuenit ⁊ habuit. Tertio in dyacona
tus officio acceptiſſima xp̄o ⁊ eccłie admi
niſtratione. Exiſtens quippe ſub ep̄o vale-
rio dyaconꝰ re ⁊ noīe ſuū officiū digne ad-
impleuit. Quarto ꝓ fide xp̄i ⁊ doctrīa euā
gelij ardentiſſima concertatione. Nā cōtra
datianū tyrannū diſceptās ip̄m doctrina
rōne ⁊ exēplo mirabilit̄ ↄfutauit. vt pꝫ ⁊c̄.

Quinto beatus vincen

tius firmat̄ in xp̄o ꝑ cōſtantiā q̄ difficulta
tē virtute ſuꝑat in labore multū adiuuans
Conſtātia em̄ facit firmiter ꝑſiſtere in bo-
no ↄtra difficultatē que ꝓuenit ex q̄buſcū-
qꝫ exterioribꝰ impedimētis. ps̄. Non dabis
in eternū fluctuationē iuſto. Sciendū ꝙ cō
ſtantia eſt neceſſaria ad quattuor. Primo
ad deſpiciendū ꝓſpera. Judith. ix. Da mihi
in aīo ↄſtātiā vt ↄtemnā illū. Et. i. Mach.
ij. Mathatias ⁊ filij eiꝰ cōſtanter ſteterunt
aduerſus nuncios regis anthiochie. Scđo
ad ſuſtinēdū aduerſa. i. Machab. viij. Et
linguā poſtulans cito ꝓtulit ⁊ manꝰ ↄſtan
ter extendit. his verbis ↄſtantes ſunt effe-
cti ꝓ patrijs legibꝰ mori. Tertio ad teſtificā
dū vera. Act. iiij. Vidētes aūt ↄſtantiā pe
tri ⁊ iohānis cōꝑto ꝙ hoīes eſſent ſine lit-
teris ⁊ ydiote. Eiuſdē. xxiij. Sequente no-
cte aſſiſtens ei dn̄s ait. Conſtās eſto ſicut
teſtificatꝰ es de me in hīrlm. Sic oportet te
teſtificari rome. Quarto ad aggrediendūꝫ
terribilia. Judith. vlti. Horruerūt perſe con
ſtātiā eiꝰ ⁊ medi audaciā eiꝰ. Et. i. Mach.
ix. Cōuenerūt in iudā oēs cōſtantes corde
⁊ ↄtrita eſt dextera pars ab eis. Et Sap̄. v.
Stabūt iuſti in magna ↄſtantia aduerſus
eos qui ſe anguſtiauerūt. Beatꝰ vincentiꝰ
habuit maximā mentis ↄſtantiā. vnde dici
tur de eo. Inter hec manet immotꝰ ille dei
ſeruulus. quā conſtantiāꝫ demonſtrauit in
quadruplici certamine. Primuꝫ certamen
fuit in eculeo. in quo fecit eū datianus toto
corpore diſtendi. diſtentū diuerſis vulneri
bus cruciari. cruciatū ferreis pectinibus la
niari. ⁊ carnifices ad ſeuiendū crudeliꝰ ver
beribus fecit vrgeri. Secundū certamē ha-
buit in craticule incendio: vbi totuꝫ corpus
vncinis ferreis aperitur. ardentes lamine
infliguntur. ſale ignis aſpergitur. telis viſce
ra extra iaciuntur. Tertiū certamen habuit
in carceris ergaſtulo. Nā tyrannꝰ fecit ip̄m
in obſcuro carcē includi: ibi teſtas acutiſſi-
mas congeri. in ligno ꝑedes affigi. ⁊ ſine oī
humano ſolatio derelinqui. Quartū certa
men habuit in molli lectulo. Poſtq̄ꝫ em̄ ty
rannus vidit ſe eū per aſꝑitates tormen-
toꝝ vincere non poſſe: in lecto molliſſimo
eū reclinare fecit putans per delitias ipſuꝫ
allicere poſſe. Vicit autē iſta certamina ma
xima mentis cōſtantia. Unde Aug. in ſer
mone huius diei dicit ſic. Tanta in vincen
tio penarū aſperitas ſeuiebat in membris
⁊ tāta ſecuritas reſonabat in verbis vt pu
taremus aliū loqui ⁊ aliū torqueri. Et vere
ſic erat. Caro enim patiebatur ⁊ ſpiritus lo
quebatur. Habuit em̄ plurima auxilia qui-
bus conſtans fiebat. Primo lucē ineffabi-
lem que carcerē obſcurū illuſtrauit. Secun
do floꝝ redolentiā ameniſſimā que carce-
rem mirabili odore confortauit. Tertio af-
fectionē liberā que compedes grandi virtu
te reſ̄auit. Quarto ſocietatē angelicā quā
chriſtus miſericorditer ſibi deſtinauit.

Sexto beatus vincētius

firmatur in xp̄o per patientiā que in cōtri-
ſtabilibus bonū virtutis defenſat quaſi cū-
cta conſeruans. Unde Aug. in ſermone de
ſancto Cypriano dicit ſic. Facile eſt marty
rem celebrando venerari: ſed magnū eſt fi-
dem ⁊ patientiā eius imitari. Nā patiētia
eſt ꝑ̄ncipalius circa triſtitias eo ꝙ patiēs
aliquis dicitur non ex hoc ꝙ non fugit: ſed
ex hoc ꝙ laudabiliter ſe habet in patiendo
que preſentialiter nocent. vt ſcꝫ non inordi
nate ex eis triſtetur. Sciendū ꝙ aduerſita
tes tolerande ſunt patienter propter quat
tuor. Primo propter ip̄arū paruitatē. i. Pe
tri. i. Modicū nūc oportet contriſtari in va-
rijs temptationibus vt probatio fidei vr̄e
multo ſit precioſior auro quod per ignē ꝓ-
batur. Secundo propter rerū paucitatem.
ps̄. Patientia pauperū non peribit in finē.
Tertio ꝓpter doloꝝ breuitatē. ps̄. Scđm
multitudinē doloꝝ meoꝝ in corde meo cō
ſolationes tue letificauerunt aīam meam.
Quarto propter retributionis perpetuita-
tem. Roma. viij. Nō ſunt condigne paſſio
nes huius temporis ad futurā gloriāꝫ ⁊c̄.
Beatus vincentius habuit maximam pati
entiam in ſupplicijs. Unde Aug. in ſermo
ne huius diei dicit ſic. Habebat vincentius

in ſermone fiduciam: in paſſione tolerantiam. Nam eius ſupplicia fuerunt grauiſſima numeroſitate: acerbitate: diuturnitate: implacabilitate: que oīa vicit ſumma patiētia. Vñ Aug. in ſermone hui⁹ diei dicit ſic. Fides pugnat: ⁊ quādo fides pugnat null⁹ expugnat. q₃ ⁊ ſi laniat̄ ⁊ ſi lacerat̄ nō perit q̄ xpi ſanguine ē redempt⁹. Potēs homo nō pōt perdere qđ emit auro ſuo: ⁊ xp̄s perdet qđ emit ſanguine ſuo? Sed hoc totū nō ad hoīs ſed ad dei gloriā referat̄. Ab ipſo vere eſt patiētia vera: patientia ſancta: patientia religioſa: patientia xpiana que donū dei eſt hec ille: ⁊ ſic patet ſextum.

Septimo beatus vincentius firmat̄ in xp̄o per fortitudinē que mortem victorioſe expugnat in periculis vexillū tenēs. Vñ Cyprian⁹ in ſmone de martyribus dicit ſic. O beati martyres quib⁹ vos laudib⁹ predicē. O milites fortiſſimi robur corporis veſtri quo preconio vocis explicē. Sciendū ꝙ fortitudo gratuita que eſt donum dei: firmat animū hoīs in bono iuſticie dei que eſt ꝑ fidē ieſu xpi. vt dr̄ Roꝫ. iij. Et talis fortitudo pōt attēdi circa quattuor. Primo inquātum defendit bonū cōmune decertando in acie ꝑ iuſtū bellū. Secūdo inquantū iudex vel priuata perſona nō recedit a iuſto iudicio timore gladij imminentis vel cuiuſcunq₃ periculi: etiā ſi ſit mortiferum. Tertio inquātū aliqs nō refugit amico infirmāti obſequi ꝑpt̄ timorē mortifere infectionis. Quarto inquantū aliqs nō refugit itinerari ad aliqđ pium negociū proſequendū ꝑpt̄ timorē naufragij vel latronū. Beat⁹ vincēti⁹ fortiſſime oīa pericula mortis vicit. Unde Aug. dicit ſic. Beatus vincenti⁹ vicit in ꝟbis: vicit in penis: vicit in cōfeſſione: vicit in tribulatiōe: vicit exuſtus: vicit ſubmerſus: vicit viuus: vicit mortu⁹. hec ille. Sic eīn reſpondit Daciano. vt dic̄ Prudentius. Tormēta: carcer: vngule: ſtridēſq₃ flammis lamina: atq₃ ipſa penarum vltima mors xpianis ludus eſt. Et ſic p₃ ſeptimū.

Octauo beatus vincentius firmat̄ in xp̄o per beatitudinē que corona glorie ipm in celis decorat premiū vltra meritū reddens. Vñ Apoc. vi. dicit̄ de eo. Data eſt ei corona ⁊ exiuit vincens vt vinceret. Et angeli dixerūt ei. Agnoſce o vincēti: quia pro cui⁹ nomine decertaſti: ipſe tibi coronam preparatam ſeruat in celis: qui te victorem fecit in penis. quam nobis concedat. Amen.

In conuerſione ſancti Pauli apoſtoli Sermo. xiiij.

Stupebant omnes qui audiebāt. Act. ix. ⁊ in epiſtola hodierna. Beat⁹ Aug. in lib. de vidēdo deū ad paulinā dic̄ ſic. Ipa dei ſubſtantia a quibuſdā videri potuit in hac vita poſitis. ſicut a moyſe ⁊ paulo q̄ raptus audiuit ineffabilia verba q̄ non lic₃ homini loqui. Super quo moueo talē queſtionem. Utrū beat⁹ paul⁹ per ſui admirabilē conuerſionē rapt⁹ fuerit ad glorioſam dei viſionē. Ad iſtā queſtionē rn̄dent duo doctores noui teſtamēti. Prim⁹ eſt beatus Aug. li. xij. ſuper Geneſim ad litterā dicēs ſic. Cur non credam⁹ ꝙ tanto aplo doctori gentiū rapto vſq₃ ad ipſam excellentiſſimā viſionē voluerit de⁹ demōſtrare vitā in qua poſt hanc vitā viuendū eſt in eternū. hec ille. Secūdus eſt ſanct⁹ Tho. ſcđa ſcđe. q. clxxv. arti iij. dic̄ ſic. Quidā dixerūt paulum in raptu nō vidiſſe ipam dei eſſentiam: ſed quandā refulgentiā claritat̄ ipſius. Sed cōtrariū manifeſte ipa ꝟba apli deſignāt. Dicit eīn ſe audiſſe ineffabilia ꝟba q̄ non licet homini loqui. huiuſmodi autē vident̄ ea q̄ ꝑtinent ad viſionē beatoꝝ que excedit ſtatum vie. ſm̄ illđ Eſa. lxiiij. Oculus nō vidit deus abſq₃ te q̄ preparaſti diligētibus te: ⁊ ideo cōuenienti⁹ dicitur ꝙ deū per eſſentiā vidit. hec Tho. Sciendū ꝙ mens humana diuinit⁹ rapit̄ ad contēplandā ꝟitatē diuinam quattuor modis. Primo vt contempletur eā per ſimilitudines quaſdā imaginarias. ⁊ talis fuit exceſſus mētis q̄ cecidit ſupra petrū. vt p₃ Act. x. Secundo vt contēpletur eam per intelligibiles effect⁹. Et talis fuit exceſſus dauid dicentis in ps. Ego dixi in exceſſu meo oīs homo mēdax. Tertio vt cōtemplet̄ eā in ſua eſſentia ꝑ lumē glīe qđ ſit velut forma imanens. ⁊ talis viſio ē in ſanctis in patria. Quarto vt cōtempletur eā in ſua eſſentia ꝑ lumē glorie qđ ſit velut paſſio tranſiens. ⁊ talis fuit rapt⁹ pauli ⁊ etiā moyſi. ⁊ ſatis cōgruent̄. q₃ ſicut moyſes fuit p̄mus doctor iudeorum ita paulus fuit primus doctor gentiū. Unde viſio pauli in illo raptu: quantū ad aliquid fuit ſimilis viſioni beatorum. ſc₃ quantū ad id qđ vi-

deb̄etur ⁊ quantū ad aliquid diſſimilis ſcʒ quantū ad modū videndi: q2 nō ita perfecte vidit: ſicut ſancti q̄ ſunt in patria. Vn̄ Auguſt. dicit lib. xij. ſuper Geneſim ad litteraʒ Apoſtolo arrepto a carnis ſenſibus in tertium celum: hoc defuit ad plenā perfectāq3 rerum cognitionē: que angelis ineſt ꝙ ſiue in corpore ſiue extra corpus eſſet neſciebat Hoc itaq3 non deerit cum receptis corporibus in reſurrectione mortuoꝝ corruptibile hoc induerit incorruptionē. hec ille. Et quia in tali viſione acceperat noticiam ſacramētorum ieſu xp̄i. prout ipſemet dicit Gal. i. Notum vobis facio euangeliū qd̄ euangelizatum eſt a me: quia non ſm̄ homineʒ ſed per reuelationem ieſu xp̄i. Jdeo ſtupebant omnes qui audiebant. vt dicit thema.

Stupebant omnes.
Angeli qui audiebant eum angelice viuentem.
Juſti qui audiebant eum iuſte ſe regentem.
Penitentes qui audiebant eum conuerſe gradientem.
Judei qui audiebant eum ſynagogam euertentem.
Gentiles qui audiebant eum mundana arguentem.
Peccatores qui audiebant eum peruerſe incedentem.

Primo ſtupent omnes

angeli qui audiunt beatum paulū angelice viuentem. Jn angelis em̄ cōſiderant̄ quattuor. Primo virginalis mundicia. Math. xxij. Angeli dei in celo neq3 nubēt neq3 nubentur. Secundo charitas ignita. ps̄. Qui facit angelos ſuos ſpirit⁹ ⁊ miniſtros ſuos ignem vrentem. Tertio velox obedientia. ps̄. Angeli dei miniſtri eius qui facitis voluntatem eius. Quarto ſollicita cuſtodia. ps̄. Angelis ſuis de⁹ mandauit de te: vt cuſtodiant te in omib⁹ vijs tuis. Stupent angeli ⁊ admirantur in paulo hodie conuerſo has quattuor ꝓprietates. Primo eius virginalem mundiciaʒ. Fuit em̄ v̄go ſicut ipſemet teſtatur de v̄ginib⁹. i. Coꝛ. vij. dicens ſic. Volo omēs homines eſſe ſicut meipm̄. Chryſo. de laudib⁹ pauli dicit ſic Joſeph pudicicie v̄tute decoratus eſt. Et ego vereor ne iam ridiculum ſit hinc etiam paulum laudare qui ſemetipm̄ crucifigēs: nō ſolum humanoꝝ corporum pulchritudines: ſed omia etiam que vident̄ rebus clara ac decora cernebat. queadmoduʒ nos fauillam cinereq3 cōſpicim⁹: qui q̄ſi mortuus ad mortuū immobilis permanebat. hec ille. Secūdo ei⁹ charitatem ignitaʒ. Jgnem em̄ charitatis nihil in eo extinguere poterat. Sicut ipſe ait Ro. manos. viij. Certus ſum em̄ ꝙ neq3 mors neq3 vita ⁊c̄. poterit nos ſeparare a charitate xp̄i. ⁊ Chryſo. dicit. Ut em̄ ferrū miſſum in ignē totū ignis efficitur: ſic Paulus charitate ſucceſſus tot⁹ efficit̄ charitas. Tertio ei⁹ velocē obedientiā quā hodie demonſtrauit: cum dixit. Dn̄e quid me vis facere. Ex magna obedietia totū munduʒ p̄dicando circuiuit. Chryſo. Paul⁹ tanq̄ pennat⁹ totū docendo peruolauit orbē. Quarto ei⁹ ſollicitā cuſtodiā. Quidā em̄ angeli cuſtodiunt mundū vniuerſum. ſicut dn̄atōes. Quidam prouincias: vt p̄ncipat⁹. Quidaʒ loca ſpecialia: vt archangeli. Quidaʒ ſingulares perſonas: vt angeli. Paulus aūt curā habuit de vniuerſo mūdo. Chryſo. Nullus angelus ita creditū ſibi populum gubernauit: vt paulus vniuerſuʒ orbē. Curā habuit de prouincijs. Chryſo. Tanta paulus v̄tute p̄greſſus eſt vt vix triginta annoꝝ ſpacio: ⁊ Romanos: ⁊ Perſas: ⁊ Parthos: ⁊ Medos: ⁊ Jndos: ⁊ Sathas: et Ethiopes: ſub iugo mitteret veritatis. Curā habuit de ſpecialibus locis: ad que particulares ep̄las deſtinauit. Sicut de roma: corītho: galatia: epheſo ⁊c̄. Curā habuit de ſingularib⁹ perſonis. ſicut de Timotheo. Tito. Philemone ⁊c̄. Jdeo angeli ſtupent in paulo angelicā eius vitam ⁊c̄.

Secundo ſtupent omnes

iuſti qui audiunt beatū paulū iuſte ſe gerentem. Nam iuſti habēt quattuor in ſe q̄ vehementer admirant̄ in paulo hodie cōuerſo. Primo celeſtiū contemplationē. Phil. iij. Noſtra cōuerſatio in celis eſt. Conuerſatio autē dicit totā vitā homīs. Sed coꝝ q̄ ſunt in celo eſt q̄druplex diuerſitas. Quidā em̄ ſunt in celo tm̄ corde: vt pigri ⁊ deſidioſi ſcʒ qui bona ꝓpoſita q̄ habent opere nō implēt. Quidā tm̄ ore vt p̄dicatores v̄boſi. Quidam v̄o tm̄ ope exteriori: vt ypocrite ⁊ vani glōſi. Quidā autē omīb⁹ modis: ſicut paulus qui habuit ſancta deſideria. Phil. i. Cupio diſſolui ⁊ eſſe cuʒ xp̄o. Habuit ſinceriſſima v̄ba. ij. Coꝛ. ij. Ex ſinceritate ſicut ex deo corā deo in xp̄o loquimur. Habuit ſolli

cita opera.ij.Theſſal.ij.In labore ⁊ fatiga-
tione nocte ⁊ die laborantes ⁊c. Secūdo
bonoꝝ operū exercitationē.i.Coꝛ.xv.Abū
dantius oīb⁹ laboraui.Vere abundanti⁹
qꝛ pl⁹ oīb⁹ peragrauit.Rom.xv.Ab hie-
ruſalē vſqꝫ ad illiricū ꝑ circuitū repleui euā
geliū.Vere abūdanti⁹ qꝛ plures p̄e oīb⁹
ad fidē cōuertit.ſcꝫ innumerabilē ppl'm gen
tiliū.Gal.ij.Qui operat⁹ eſt petro in apoſto
latū circūciſionis:cooperat⁹ eſt ⁊ mihi inter
gentes.Vere abūdanti⁹:qꝛ plus oīb⁹ ma
nib⁹ laborauit.Act.xx.Ad ea que mihi op⁹
erant:⁊ his qui mecum ſunt:miniſtrauerūt
man⁹ iſte oīa.Chryſo.Nec vnū quidē diē
in ocio ⁊ quiete paſſus eſt trāſire:vere abū
dantius qꝛ plures ep̄las ſcripſit. Tertio ꝑ
fundam humiliationem quo ad quattuoꝛ.
Quantū ad denominationē quā humilē
habuit vocans ſe paruulū.Cū eī p̄us vo-
caretur ſaulus a ſaulo ſuperbo.poſtea voca
uit ſe paulū quaſi paruuluꝫ.i.Coꝛ.xv. Ego
ſum minim⁹ apl'oꝝ ⁊c. Quantū ad cōuer-
ſationē quā humilē habuit.i.Theſſal.ij.Fa
cti ſum⁹ paruuli in medio veſtrū:ecce quan
ta humilitas:tanꝙ̄ ſi nutrix foueat filios ſu
os.ecce quāta auctoritas.Quoniā chariſſi-
mi facti eſtis nobis.ecce quanta amicabili-
tas. Quantū ad ſcientiā quā humilē habu
it.i.Coꝛ.ij.Non iudicaui me aliqd ſcire int̄
vos niſi ieſum xp̄m ⁊ hūc crucifixū. Quā-
tum ad vitā quā humilē habuit nō reputās
ſe pfectū:ſ; pctōrē.i.Thi.i.Xp̄s ieſus ve-
nit in hūc mūdū pctōres ſaluos facere:quo-
rum p̄mus ego ſum.Et.i.Coꝛ.iiij.Nihil mi
hi conſci⁹ ſum:ſ; nō in hoc iuſtificatus ſum.
Quarto aduerſoꝝ perpeſſionē.Chryſoſt.
Paulus fuit ſaxo durioꝛ:ferro firmioꝛ:ada-
mante fortioꝛ:auro incoꝛruptibilioꝛ.Fuit q̄-
dem ſaxo durioꝛ:quia nulli aduerſitati cede
bat.Gal.ij.Quib⁹ nec ad horā ceſſim⁹ ⁊c.
Fuit ferro firmioꝛ: qꝛ nulla ip̄m tribulatio
cōmouebat:ſed tanꝙ̄ incus percuſſionis fir
mabat.ij.Coꝛ.xij.Cum eī infirmoꝛ tunc
fortioꝛ ſum ⁊ potens.Fuit adamāte fortioꝛ
qꝛ nulla ip̄m aduerſitas frangebat.ij.Coꝛ
xij.Placeo mihi in infirmitatibus meis:in
contumelijs:in neceſſitatib⁹:in perſecutioni
bus:in anguſtijs ꝓ xp̄o.Fuit auro incoꝛru-
ptibilioꝛ:qꝛ nec igne perſecutiōis crepabat.
Eccli.xi.Igne probatur aurum ⁊ argentuꝫ.
Et ſic patet ⁊c.

Tertio ſtupent omnes pe-

nitentes ꝙ̄ audiūt paulū cōuerſe gradientē.
Hodie naqꝫ ieſus xp̄s magnū ſpectaculuꝫ
dedit toti mūdo ex miraculoſa conuerſione
beati pauli apoſtoli.Sicut ipſe dicit.ij.Coꝛ
iiij.Spectaculū facti ſum⁹ mūdo ⁊ angelis
⁊ homib⁹. Maioꝛ eī fuit grā cōuerſionis
pauli ꝙ̄ latronis dextri.lꝫ vtraqꝫ fuerit ſubi-
ta ⁊ miraculoſa.Qđ patꝫ per duodecim ſi-
gna que ſunt iſta. Primo ratione conuer-
ſionis.Latro eī cōuerſus eſt a xp̄o exiſtē-
te in hac vita moꝛtali:quia dum moꝛeretur
in cruce. Paulus vero conuerſus eſt a xp̄o
exiſtente iam gloꝛificato in celis.Vn̄ ſanct⁹
Tho.iij.parte.q.lvij.arti.vi.ad tertiū dicen-
dum dicit ſic. Xp̄s poſt ſuam aſcenſionem
multis ſanctis apparuit.Sicut legit̄ de bea
to paulo Act.ix.Quoniā eius dignitati nō
derogat:ſi ex aliqua diſpenſatiōe xp̄s quā-
doqꝫ coꝛpoꝛalit̄ ad terrā deſcendat:vt oſtē-
dat ſe alicui ſpecialiter ſicut paulo.Et ne ali
quis hoc credat factū fuiſſe xp̄o ibi non coꝛ
poꝛaliter p̄ſente:ſed aliqualiter apparen-
te.Contrariū apparet ꝑ hoc qđ ipſe apl'us
i.Coꝛ.xij.Ad confirmandā reſurrectiōis fi
dem dicit. Nouiſſime aūt oīm tanꝙ̄ aboꝛti
uo viſus eſt ⁊ mihi:qđ quidē veritatē reſur
rectionis nō probaret niſi ip̄m verū coꝛpus
xp̄i viſum fuiſſet ab eo.hec Tho. Secūdo
ratione acceptatōnis.Nam latro ſurſum le
uatus in cruce nō acceptauit penā ſibi debi
tam pro peccato ſuo:nec credidit xp̄m moꝛi
pro ſalute humani generis.Unde ip̄m blaſ
phemauit dicens. Si filius dei es ſalua te-
metip̄m. Paulus autem in terrā proſtrat⁹
credidit ſubito ſe puniri pro peccato ſuo.
Unde acceptauit hanc penam agens debi
tam penitentiā mentaliter pro peccato ſuo
pſ.Quoniam grauata eſt ſuper me manus
tua:conuerſus ſum in erūna mea dum con-
figitur ſpina. Tertio ratione illuminatio-
nis.Nam ſole obſcurato viſiſqꝫ miraculis
que fiebant in moꝛte chriſti Latro illumi-
natus eſt:cum dixit.Nos quidem digna fa
ctis recipimus:hic autem nihil malefecit.
Paulus vero luce circumfuſus de celo.Iu-
xta illud Act.xi. Subito circumfulſit eū lux
de celo:perfecte illuminatus eſt.Quia ceci
derunt ab oculis eius tanꝙ̄ ſquame.Squa
me eī ſignificāt carnalia que inquināt af-
fectum:⁊ tempoꝛalia que obſcurant intel-
lectum.Unde.ij.Coꝛinth.iij.dicit.Deus ꝙ̄
dixit de tenebris lucem ſplendeſcere illuxit
coꝛdib⁹ veſtris.Et.i.Theſſal.i.Non ſumus

noctis nec҃ tenebrarū. Quarto rōne au/
ditionis. Nam latro audiuit xp̄m ſitientem
hominū ſalutē: cum dixit. Sitio. paulus au
diuit xp̄m iam bibentē: cum dixit. Poteſtis
bibere calicē quē ego bibiturus ſuȝ? Latro
audiuit vocē xp̄i deprecantis ꝓ peccatoruȝ
conuerſione. paulus audiuit vocē xp̄i cōmi
nantis ꝓ ſui pſecutiōe: cū dixit. Durū eſt ti
bi ꝯtra ſtimulū calcitrare. Quīto rōne co
gnitiōis. Nam latro in cruce cognouit xp̄m
oīm redemptorē ideo dixit Luc. xxiij. Me/
mento mei dn̄e dū veneris in regnū tuum.
Paulus ꝟo in luce cognouit xp̄m: nō ſoluȝ
redēptorē ſed vniuerſaleȝ glorificatorē quo
ad aīam ⁊ corpus in ſuo raptu. ij. Cor. xij.
Scio hmōi hoīem raptū vſ҃ in tertiū celū
⁊ audiuit ⁊c. Sexto rōnē obtentiōis. Naȝ
latro petiuit indulgentiā peccatoꝝ ſuoꝝ dicē
Memento mei dn̄e ſcȝ vt mihi miſerearis:
nō tm̄ ignoſcendo culpā preteritā qua iniu
ſte vixi: ſed etiā preſentē qua te blaſphema/
ui ⁊ deriſi. Obtinuit aūt veniā cū xp̄s ei di/
xit. Amē dico tibi hodie mecū eris in para/
diſo. Paulus petiuit promptā obedientiaȝ
dicens. Dn̄e quid me vis facere. ⁊ obtinuit
quādo ſibi dictū fuit. Surge ⁊ ingredere ci
uitatē ⁊c. Septimo rōne ꝑmiſſionis. Naȝ
latroni ꝑmiſit deꝰ merito ſui ſanguinis be/
atificā fruitōnē: dicēs. Amē dico tibi: hodie
mecū eris in paradiſo. Paulo autēȝ ꝑmiſit
ob meritū ſue paſſionis patientie imitatio/
nem: cū dixit. Ego em̄ oſtēdā illi quāta opor
teat eū pro nomīe meo pati. Act. ix. Octa
uo rōne comitatōnis. Nam latronē xp̄s du
xit ad lymbū vbi fuit per tres dies: quibus
ipe xp̄s iacuit in ſepulchro. paulum autē ra
puit vſ҃ in tertiū celū per tres dies. vt pȝ
ij. Cor. xij. ⁊ Act. ix. Qd̄ eſt ſpirituale celuȝ
vbi angeli ⁊ ſancte aīe fruunt dei cōtempla
tione: q2 deus oſtendit ei vitā in qua viden
dus eſt in eternuȝ: vt dicit glo. Nono rōne
ſpeculatiōis. Nam latro fuit ſpeculū diuine
miſeratōis vt nemo deſperet de miſicordia
dei. etiam ſi perſeuerauerit peccare vſ҃ ad
finem vite. vt habet de pe. diſt. vij. ca. nemo
Paulus autem fuit ſpeculum dilectionis ⁊
vas electionis. Act. ix. Uade anania: quo/
niam vas electionis mihi eſt iſte. Decimo
ratione correptionis. Nam latro fuit corre/
ptor vnius puta latronis conſocij. Paulus
autem importunus fidei predicator. ideo di
citur. Portet nomen meū coram gen. Un
decimo ratione paſſionis. Nam latro porta
uit crucem propriam ⁊ ſtigmata ꝓpria: q2
fregerunt eius crura. Joh. xix. Paulus autē
crucē xp̄i. Gal. vi. Mihi abſit gloria niſi
in cruce dn̄i noſtri ieſu xp̄i. ⁊ ſtigmata eius
Ego ſtigmata dn̄i nr̄i ieſu xp̄i in cruce me/
cum porto. Duodecimo ratione glorificatī
onis. Nam latro meruit gloriā per martyrij
ſui confeſſionē que ſibi fuit ꝓ baptiſmo. vt
habet de conſe. di. iiij. ca. baptiſmi vicē. pau
lus aūt baptizatus eſt baptiſmo ſpūſſancti
ſicut ceteri apoſtoli: nō tamē in ſpecie ignis
ſed in ſpecie lucis. Iteȝ baptiſmo lachrymo
ſe cōpunctiōis. Chryſo. Iuges lachrymarū
fontes nō diebꝰ ſolū ſed etiā noctibꝰ effun/
debat. Item baptiſmo aque. vn̄ dicit. Sur
gens baptizatꝰ eſt. Item baptiſmo ſangui/
nis: quia in ſuo ſanguine baptizatꝰ fuit ⁊c.

Quarto ſtupent omnes
iudei qui audiūt eum ſynagogā euertentē.
Nam ante cōuerſionē emulabat ſynagogā
quadrupliciter. Primo ipām nimis zelan
do. Gal. i. Ampliꝰ emulator exiſtens pater
narum mearū traditionū. Secundo eccle
ſiam xp̄i nimis impugnando. Ibidem Su
pra modū perſequebar eccleſiaȝ dei ⁊ expu
gnabam illam. Tertio nomen xp̄i nimis
odiendo. Act. ix. Hic eſt qui impugnabat
eos qui inuocabant nomē illud. De his tri
bus ſimul. i. Thimo. i dicit. Primꝰ fui blaſ/
phemꝰ perſecutor ⁊ cōtumelioſus. Quar
to in diſcipulos dn̄i nimis ſeuiendo. ſcȝ per
odiuȝ in corde. Unde dicit. Saulus adhuc
ſpirans per aſperitatem in ore: cum dicitur
minarū. per penarū irrogationē in perſonis
cum dicitur. ⁊ cedis in diſcipu. dn̄i. per expo
liationem in rebus. Act. viij. Saulus auteȝ
deuaſtabat eccleſiam per domos intrans.
Sed ab hac ſynagoge emulatione conuer/
ſus eſt hodie ad ipſius euerſionē, ſcilȝ ſyna
gogam euacuando: eccleſiaȝ fundando: xp̄i
nomen predicando: diſcipulos xp̄i ampliā/
do atq҃ confortando. Unde dicitur Act. ix.
Paulus magis conualeſcebat ⁊ confunde/
bat iudeos q̄ habitabāt damaſci: affirmās
quoniam hic eſt chriſtus ⁊c.

Quinto ſtupent omnes
gentiles qui audiunt eum mundana argu/
entem. Nam in gentibus erāt quattuor. ſcȝ
Primo magna potentia regum ⁊ impera
torum Secūdo magna ſapientia philoſo/
phorū ⁊ doctoꝝ. Tertio magna eloquētia

rhetorum ⁊ oratoꝝ. Quarto magna inſo-
lentia errorum ⁊ vicioꝝ. Contra iſta pau-
lus aſſumpſit alia quattuoꝛ. Contra mūdi
potentiā aſſumpſit ꝟtutē ⁊ cōſtantiā. Act.
xxiij. Apparuit aūt illi dn̄s dicēs. Conſtās
eſto paule oportet te rome teſtificari. Con
tra vanā ſapientiā aſſumpſit ꝟitatē euāge-
licam. i. Coꝛ. ij. Non eīm me iudicaui aliqd
ſcire int̄ vos niſi xp̄m ieſuz: ⁊ hūc crucifixū.
Contra rhetorū eloquentiā aſſumpſit fru-
ctuoſam facundiā. Ibidē. Sermo meꝰ ⁊ p̄-
dicatio mea nō ē in perſuaſibilibꝰ humane
ſapientie ꝟbis ſed in oſtenſione ſpiritus ve
ritatis. Cōtra errorū inſolentiā aſſumpſit
fidei prudentiā. Act. xvij. Dixit athenienſi-
bus. Qd̄ ergo ignorātes colitis hoc ego nū
cio vobis. vnde nec timoꝛ tyrannorum: nec
ſubſannatio philoſophoꝝ deridentiū xp̄ia-
nos colentes hoīem crucifixū potuerunt re
trahere paulū a predicatōne fidei xp̄i. Act.
ix. Vas electionis mihi eſt iſte vt portet no
men meū corā gētibꝰ ⁊ regibꝰ ⁊ filijs iſrl̄ ⁊c̄

Sexto peccatores ſtupēt

audientes eum peruerſe incedentez. Ut eīm
dicit̄ Luce. xv. Gaudiū eſt angelis dei ſuꝑ
vno pctōre penitentiā agente. Gaudiū eīm
de cōuerſione pctōris tanto ē maius: quāto
miſericordia indulgēs eſt maioꝛ. que cogno-
ſcitur ex magnitudīe pcti. Rom. v. Ubi ſu-
perabundauit delictū ſuꝑabundare ꝯſueuit
⁊ grā. ſed duo fuerūt maximi pctōres. Qui
mirabilit̄ cōuerſi ſunt: quoꝝ vnꝰ altero gra
uius peccauit. ſ. latro in cruce: ⁊ paulus in lu
ce. ſic tn̄ ꝙ pctm̄ pauli fuit grauiꝰ ꝙ̄ pctm̄ la
tronis. vt pȝ per duodecī ſigna. Primo ob
iectiue. Nam pctm̄ qd̄ eſt cōtra ſubſtantiaz
homis eſt grauius ꝙ̄ pctm̄ qd̄ eſt cōtra res
exteriores. ſicut furtū. Etiam grauius ē pec
catū qd̄ īmediate contra deū cōmittit̄. ſicut
infidelitas: blaſphemia ⁊c̄. Sed latro offen
dit hoīem furādo diuitias eius. paulus au-
ferendo vitā eiꝰ: qꝛ ille ſitiebat hoīm diuiti-
as: iſte ſitiebat ſanctoꝝ ſanguinē. Ille ſpoli
Sciendum ꝙ reſurrectio xpī fuit glorioſa quantū ad quattuor. Primo q2 xps īmortalis reſurrexit. Cū em̄ reſurrectio ſit reparatio a morte in vitā. Perfecta reſurrectio eſt quādo aliqs eripit nō ſolū a morte ſed etiā a neceſſitate ⁊ poſſibilitate moriendi. Et ſic xps reſurgēdo puenit ad vitaʒ penit⁹ īmortalem. ſm illud Rom. vi. Xps reſurgēs ex mortuis iam nō morit: mors illi vltra non dominabit. Secūdo q2 xps reſurrectionē ſuā cauſauit. Job. x. Nemo tollit aīam meā: ſed ego pono eam ⁊ iterū ſumo eam. Naturalis ordo rerū diuinit⁹ inſtitut⁹ hoc habet: vt quelibʒ cauſa pmo operet in id qđ eſt ſibi ppinquū. ⁊ per id operet in alia magis remota. Sicut ignis pmo calefacit aerē ppinquū p quē calefacit corpora diſtincta: et ipſe de⁹ illuminat pmo ſubſtātias ſibi propinquas p quas illuminat magis remotas vt Diony. dicit. xiij. Cel. iere. Et ideo verbū dei primo attribuit vitam īmortalē corpori ſibi naturalit vnito: ⁊ p ipm operat reſurrectionē in omib⁹ alijs. Tertio q2 reſurrectio xpī eſt exemplar reſurrectiōis ſolū iuſtoruʒ Primordialis em̄ cauſa reſurrectōis humane eſt diuina iuſticia ex qua xps hʒ poteſtatem iudiciuʒ facere: q2 filius hoīs eſt. ⁊ ideo virt⁹ effectiua reſurrectōnis ei⁹ ſe extendit non ſolū ad bonos ſed etiam ad malos qui ſunt ei⁹ iudicio ſubiecti. Sicut autē reſurrectio xpī ex eo ꝙ corp⁹ illud eſt perſonaliter verbo vnitū eſt pma tempe. ita etiā eſt pma dignitate ⁊ pfectōne. vt glo. dicit. i. Cor. xv. Semp autē id qđ eſt pfectiſſimū eſt exemplar qđ imitant min⁹ pfecta ſm ſuū modū ⁊ ideo reſurrectio xpī eſt cauſa exemplaris reſurrectiōis illoꝝ: quos oportet illi reſurrectioni conformari. que cōformitas eſt ſoluʒ iuſtoꝝ qui ſunt conformes filiationi xpī. vt dicit Roma. viij. Quarto q2 reſurrectio xpī eſt cauſa reſurrectiōis aīarū. Nam reſurrectio xpī agit in virtute diuinitatis q̄ quidē ſe extendit nō ſolū ad reſurrectionē corpoꝝ ſed etiā ad reſurrectionē aīarū. a deo em̄ eſt ⁊ ꝙ aīa viuit per grām: ⁊ ꝙ corp⁹ viuit per aīam. ⁊ ideo reſurrectio xpī habʒ inſtrumētaliter virtutē effectiuā. nō ſolū reſpectu reſurrectōis corpoꝝ: ſed etiā reſpectu reſurrectionis aīarū. Similit aūt habʒ rōnē exemplaritatis reſpectu reſurrectōis aīarū: quia xpo reſurgenti debem⁹ etiā ſm aīam cōformari. vt ſicut ſm apl'm. Rom. vi. Xpus reſurrexit a mortuis p gloriā patris. ita ⁊ nos in nouitate vite ambulem⁹. ⁊ ſicut ipe reſurgens ex mortuis iam nō morit. ita nos exiſtimemus mortuos nos eſſe pctō vt in eternum viuam⁹ cum illo. Et Rom. iiij. dicitur Reſurrexit ppt iuſtificationē noſtraʒ. Qđ quidē hodie apparuit in deuota ⁊ ſincera fidelium cōmunione. in qua viderūt iuuenes id eſt xpm. ſedentē. i. reſurgere. in dextris. i. ad gloriam.

Iuuenē ſedentē in dextris viderunt.

- Virtutes.
- Angeli.
- Patriarche.
- Prophete.
- Sancti.
- Mortui.
- Gentiles.
- Mulieres.
- Diſcipuli.
- Judei.
- Luminaria.
- Mixta.

Primo iuuenem ſedentē

in dextris viderūt virtutes q̄ fuerūt qttuor euntes ad deū patrē: petētes ab eo vt xpus reſurgeret a mortuis tertia die. Cūqʒ foret diſceptatio: que illarū pma accederet. dixerunt illud ps. Juſticia ante eū ambulabit ⁊ ponet in via greſſus ſuos. Primo acceſſit iuſticia dicēs. Ad cōmēdationē diuine iuſticie ptinet exaltare illos q̄ ſe ppt deū humiliant. i. Pet. v. Humiliamini ſub potenti manu dei: vt vos exaltet in tpe viſitatiōis. Sʒ xps ppter charitatē ⁊ obedientiā dei ſe humiliauit vſqʒ ad mortē crucis. vt dr Phil. ij. Ergo oportet ꝙ exaltet a deo vſqʒ ad glorioſam reſurrectionē. Su per quo adduco teſtimonia veteris ⁊ noui teſtimenti. ps dicit ex perſona xpī. Tu cognouiſti ſeſſionē meā id eſt humilitatē paſſionis mee. ⁊ reſurrecti

onem meã.id eſt glorificatione͂ in reſurrecti
one.Sicut glo.exponit Luce.i.dicẽs.Depo
ſuit potẽtes de ſede ⁊ exaltauit hũiles. Se
cũdo acceſſit fides dicẽs. Ad te dñe clama
bo ⁊ ad deũ meũ deprecabor. Duo eñi pre
dicaui circa ꝑſonã xp̃i.ſcꝫ diuinitaté ⁊ hu-
manitaté eius. Non eñi ſufficit alterũ ſine
altero credere.ad hoc ꝙ cõfirmaret fides de
humanitate ipſius.oportuit moram eſſe in
ter morté ⁊ reſurrectioné eiꝰ.Si eñi ſubito
poſt morté reſurrexiſſet: videri poſſet ꝙ eiꝰ
mors vera nõ fuiſſet: ⁊ per cõſequẽs nec re
ſurrectio vera.Ad fidé aũt diuinitatis opor
tuit ꝙ cito reſurgeret ⁊ eius reſurrectio nõ
differretur vſqꝫ ad fine͂ mundi.Super quo
adduco teſtimonia veteris ⁊ noui teſtame͂
ti.pſ̃.dicit ex perſona xp̃i. Que vtilitas in
ſanguine meo: dũ deſcẽdero in corruptione͂
id eſt que vtilitas in effuſione ſanguis mei
dum deſcendo quaſi per quoſdã gradꝰ ma-
lorũ in corruptõne: qua ſi dicat nulla.Si eñi
ſtatim non reſurgo: corruptũqꝫ fuerit corpꝰ
meũ nemini annunciabo.nullũ lucrabor.vt
glo.exponit.⁊.i.Cor.xv.dr̃. Si xp̃us nõ re
ſurrexerit.inanis eſt predicatio noſtra: ina-
nis eſt fides noſtra. Tertio acceſſit domi-
na ſpes dicens. Propter hoc letatũ eſt cor
meum: ⁊ exultauit lingua mea inſuꝑ ⁊ caro
mea requieſcet in ſpe: q̃ñ non derelinques
aiam meã in inferno.nec dabis ſanctũ tuũ
videre corruptioné. Dũ eñi videmꝰ xp̃m re
ſurgere qui eſt caput noſtrũ: ſperamꝰ etiam
nos reſurrecturos. Super quo adduco te-
ſtimonia veteris ⁊ noui teſtamẽti.pſ̃.dicit
ex perſona xp̃i.Refloruit caro mea ⁊ ex vo
luntate mea confitebor illi.Et.i Cor.xv.dr̃
Si xp̃s reſurrexit quomodo quidã in vobis
dicunt: q̃ñ reſurrectio mortuorũ non eſt?
Quarto acceſſit dña charitas dicẽs. Pro-
pter nimiã charitateꝫ qua dilexit nos: miſit
deus filium ſuũ in ſimilitudine͂ carnis pec-
cati quã oſtendit dum animã ſuam pro no
bis poſuit.Sed iſta perfectio charitatis nõ
compleret niſi nos efficeret participes eter
ne hereditatis.Quod quide͂ fieri nequiret:
niſi prius a mortuis reſurgeret ⁊c. Super
quo adduco teſtimonia veteris ⁊ noui te-
ſtamenti.pſ̃.dicit ex perſona xp̃i.Eſtimatꝰ
ſum cum deſcendentibus in lacum factus
ſum ſicut homo ſine adiutorio inter mortu
os liber.Et Luce vlti.dicit.Oportebat xp̃m
pati: ⁊ reſurgere a mortuis die tertia.Tunc
deꝰ pat̃ ait filio exiſtenti in ſepulchro,Exur
ge gloria mea.exurge pſalteriũ ⁊ cythara.
Rñdit filiꝰ.Exurgã diluculo.Sicqꝫ factũ ẽ

Secundo iuuenem ſeden

tem in dextris viderunt angeli.Sicut eñi di
cit apl's Rom̃.xiij. Que a deo ſũt ordinata
ſũt.Eſt aũt hic ordo diuinitꝰ inſtitutꝰ: vt ea
q̃ ſupra hoíes ſunt: hoibꝰ ꝑ angelos reuele͂-
tur.vt pꝫ ꝑ Diony.iiij.c.Cele.iere.Xp̃s aũt
reſurgẽs nõ rediit ad vitã cõiter oibꝰ notã.
ſꝫ ad vitã quandã imortalé ⁊ deo cõformé.
ſm̃ illud Rom̃.vi. Qð eñi viuit.viuit deo.
⁊ ipa xp̃i.reſurrectio nõ debuit imediate ab
hoibꝰ videri.ſꝫ eis ab angelis nunciari.Vñ
Hylariꝰ dic̃ ſuꝑ Math.Qð idõ angelꝰ priꝰ
reſurrectiõis ẽ index: vt q̊dã famulatu pat̃-
ne volũtatis reſurrectio nũciaret.Quia igr̃
ꝑ reſurrectioné xp̃i ruina angelica erat re-
paranda ex hoibꝰ. Math.xxij.Erũt hoíes
ſicut angeli dei in celo. idõ angeli hoc hoibꝰ
nũciauerũt.Fuerũt aũt ꝓcipue q̃ttuor ange-
li. Primꝰ extra ſepulchrum.Math.xxviij.
Angelꝰ dñi deſcẽdit de celo.Cuiꝰ deſcẽſus fu
it ꝯtuoſus.qꝛ ecce terremotꝰ factꝰ ẽ magnꝰ
pſ̃.Terra tremuit dũ reſurgeret in iudiciũ
deus.Fuit glorioſus: qꝛ erat aſpectꝰ eiꝰ ſicut
fulgur: veſtimẽta eiꝰ ſicut nix.Fuit terribilis
qꝛ pre timore aũt eiꝰ exterriti ſunt cuſtodes
Fuit affabilis.qꝛ dixit.Nolite timere.Scio
eñi qꝛ ieſuꝫ crucifixum queritis. Secũdus
angelꝰ fuit intra ſepulchrũ.Mar.xvi.Et in
troeuntes in monumentũ viderũt iuueneꝫ
ſedenté in dextris: coopertũ ſtola candida
⁊ obſtupuerunt. Tertius ⁊ quartꝰ angelꝰ
fuerunt intra ſepulchrũ.Ioh.xx.Inclinauit
ſe ⁊ proſpexit in monumentũ ⁊ vidit duos
angelos in albis ſedentes.vnum ad caput:
⁊ reliquũ ad pedes vbi poſitũ fuerat corpꝰ
ieſu.Qui oés teſtati ſũt xp̃ꝫ reſurrexiſſe ⁊c.

Tertio iuuenem ſedente͂

in dextris viderunt patriarche.Quibꝰ hoc
ſacramentum reſurrectõnis reuelatum eſt.
ꝙuis non ita clare intelligerent ante: ſicut
poſt factum Adam in ſtatu innocentie: cui
dormienti coſta detrahitur: vt coniunx effi-
ciatur.ita ⁊ chriſto in cruce moriẽti ſanguis
ex eius latere effunditur vt eccleſia conſtru
atur.Dormit Adam vt fiat Eua.morit̃ xp̃s
vt fiat eccleſia. Dormienti ade fit eua de la
tere.mortuo chriſto lancea ꝑcutit̃ latus: vt
ꝓfluãt ſacramẽta quibꝰ format̃ eccl'ia. Vñ
merito apl'us ꝓmũ adã dicit formam fuiſſe

futuri. qm̄ ſicut dormitio ade figurabat mor
tem xp̄i. ita expergefactio ipſius figurabat
reſurrectõnẽ xp̄i. pſ. Ego dormiui ꝛ ſopora
tus ſum. ꝛ exur. q. d. ſ. me. Noe denudat⁹ in
tabernaculo ſuo dormiẽs ꝓpter ebrietatem
ſignificat xp̄m infinita charitate calefactuꝫ
dormientẽ in ligno crucis denudatū omnino
veſtib⁹ quas milites inter ſe diuiſerūt. Et ſi
cut Cham deriſit patrẽ ſuū. ita iudei ꝑtereū
tes blaſphemabāt xp̄m deuꝫ ſuū. Sed noe
expergefact⁹: cognita nequitia Cham male
dixit chanaaꝫ filio ei⁹. ita xp̄s expergefact⁹
a ſomno mortis per reſurrectionẽ impreca
tus eſt maledictionẽ filijs iudeoꝝ ꝛ nõ illis
qui euꝫ crucifixerūt: ꝓ quib⁹ orauit in cruce
dicens. Pater ignoſce illis ꝛc. Abraham
cui ꝓmiſerat deus in yſaac vocabit̄ tibi ſe
men: ꝛ tamẽ mandatū a deo acceperat: vt
filium ſuū yſaac imolaret. Credidit abrahā
deo. Credidit eñ yſaac poſt imolationeꝫ re
ſurrecturū ꝛ filios ꝓgeniturū. in quo imola
tio ꝛ reſurrectio xp̄i prefigurabat̄. Jacob
benedicẽs iudam ait. catulus leonis iuda.
Ad predaꝫ aſcendiſti fili mi: requieſcẽs accu
buiſti vt leo. qs ſuſcitabit eū. Gen̄. xlix. Di
cūt naturales ꝙ leena parit catulos mortu
os. ꝛ die tertia rugiens ſup eos accipiūt ſpi
ritū vite. ſic etiā de xp̄o. Samſon in ciuita
te in gaza ingrediẽs ab inimicis cõprehẽdi
non potuit. ſed ſurgẽs media nocte portas
ciuitatis cū ſeris abſtulit ꝛ in cacumine mõ
tis portauit. Sic milites cuſtodiẽtes ſepul
chrum xp̄i eū tenere nõ potuerūt: qñ de ſe
pulchro reſurgens egrederet̄. ſaluis ſigillis
pilati quib⁹ erat ſignatū. Jonas fuit in vẽ
tre ceti trib⁹ dieb⁹ ꝛ trib⁹ noctib⁹. tertio aūt
die priſtine vite reddit⁹ eſt. Sic filius hoīs
trib⁹ dieb⁹ ꝛ trib⁹ noctib⁹ fuit in corde terre
ꝛ tertia die reſurrexit.

Quarto iuuenem ſeden

tem in dextris viderūt ꝓphete. qm̄ in mani
bus ꝓphetarū aſſimilat⁹ eſt xp̄us. Eſaias
xi. dicit ſic. In die illa erit radix ieſſe q̄ ſtat ī
ſignū populoꝝ: ipm̄ gentes deprecabunt̄: ꝛ
erit ſepulchrū eius glorioſuꝫ. Oſee. xiij. c.
dicit. Hic filius me⁹ ſapiẽs. Nunc eñ nõ ſta
bit in contritiõe filioꝝ de manu mortis libe
rabo eū: ꝛ de manu inferoꝝ eruā euꝫ. Ubi ẽ
iudiciū tuū mors: vbi eſt aculeꝰ tuus: Ero
mors tua o mors ero morſus tuus inferne.
Uiuificabit nos poſt duos dies: in die ter
tia ſuſcitabit nos. Micheas. vi. c. dicit. Ne
leteris inimica mea. q: cecidi: conſurgā. Cū
ſedero in tenebris dn̄s lux mea eſt. Educet
me in lucẽ videbo iuſticiā ei⁹. Amos. ix. c.
dicit. In die illa ſuſcitabo tabernaculum da
uid qđ cecidit: ꝛ aperturas muroꝝ ei⁹ reedi
ficabo: ꝛ ea que corruerāt inſtaurabo: So
phonias. iij. c. dicit. Expecta me in die reſur
rectionis mee in futurum: q: iudiciū meum
eſt vt congregẽ regna ꝛ colligā gentes. nūc
reddaꝫ populis labiū electū: vt inuocēt oēs
in noīe dn̄i. ꝛ ſeruiāt ei humero vno. Aba
cuh. ij. c. dicit. Lapis de pariete clamabit: ꝛ li
gnū qđ inter iuncturas muroꝝ eſt: rñdebit.
q: replet̄ terra vt cognoſcant gloriam dn̄i.
Dauid ait in pſal. Exurrexi ꝛ adhuc ſuꝫ te
cum.

Quinto iuuenẽ ſedenteꝫ

in dextris viderūt ſcti patres in lymbo detẽ
ti. Nam paſſio xp̄i fuit q̄dā cauſa vniuerſal̄
humane ſalutis tam viuoꝝ ꝙ mortuorum.
Cauſa aūt vniuerſalis applicat̄ ad ſingula
res effect⁹ p aliqđ ſpāle. Un̄ ſicut virt⁹ paſ
ſionis xp̄i applicat̄ viuentib⁹ per ſacramen
ta cõfigurātia nos paſſioni xp̄i. ita etiā ap
plicata eſt mortuis p deſcenſum xp̄i ad in
feros. Un̄ apl's dic̄ Eph. iiij. Qđ aūt aſcen
dit qđ eſt niſi q: deſcendit. ꝑmū in inferio
res partes terre. glo. i. ad inferos. Nam p de
ſcenſuꝫ ſuum ad inferos eduxit q̄ttuor ordi
nes ſanctoꝝ. ſm̄ illud Coll̄. ij. Expoliās ꝑn
cipat⁹ ꝛ poteſtates. traduxit illos confiden
ter. Pmo viſitauit ſanctos patres in lym
bo. per hoc eñ ſcti patres detinebant̄ in in
ferno: ꝙ eis ad vitā glorie ꝓpter pct̄m pri
mi parẽtis aditus nõ patebat. Et ſic xp̄s de
ſcendẽs ad inferos: ſctõs patres ab inferis
liberauit. Et hoc ipm̄ confirmāt: ſeipſos cõ
fortantes ꝛ cõſolantes ſpūaliter. Dauid ait
Confiteant̄ dn̄o miſericordie ei⁹ ꝛ mirabilia
ei⁹ filijs. Quia contriuit portas ereas ꝛ ve
ctes ferreos confregit ꝛ eduxit eos de te. ꝛ
vm. mor. ꝛ vinc. eorum diſru. Salomon ait
Eccli. xxiiij. Penetrabo inferiores partes
terre: ꝛ inſpiciā oēs dormiẽtes: ꝛ illumina
bo oēs ſperātes in dn̄o. Eſaias ait. xxiiij. c.
Congregabunt̄ cõgregatõne vni⁹ faſcis in
locū: ꝛ claudent̄ in carcerẽ ꝛ poſt multos di
es viſitabunt̄. Oſee ait. xi. c. Ego q̄ſi nutri
tius effraim: portabam eos in brachijs me
is: ꝛ neſcierūt q: curarẽ eos. In funiculis
adam trahā eos in vinculis charitatis. Za
charias ait. ix. c. Tu quoq3 in ſanguie teſta

menti tui emiſiſti vinctos de lacu in quo nõ erat aqua. Cumq₃ ſic colloquerent̃. Ecce angeli cõcomitãtes xp̃m: dixerũt. Tollite portas p̃ncipes veſtras ⁊ eleuamini porte eternales ⁊ introibit rex glorie. Demones autẽ qui intus erãt: ſtupefacti ad hanc vocẽ queſierunt dicẽtes. Quis ẽ iſte rex glorie: Rñdit dauid ⁊ ait. Dñs fortis ⁊ po. do. po. in p̃lio. dñs vir. ip̃e eſt rex glorie. Statimq₃ vectes inferni cõfracti ſunt i. impedimẽta quibus ſancti patres de inferno exire p̃hibebãt reatu culpe p̃mi parẽtis. Xp̃s deſcendens ad inferos v̾tute ſue paſſionis ⁊ mortis cõfregit nõ ſtatim educẽdo eos: ſed eos in inferno luce glorie illuſtrãdo. Secũdo viſitauit iuſtos ſimplices. Nam latro quidẽ loco in infernũ cũ xp̃o deſcendit vt cu₃ xp̃o eſſet quia dictũ eſt ei. Hodie mecu₃ eris in paradiſo: ſed p̃mio in paradiſo fuit. nõ quidem corporeo: ſed ſpũali in quo eſſe dicunt̃ quicũq₃ diuina gloria p̃fruunt̃. q₂ ibi diuinitate xp̃i fruebat̃: ſicut ⁊ alij ſancti. Vñ Aug. in ſermone de paſſione dicit. Cũ q̃n xp̃s ad inferna deſcendit. portã inferni ⁊ vectes ferreos confregit: ⁊ oĩes iuſtos q̃ originali peccato tenebant̃ aſtricti: abſoluit. Tertio viſitauit oẽs purgandos: q̃ purgationẽ ſuam perfecerãt. Vñ Greg. iiij. li. mora. ait. Dum cõditor ac redemptor noſter clauſtra inferni penetrans. electoru₃ exinde aĩas eduxit. nos illo ire nõ patit̃. vnde iam alios deſcẽdendo liberauit. Quarto viſitauit angelos qui hos iuſtos cuſtodiebãt: conſolabant̃ et aſſociabant: quos oẽs eduxit. Act. ij. Deus xp̃m ſuſcitauit ſolutis dolorib⁹ inferni. ſcil₃ gloriã prebendo: maxime ex glorioſa reſurrectione xp̃i.

Sexto iuuene₃ ſedentem

in dextris viderunt mortui. Vñ dr̃ Math. xxvij. Multa corpora ſanctoꝝ que dormierant ſurrexerũt. ⁊ exeũtes de monumentis poſt reſurrectionẽ eius venerũt in ſanctã ciuitatem ⁊ apparuerũt multis. Unde ſanct⁹ Tho. iij. parte. q. liij. arti. iij. dicit ſic. De illis qui reſurrexerunt cum xp̃o eſt duplex opinio. Quidã aſſerunt ꝙ redierũt ad vitam tanq̃ nõ iterũ morituri. q̃n magis illis eẽt tormentũ ſi iterũ morerent̃: ꝙ ſi nõ reſurgerent. ⁊ ſm hoc intelligendũ eſt ſicut Hiero. dicit ſup Math. Cũ nõ ante reſurrexerũt ꝙ̃ reſurgeret dñs. Vñ ⁊ euãgeliſta dic̃. Cũ exeuntes de monumẽto poſt reſurrectionẽ ei⁹ venerũt in ſanctã ciuitatẽ ⁊ apparuerũt multis. Sed Aug. in ep̃la ad enodiũ hanc opinionẽ cõmemorãs dic̃. Scio quibuſdã videri morte dñi xp̃i: iam talẽ reſurrectionẽ p̃ſtitam iuſtis qualis nobis in fine p̃mittit̃. qꝺ ſi nõ iterũ repoſitis corporib⁹ dormierunt. Videndũ eſt quõ intelligat̃ xp̃s p̃mogenitus a mortuis ſi eũ tot in illã reſurrectione₃ p̃ceſſerũt. Qꝺ ſi rñdet̃ hoc dictũ eſſe p̃ anticipationẽ: vt monumẽta illo terre motu apta intelligant̃. cũ xp̃s in cruce pẽderet. reſurrexiſſe aũt iuſtoꝝ corpora nõ tunc: ſed cũ ille p̃or ſurrexiſſet. Adhuc reſtat qꝺ moueat quõ petrus nõ de dauid ſed de xp̃o aſſeruit fuiſſe p̃dictũ carnẽ ei⁹ nõ vidiſſe corruptionem. Sed per hoc ꝙ apud eos erat monumentũ dauid: ⁊ ſic illos nõ conuincebat. Si corp⁹ dauid ibi iam non erat: q₂ ⁊ ſi ante in recenti ſua morte reſurrexiſſet: nec caro ei⁹ vidiſſet corruptionẽ: poſſet monumentũ illud manere. Durũ aũt videt̃ vt dauid in illa reſurrectõe iuſtoꝝ nõ fuerit. ſi eis vita et̃na donata fuit. cui⁹ xp̃s ex ſemine cõmendat̃. Periclitat̃ etiã ad hebreos ꝙ de iuſtis antiquis dr̃. ne ſine nobis p̃ficerent̃. Si iam in illa reſurrectiõis incorruptiõe cõſtituti ſunt q̃ nobis p̃ficiẽdis in fine p̃mittit̃. Sic ergo Aug. ſentire videt̃ ꝙ reſurrexerint iterum morituri. Ad qꝺ etiã videt̃ p̃tinere qꝺ Hierony. dic̃ ſup Math. Qꝺ ſicut lazar⁹ reſurrexit. ſic ⁊ multa corpora ſanctoꝝ reſurrexerunt vt dñm oſtẽderent reſurgentẽ. Q̃uis h̃ in ſmõe de aſſumptiõe ſub dubio relinquat Rationes tñ Aug. multo efficaciores videntur. hec Thomas.

Septimo iuuenem ſeden

tem in dextris viderũt gẽtiles quantum ad q̃tuor differẽtias. Primo Job. xix. ca. dic̃. Scio ſc₃ per certitudinẽ fidei: ꝙ redemptor me⁹. i. xp̃s viuit a mortuis reſurgẽs. ⁊ ideo in nouiſſimo die de terra ſurrectur⁹ ſu₃. Repoſita eſt hec ſpes mea in ſinu meo ⁊c̃. Secũdo ſibilla vt allegat beat⁹ Aug. li. xviij. de ciui. dei. ca. xxij. dic̃ ſic. Et morte moriet̃ trib⁹ diebus ſomno ſuſcepto: ⁊ tũc ab inferis regreſſus ad lucẽ veniet p̃m⁹ reſurrectõis p̃ncipio reuocat̃ oſtenſo ⁊c̃. Tertio cuſtodes Math. xxviij. Quidã de cuſtodib⁹ venerũt in ciuitatẽ ⁊ nũciauerũt p̃ncipib⁹ ſacerdotũ q̃ facta fuerãt. ⁊ cõgregati cũ ſeniorib⁹ cõſilio accepto pecuniã copioſa₃ dederũt militibus dicentes. Dicite q₂ diſcipuli ei⁹ venerũt

nocte ⁊ furati ſunt eum vobis dormiētib⁹.
Super quo dic̄ Aug. O mali o peſſimi cu
ſtodes aut vigilabatis ⁊ cuſtodire debuiſtis
aut dormiebatis: ⁊ q̇d ſi neſcitis: Si dormi
ebatis vnde ſcire potuiſtis q̇s illū tulerit de
ſepulchro. Si vigilabatiſ cur auferri permiſi
ſtis: Quarto Centurio q̇ ait. Vere fili⁹ dei
erat hō iſte. In hoc em̄ magis certificat⁹ ē
de reſurrectōe xp̄i: qm̄ in monumēto exciſo
in petra cōdit⁹ eſt. ne ſi ex multis lapidibus
edificatū fuiſſet tumuli fundamētis ſuffoſ-
ſis: ſublat⁹ furto diceref. vñ ⁊ ſaxū magnū
qđ appoſitū fuit oñdit nō abſqꝫ auxilio plu
rimoꝝ ſepulchrū potuiſſe reſerari. Etiā q: re
ſurrexit ⁊ exiuit de ſepulchro. ſaluis ⁊ inta-
ctis ſigillis pylati preſidis.

Octauo iuuenem ſedentē

in dextris viderūt mulieres. Licet em̄ muli
eri nō ꝑmittaf publice in eccl'ia docere. ſm
illud. i. Coꝝ. xiiij. Mulieres in eccleſijs tace
ant. ⁊ i. Thimo. ij. Docere mulieri nō ꝑmit
to. Tamē ꝑmittif ei ꝓuatū domeſtica alioſ
ammonitiōe inſtruere. Et ideo ſicut Amb.
dic̄ ſup lucā. Ad eos femina mittif q̇ dome
ſtici ſunt. nō aūt mittif ad hoc ꝙ reſurrecti-
onis teſtimoniū ferat ad populū. Inter mu
lieres aūt eſt q̄druplex differētia. Primo
apparuit ieſus poſt reſurrectōnē btē ꝟgini
Vñ Amb. li. iij. de ꝟginitate dic̄. Vidit ma
ria reſurrectōnē dñi: ⁊ ꝓma vidit ⁊ credidit
Et Seduli⁹ in aurora dic̄. Semꝑ ꝟgo ma-
nens hui⁹ ſe viſib⁹ aſtans luce palā dñs pri
us obtulit. Secūdo apparuit mulierib⁹ eū
tibus ad monumētū: vt mulier q̄ ꝓmo initi
um mortis ad hoīem detulit. ꝓma etiā vitā
reſurgētis xp̄i in gloria nūciaret. Vñ Cyril
lus dic̄. Femia q̇ quodāmodo fuit mortiſ mi
niſtra: venerādū reſurrectōis miſteriū pri-
ma percepit ⁊ nūciat. Adeptū eſt igif femi
neum gen⁹ ⁊ ad ignominie ſolutionē: ⁊ ad
maledictiōis repudiū. Simul etiā ꝑ hoc oñ
ditur ꝙ quātū ad ſtatū glorie ꝑtinet: nullū
detrimētū patief ſexus femine⁹. Sed ſi ma
iori charitate feruebūt: maiori etiā gloria ex
viſione diuina potienf. eo ꝙ mulieres que
dñm arti⁹ amauerūt: intantū vt ab ei⁹ ſepul
chro diſcipulis etiā recedētib⁹ nō recederēt
ꝓmo viderūt dñm in gl'ia reſurgentē. Ter
tio apparuit mulierib⁹ redeūtibus a monu-
mento. qñ dixit eis. auete. tūc acceſſerunt ⁊
tenuerūt pedes ei⁹. Math. vlt. Quarto ap
paruit marie Magdalene. qñ dixit ei Ioh.
xx. Noli me tangere. nondum em̄ aſcēdi ad
patrē meū. Per hoc em̄ vt Aug. dic̄ in illa
femīa figuraf eccl'ia de gentib⁹ q̄ in xp̄m nō
credidit: niſi cū aſcēdiſſet ad patrē. aut ſic in
ſe credi voluit ieſus. hoc ē ſic ſe ſpūaliter tā
gi ꝙ ipē ⁊ pater vnum ſunt. ei⁹ quippe inti-
mis ſenſibus quodāmodo aſcēdit ad patrē
q̇ ſic in eo ꝑfecerit vt patri agnoſcat equalē
Hec aūt carnalif adhuc in eū credebat quē
ſicut hoīem flebat. Vel ſic Chryſ. dic̄. Vo-
lebat hec mulier adhuc cū xp̄o cōuerſari. ſic̄
⁊ ante paſſionē: ⁊ pre gaudio nihil magnū
cogitabat: q̄uis caro xp̄i multo melior fue-
rit facta reſurgēdo. Et iō o dixit. Nondū em̄
aſcēdi ad patrē meū. q̄ſi dicat. Non eſtimes
me iam terrenā vitā agere. Nō em̄ in terris
me vides hoc ē q: nondū aſcēdi ad patrem
meū ſed in promptu ē ꝙ aſcendam.

Nono iuuenem ſedētem

in dextris viderūt diſcipuli. quib⁹ apparuit
q̄druplicif. Primo Symoni petro. Luce
xxiiij. Surrexit dñs vere ⁊ apparuit ſymo-
ni: ſꝫ qñ aut vbi neſcif niſi qñ redibat a mo-
numento cū iohāne. Potuit em̄ eſſe ꝙ petr⁹
a iohāne alicubi diuerterit: vbi dñs ſibi appa
ruit. Vel forte qñ monumentū ſolus intra-
uit. ſicut dr̄ in hyſtoria ſcholaſtica. Vel for-
te in cauea ſiue ſpelūca. q: qñ xp̄m negauit
fugit in caueā q̄ dicif gallicant⁹. vt dr̄ ibidē.
Secūdo apparuit duob⁹ diſcipulis eūtib⁹
in emaus in ſpecie peregrini. Luc. vlti. Naꝫ
reſurrectio xp̄i fuit manifeſtāda homib⁹ ꝑ
modū q̇ eis diūa reuelanf. Innoteſcūt aūt
diuina hoīb⁹ ſm ꝙ diuerſimode ſūt affecti.
Illi q̇ habēt mentē bene diſpoſitā ſm ꝟita-
tem diuina ꝑcipiūt. Illi aūt q̇ habēt mentē
nō bene diſpoſitā diuina ꝑcipiūt cuꝫ q̄dam
ꝯfuſiōe dubietatiſ vel erroris. aīalis em̄ hō
nō ꝑcipit ea q̄ ſunt ſpūs dei. vt dr̄. i. Coꝝ. ij.
Et iō xp̄s quibuſdā ad credendū diſpoſi-
tis: poſt reſurrectionē apparuit in ꝓpria ef-
figie. illis aūt in alia effigie apparuit. q̇ iam
videbanf circa fidē tepeſcere. Vñ dicebant
Nos ſperabam⁹ ꝙ ipē redēptur⁹ eſſet iſrael
Vñ Greg. dicit in omel. Q2 talē ſe eis exhi
buit in corꝑe q̄lis apud illos erat in mente
q: em̄ adhuc i eoꝝ cordib⁹ ꝑegrin⁹ erat a fi
de ire ſe longi⁹ finxit. ſ. ac ſi eſſet peregrinus
Nam oculi eoꝝ tenebanf vſqꝫ ad ſacramē-
tum panis vt vnitate corporis ei⁹ participa
ta remoueref impedimētū inimici vt xp̄us
poſſet agnoſci. Tertio apparuit diſcipulis

In cenaculo vbi nō erat thomas. Vn̄ certi-
ficauit eos de q̄ttuor. Primo de veritate cor-
poris. Circa qd̄ tria oſtēdit. Primo quidē
ꝙ eſſet verū corpꝰ ⁊ ſolidū: nō corpꝰ fanta-
ſticū vel rarū. ſicut eſt aer. ⁊ hoc oſtēdit per
hoc ꝙ corpꝰ ſuū palpabile prebuit. Vn̄ ipe
dicit. Luce vlti. Palpate ⁊ videte: q2 ſpiritꝰ
carnē ⁊ oſſa nō habꝫ ſicut me videtis habe-
re. Secūdo oñdit ꝙ eēt corpꝰ hūanū: oſtē-
dendo eis verā effigiē: quā oculis intueren-
tur. Tertio oñdit eis ꝙ eſſet idem numero
corpꝰ qd̄ prius habuerat oſtēdendo eis vul-
nerum cicatrices. Luc. vlti. Videte manus
meas ⁊ pedes meos: q2 egoipſe ſum. Secū-
do certificauit eos de veritate aīe iterato cor-
pori vnite. ⁊ hoc oñdit per oꝑa triplicis vite
. Priō quidēꝫ ꝑ opus vite nutritiue in h̄ ꝙ
cū diſcipulis mādūcauit ⁊ bibit. vt legit̄ Lu-
ce vlt̄. Secūdo ꝑ oꝑa vite ſenſitiue: in hoc
ꝙ diſcipulis ad interrogata rn̄debat: ⁊ pre-
ſentes ſalutabat: dic̄. Pax vobis: in q̊ oſten-
debat ſe ⁊ videre ⁊ audire. Tertio per oꝑa
vite intellectiue: in hoc ꝙ cū eis loq̄batur: ⁊
de ſcripturis diſſerebat. Luc̄. vlti. Nōne cor
noſtrū ardēs erat in nobis: dū loqueret̄ no-
bis in via ⁊ aperiret nobis ſcripturas. Ter-
tio certificauit eos de ỽitate diuinitatis ſue
Primo per teſtificationē dicens. Ego ſum:
qd̄ eſt nomē dei. Joh̄. viij. Anteq̄ꝫ abrahaꝫ
fieret ego ſum. Secūdo per occultarū cogi-
tatōnū manifeſtatōnē dicēs. Quid turbati
eſtis ⁊ cogitatōnes aſcendūt in corda vr̄a:
Tertio ꝑ miraculi ꝓbationē in piſcibꝰ capi-
endis dicēs. Mittite in dexteraꝫ nauigij re-
the: ⁊ inuenietis. Quarto ꝑ h̄ ꝙ eis videnti-
bus aſcendit in celū. q2 vt dr̄ Joh̄. iij. Nemo
aſcēdit in celū: niſi q̄ deſcendit de celo. filius
hoīs q̄ eſt in celo. Quarto certificauit eos
de gl'ia ſue reſurrectiōis. ꝑ hoc ꝙ ad eos ia-
nuis clauſis intrauit. ſm̄ ꝙ Greg̃. dicit in
omel'. Palpandā carnē dn̄s prebuit quam
clauſis ianuis introduxit: vt eſſe poſt reſur-
rectionē oſtēderet corpꝰ ſuū: ⁊ eiuſdē natu-
re ⁊ alterꝰ glorie. Similit̄ etiā ad ꝓprieta-
tem gl'ie ꝑtinebat: ꝙ ſubito ab oculis diſci-
pulorum euanuit. vt dicit̄ Luce. vlti. Qd̄ ꝑ
hoc oſtendebat̄ ꝙ in eius poteſtate erat vi-
deri ⁊ non videri. qd̄ pertinet ad conditio-
nem corporis glorioſi. Et ſicut Aug̃. dicit
ad Oroſium. Clarificata carne dn̄s reſurre-
xit ſed noluit in ea claritate diſcipulis ſuis
apparere. quia non poſſent oculis talem cla-
ritatem perſpicere. Si em̄ anteq̄ꝫ moreret̄
pro nobis ⁊ reſurgeret: q̄n transfiguratꝰ eſt
in monte: diſcipuli ſui eum videre non po-
tuerunt. quāto magis clarificata carne dn̄i
eū videre nequiſſent. Eſt etiā cōſiderādū
ꝙ poſt reſurrectionē dn̄s hoc precipue vole-
bat oſtendere: ꝙ idē ipſe eſſet q̄ mortuꝰ fue-
rat. Qd̄ mlt̄ū poterat impediri. ſi eis ſui cor-
poris claritatē oñderet. Nam īmutatio q̄ fit
ſm̄ aſpectū: maxime oñdit diuerſitatē eius
qd̄ videt̄. Sed ante paſſionē ne infirmitatē
paſſionis eiꝰ diſcipuli deſpicerēt: maxime in-
tēdebat xp̄s eis gl'iaꝫ maieſtatꝭ ſue oñdere
quā maxime demōſtrat claritas corꝑis. ⁊ iō
ante paſſionē ſuā gl'iam p̄monſtrauit diſci-
pulis ꝑ claritatē. poſt reſurrectionē aūt per
alia indicia. Quarto apparuit diſcipulis
cū quibꝰ erat etiā thomas. vt dr̄ Joh̄. xx. Cui
dn̄s dixit. Infer digitū tuū huc. ⁊ vide manꝰ
meas: ⁊ affer manū tuā ⁊ mitte in latꝰ meū
Nā illa apertura vulnerū ꝙuis ſit cuꝫ q̄dā ſo-
lutiōe ꝯtinuitatꝭ. totū tn̄ hoc reputat̄ ⁊ recō-
penſat̄ ꝑ maiorē decorē glorie: vt corpꝰ non
ſit minꝰ integrū: ſ3 magꝭ ꝑfectū. Thomas au-
tem nō ſolū vidit: ſ3 vulnera tetigit q2 vt di-
cit Leo papa. Suffecit ſibi ad fidē ꝓpriā vi-
diſſe qd̄ viderat: ſ3 nobis operatꝰ eſt vt tan-
geret quē videbat.

Decimo iuuenem ſedētē
in dextris viderūt iudei. inter quos eſt q̄dru-
plex differentia. Priō apparuit vniuerſis
diſcipulis ⁊ fratribus de quibus Paulꝰ me-
minit dicēs. Deinde apparuit pluſq̄ꝫ quin-
gentis fratribus ſimul. ⁊ iſtis cuꝫ multa po-
teſtate oſtenſioneꝫ ſui fecit: prebens ſe eis
viuentē poſt paſſionē in ſignis multis. vt di-
cit Euſebius. Secundo apparuit Jacobo
alphei. Nam vt dicit Joſephus ⁊ Hierony-
mus. lib. de viris illuſtribus. Jacobꝰ in pa-
raſceue mortuo dn̄o: votum vouit ſe nō cō-
eſturuꝫ donec videret dn̄m a mortuis ſurre-
xiſſe. In ip̄a aūt die reſurrectōis cū vſq3 ad
illā diē Jacobꝰ nihil guſtaſſet. eidē dn̄s ap-
paruit ac eis q̄ cū eo erāt: dixit. Ponite mē-
ſam ⁊ panem. Deinde dn̄s panem accipiēs
benedixit ⁊ dedit iacobo iuſto. dicēs. Surge
frater mi comede: quia filius homīs a mor-
tuis reſurrexit. Unde. ij. Cor. xv. dr̄. Dein-
de viſus eſt iacobo. Tertio apparuit Jo-
ſeph. ſicut legitur in euangelio Nycodemi.
Nam cum audiſſent iudei ꝙ ioſeph corpus
xp̄i a pylato petiuiſſet: ⁊ ip̄m in monumen-
to ſuo poſuiſſet. indignati aduerſus eum:

ipſum ceperunt: ⁊ in quodã cubiculo diligẽ
ter clauſo ⁊ ſigillato recluſerũt. poſt ſabba-
tum eũ occidere volẽtes. Ecce ieſus in ipſa
nocte reſurrectõis: ſuſpenſa domo a quattu
or angulis ad eũ intrauit: ⁊ faciẽ ei⁹ exterſit
⁊ oſculũ dedit. ⁊ inde ſaluis ſigillis eũ edu
cens in domũ ſuã in arimathiã ipm̃ addu
xit. Quarto apparuit Paulo. ſicut ipſe dic
ij. Cor. xv. Xp̃s reſurrexit tertia die. nouiſſi
me oĩm tanq̃ abortiuo viſus ẽ ⁊ mihi. Ego
enĩ non ſum dignus ⁊c.

Undecimo iuuenẽ ſeden
tem in dextris viderunt luminaria. Unde
Amb. dicit. Ex reſurrectõe xp̃i aer ſalubrior
ſol cãdidior. terra fecũdior facta ẽ. Et Ma-
ximus in ſermone dicit. In reſurrectõe xp̃i
elemẽta oĩa gloriant̃. Nam ⁊ ſolem ipm̃
arbitror in hac die ſolito clariorẽ. Neceſſe ẽ
enĩ vt ſol in ei⁹ reſurrectiõe gaudeat: in cui⁹
paſſione condoluit. Aug. in ſermone dicit.
Hodie tota creatura letatur. Gaudet ita q̃
celũ: q: videt iam diu pc̃tis ſordidã terram
dñi cruore purgatã. Gaudet multitudo ce-
leſtis exercit⁹ q: conflictu regis ſui oĩs ini-
mici p̃ncipis debellata eſt militia. Gaudet
ſol q: lugubres illas tenebras q̃s dño mo-
riente ptulerat letiorib⁹ ⁊ perpetua gratula
tione compenſat. Et pš. Hec dies quã fecit
dñs exultem⁹ ⁊ letemur in ea.

Duodecimo iuuenẽ ſedẽ
tem in dextris viderũt mixta. Unde Aug.
libro de verbis dñi dicit ſic. Cum non appa
reat ſemen ignis adhibes lapillũ ⁊ modicũ
ferri. ⁊ excutis de viſcerib⁹ lapilli quantum
opus eſt ignis. Videm⁹ hyemis aduentu
arbores ſpoliari pomis. nudari folijs. ſ; eas
rurſus verno tẽpore ſpẽm exp̃mere reſurre
ctionis. Certe herba q̃ viuit ⁊ morit̃: rurſus
reuiuiſcit ex ſemine. Cum mortuũ fuerit tri
ticũ terre mandatũ fecundũ reſurgit. Quid
de fenice aue arabie dicem⁹: Hec enĩ xp̃m
reſurrexiſſe predicãt. ⁊ nos poſt mortẽ ſuſci
tandos annũciant. per ieſum xp̃m qui reſur
gens a mortuis viuit cum deo patre ⁊ ſpũ
ſancto per eterna ſecula. Amen.

In feſto ſancti Ambroſij ar
chiepiſcopi Sermo. xxv.

Inextinguibile eſt
lumen illi⁹. Sap. vij. ⁊ in ep̃la
p̃ſentis ſolẽnitatis. Beat⁹ Aug.
lib. xx. de ciui. dei. ca. ix. dic. ſic. Qui nõ ſũt in-
uenti in libro vite ſcripti miſſi ſũt in ſtagnũ
ignis. Liber iſte predeſtinationẽ ſignificat
eoꝝ quib⁹ dabit̃ vita. neq; enĩ neſcit eos de⁹
⁊ in hoc libro legit vt ſciat. ſed poti⁹ ipſa ei⁹
preſciẽtia que falli non põt: liber eſt vite in
quo ſcripti ſunt q̃ ante ad vitã predeſtinati
ſunt. hec ille. Sup quo talẽ moueo queſtio
nem. Utrũ bt̃i ambroſij ſapiẽtia infallibilis
fuerit de libro vite inextinguibilis. Ad iſtã
queſtionẽ rñdent duo doctores noui teſta-
menti. Prim⁹ eſt beatus Aug. ſup pš. lx.
ſermone. ij. dicẽs ſic. Deleant̃ de libro viuen
tium. nõ ſic accipe debem⁹ q̃ illic aliq̃ſ ſcri
pti erant. Abſit. quicq̃d ſcripſit de⁹ in libro vi
te: nõ delet illud. Si enĩ hõ dixit. Qđ ſcpſi
ſcripſi de titulo vbi erat ſcriptũ. Rex iudeo
rum. deus quẽq̃ ſcribet ⁊ delebit: Preſcius
enĩ predeſtinauit ante mũdi cõſtitutionem
oẽs regnaturos cũ filio ſuo in vita eterna.
Hos ſcripſit. hos cõtinet liber vite. hec ille.
Secũdus eſt ſanct⁹ Tho. i. parte. q. xxiiij.
arti. iij. dicens ſic. Illi q̃ ſunt ordinati ad ha
bendũ vitã etnã ex p̃deſtinatõe diuina: ſũt
ſimplicit̃ ſcp̃ti in libro vite. q: ſunt ibi ſcripti
vt habituri vitã eternã in ſeipa. ⁊ iſti nunq̃
delent̃ de libro vite. hec Tho. Sciendũ q̃
liber vite accipit̃ ſex modis. Primo p̃ pre
deſtinatõne. Nam liber vite in deo dr̃ meta
phorice ſm̃ ſimilitudinẽ a reb⁹ hũanis acce
ptam. Eſt enĩ apđ hoĩes ꝯſuetũ q̃ illi q̃ ad
aliq̃d eligunt̃ cõſcribunt̃ in libro: vtpote mi
lites vel ꝯſiliarij q̃ olim dicebant̃ patres cõ
ſcripti. Oẽs aũt p̃deſtinati eligunt̃ ad vitã
eternã habendã ab ipo deo. Iſta ḡ p̃deſti
natoꝝ cõſcriptio dr̃ liber vite. Dicit̃ aũt me
taphorice aliq̃d cõſcp̃tũ in intellectu alicui⁹
qđ firmit̃ in memoria tenet. ſm̃ illđ Prou.
iij. Ne obliuiſcaris legis mee: ⁊ p̃cepta mea
cor tuũ cuſtodiat: ⁊ poſt pauca. deſcribe ea i
tabulis cordis tui. Nã ⁊ in libris materiali-
bus aliq̃d cõſcribit̃ ad ſuccurrendũ memo-
rie. vñ ipa dei noticia q̃ firmit̃ tenet ſe aliq̃s
p̃deſtinaſſe ad vitã etnã: dr̃ liber vite. Nam
ſicut ſcriptura libri ẽ ſignũ eoꝝ q̃ ſienda ſunt
ita dei noticia ẽ ſignũ quoddã apđ ipm̃ eo
rum q̃ p̃ducẽdi ſunt ad vitã. ſm̃ illđ. ij. Thi.
ij. Firmũ fundamentũ dei ſtat habẽs ſigna
culũ hoc. Nouit dñs q̃ ſunt ei⁹. Et glo. ſup il
lud pš. Deleant̃ de libro viuẽtiũ. dic. Liber
iſte ẽ noticia dei q̃ predeſtinauit ad vitã q̃s
p̃ſciuit. Secũdo accipit̃ liber vite p̃ ſacra
ſcp̃tura. Nã liber vite h̃ modo ſumit̃ p̃ con-

ſcriptiõe coꝝ q̄ ducũt in vitã. vt euãgelioꝝ.
Et ſic nouũ ⁊ vetꝰ teſtm̃ dr̃ liber vite. Dici
tur eñ Eccl'i. xxiiij. Hec oĩa liber vite. glo. i.
nouũ ⁊ vetꝰ teſtm̃. Baruch. iiij. Hic ē liber
mandatoꝝ dei. Deut. xxxi. Tollite libellu
iſtum ⁊ ponite eũ in latere arche federis ⁊c̃.
Tertio ꝑ notitia meritoꝝ ⁊ demeritoꝝ. Vñ
Aug. lib. xx. de ciui. dei dicit ꝙ liber vite eſt
quedã vis diuina qua fiet vt cuiqȝ opa ſua
bona vl' mala in memoriã reducant̃. Et ſic
ꝯſcriptio iã factorũ dr̃ liber vite ſic̃ et̃ liber
militie dici põt. vel in q̄ ſcribuntur electi ad
militiã. vel in quo tradit̃ ars militaris. vel
in quo recitant̃ facta militũ. Vñ Dañ. vij.
dr̃. Judiciũ ſedit ⁊ libri apti ſunt. Quarto
ꝓ fama ſctĩtatis. Eſt eñ ꝯſuetũ in ſcriptu-
ra vt q̇d dicat̃ fieri qñ innoteſcit. ⁊ ſm̃ hoc
aliq̇ dicunt̃ eſſe ſcripti in libro vite inq̃ntũ
hoĩes opinant̃ eos ibi ſcriptos ꝓpt̃ p̄ñtez
iuſticiã quã in eis vidẽt. Job. xxxi. Librum
ſcribit ipſe q̇ iudicat ⁊c̃. Quinto ꝑ grã. Nã
vita grẽ nõ hȝ rõnez finis: ſȝ rõnẽ eiꝰ q̇ eſt
ad finẽ. vñ ad vitã grẽ nõ dr̃ aliq̇s eligi ni-
ſi inq̃ntũ vita grẽ ordinat̃ ad gl'iam. ⁊ pro
pter hoc illi q̇ hñt grãz ⁊ deciduñt a gl'ia nõ
dicunt̃ eſſe electi ſimpl'r: ſȝ ſm̃ q̇d. put. ſ. de
eis in ordinatiõe ⁊ notitia diuina exiſtit ꝙ
ſunt habituri aliquẽ ordinẽ ad vitã eternã
ſm̃ ꝑticipationẽ grẽ. pſ̃. In libro tuo oẽs
ſcribent̃. Sexto ꝑ ordinatiõe in vitã eternã
Nã liber gl'ie importat ꝯſcriptionẽ quandã
ſiue notitiã electoꝝ ad vitã. Eligit̃ aũt ali-
q̇s ad id q̇ nõ cõpetit ſibi ſm̃ ſuã naturã
⁊ iterũ id ad q̇ eligit̃ aliq̇s hȝ rõnez finis
Nõ eñ miles eligit̃ aut cõſcribit̃ ad hoc ꝙ
armet̃: ſȝ vt pugnet. q̇ eſt ꝓpriũ officium
ad q̇ militia ordinat̃. Finis aũt ſupra na-
turã exñs eſt vita gl'ie. Vñ ꝓprie liber vite
eſt vita gl'ie. Eodẽ mõ q̇s põt deleri de libro
vite ſex modis oppoſitis. Pͥo ꝓpt̃ pctm̃
Exo. xxxij. Qui peccauerit delebo eũ d̃ libro
meo. Figura diluuij Geñ. vi. Scdo ꝓpt̃ le-
gis trãſgreſſionẽ. Figura de moyſe q̇ ꝓpter
ydolatriã ppl'i fregit tabulas legis. Exod.
xxxij. Tertio ꝓpt̃ ꝯdẽnationẽ q² notitiã p̄-
teritoꝝ meritoꝝ non hñt ad gl'iam. pſ̃. No
men coꝝ delesti in eternũ ⁊ in ſeculũ ſeculi.
Quarto ꝓpt̃ diffamationẽ. ſ. qñ appet vel
in h̊ ſeculo vel in futuro ꝙ ab hac vita gl'ie
decidunt̃. pſ̃. Ut lutũ platearũ delebo eos.
Quinto ꝓpt̃ deſperationẽ. Nã aliq̇ eligunt̃
ad vitã gratie ⁊ non ad vitã glorie. vt patȝ
per illud quod dicitur Job. xvi. Nonne ego
elegi vos duodecim: ⁊ vnꝰ ex vobis dyabo
lus eſt. Sexto vt ab ordinatione diuina q̇s
nõ deleat̃ agat feliciter ⁊ virtuoſe ⁊ ꝑſeue-
ret. q² nõ deleri de libro vite ponit̃ inter pre
mia iuſtorũ. ſm̃ illud Apoc. iij. Qui vicerit
ſic veſtiet̃ veſtimẽtis albis: ⁊ nõ delebo no
men eiꝰ de libro vite. Eſt eñ liber vite con-
ſcriptio ordinatoꝝ in vitã eternã ad quam
ordinat̃ aliq̇s ex duobus. ſ. ex predeſtinati
one diuina. ⁊ hec ordinatio nunq̃ deficiet.
q² vt dicit Aug. xx. lib. de ciui. dei. Preſcia
dei que falli nõ põt liber vite eſt. Et ex grã.
quicũqȝ eñ hȝ grãm ex hoc ipõ dignus eſt
vita eterna. ⁊ hec ordinatio deficit interdũ:
q² aliqui ordinati ſunt ex gratia habita ad
habendũ vitã eternã ex predeſtinatione di
uina: a qua tñ deficiunt ꝑ pctm̃ mortale. ⁊
tales qui ſic ordinati ſunt ad habendũ vitã
eternã nõ ex predeſtinatiõe diuina: ſȝ ſolũ
ex grã dicuntur eſſe ſcripti in libro vite nõ
ſimpl'r: ſȝ ſm̃ q̇d. q² ſunt ibi ſcripti vt habi-
turi vitã eternã. nõ in ſeipſa: ſȝ in ſua cã. ſ.
ſi ꝑſeuerabũt in grã. ⁊ tales poſſunt deleri
de libro vite vt deletio nõ referat̃ ad notitiã
dei. quaſi deus aliq̇d prius preſciat ⁊ poſtea
neſciat. Sed ad rem ſcitã. quaſi. ſ. deus ali-
quẽ ſciat prius ordinari in vitam eternã. ⁊
poſtea nõ ordinari cũ deficit a gratia. Quia
vero liber vite eſt notitia p̄deſtinatiõis: ⁊
p̄deſtinatio nõ reſpicit vitã glorie niſi ſm̃
ꝙ ordinat̃ ad gloriã. Non eñ ſunt ſimpl'r
p̄deſtinati qui hñt grãm ⁊ deficiũt a gl'ia.
Illi ergo ſunt ſimpl'r ſcripti in libro vite q̇
habent gratiã in p̄ſenti ⁊ gloriã in futuro.
In quoꝝ numero ponitur beatus Ambro
ſius. Ideo dicit̃ ꝙ inextinguibile eſt lumẽ
illius. ſ. quantũ ad predeſtinationẽ ⁊ con-
ſcriptionẽ eius in libro vite. ſ. eterne glorie.
pſ̃. Quoniam apud te eſt fons vite: ⁊ in lu
mine tuo videbimꝰ lumẽ. ſ. eterne felicitat̃.

Inextinguibile eſt lumen illius
Imitatione diuinali.
Probatione naturali.
Proteſtatione morali.
Fruitione ſempiternali.

Primo inextinguibile ē lumen beati ambroſij in imitatione diuina
li. Si eñ cõparemus vitam eius famoſio-
ribus viris qui fuerũt in lege dei ſuper oẽs
eſt precipuus. Primus eſt Abel qui floruit
virtute pudicicie ⁊ virginitatis. Vñ Aug.
libro primo de mirabilibus ſacre ſcripture

dicit. Juſticia triplex in abel fuit. Pria vir ginitas nõ generãdo. Secunda ſacerdotiũ munera placita deo offerendo. Tertia mar tyriũ fideliter moriẽdo. Btũs Amb. virgi nitatẽ ꝑpetuã cuſtodiuit. Nã Hiero. refert ipm dixiſſe. Uirginitatẽ nõ ſolũ efferimus ſed cuſtodimus. Cuius quattuoꝛ fuerunt ſi gna. Primũ qꝛ de virginitate libẽter diſſe ruit. Math. xij. Bon' hõ de bono theſauro cordis ſui pꝛofert bona. Secũdũ qꝛ virgini tatẽ mirabiliter cõmendauit. Eriſo. Cũ au dis aliquẽ de deo loquentẽ intellige ꝙ coꝛ il lius amoꝛe dei repletũ ẽ. Qui libidinis the ſaurũ hꝫ in coꝛde: de puellis dicere delectat ⁊ audire. Tertiũ qꝛ de virginitate libros cõ poſuit in qb' animat ⁊ hoꝛtat alios ad vir ginitatẽ. i. Coꝛ. vij. De virginib' preceptuꝫ dñi nõ habeo: ꝯſiliũ aũt do. Quartũ qꝛ ali quid indecoꝝ dicere vel audire erubuit. vñ ipſe ait in libꝛo de officijs. Nõ ſolũ aũt hec ab oculis abſcondam': ve rũetiã eoꝝ indi cia vſuſqꝫ mẽbroꝝ ſuis appellationib' nũ cupare indecoꝝ putem'. In his eñ ſuper greſſus eſt abel. Jdeo inextinguibile eſt lu men illius. Scõs eſt Abrahã q̃ floꝛuit vir tute fidei. Nã credidit abrahã deo ⁊ reputa tũ eſt ei ad iuſticiã. Btũs Ambꝛo. fidẽ xpi acerrime defendit. Uñ ipſe ait cũ impatoꝛ peteret baſilicã: vt habetur. xxiij q. viij. c. cõ uenioꝛ. dicit. Prius eſt vt aĩaꝫ mihi qꝫ fidẽ auferat. vñ de ipo põt dici illud Cant. iiij. Fauus diſtillans labia tua. Eius fidei qt tuoꝛ fuerũt ſigna. Primũ hereticos coercẽ do. vt pꝫ de illo q̃ pulſus eſt in exiliũ credẽs placere Juſtine impatrici ſi citius raptum ambꝛo. in exiliũ deportaret. Secũdũ hereti cos miraculis ꝯuertendo. vt pꝫ de illo acer rimo diſputatoꝛe heretico qui cum vidiſſet angelũ loquentẽ ad aures ambꝛoſij ſtatim ꝯuerſus eſt. Tertiũ hereticos ſua doctrina ad fidẽ catholicã reducendo. vt pꝫ de beato Aug. quẽ ſuis ꝑdicatiõib' ad fidẽ reduxit. Quartũ demones fugando ⁊ exterrẽdo. vt pꝫ de demoniaco igrediẽte mediolanũ quẽ demon dimiſit: egredientẽ inuaſit. Jnterro gatus de hoc demon ait. Ambꝛoſiuꝫ timui. Tertius eſt Moyſes qui floꝛuit v̾tute pie tatis. Nã compatiens populo ydolatranti cũ lachꝛymis oꝛauit dominuꝫ dicens. Aut dele me de libꝛo tuo in quem me ſcripſiſti: aut parce huic populo. Beatus Ambroſi' ardebat igne charitatis. ps. Jnflammatuꝫ eſt coꝛ meum. propter quam commoueba

tur ad lachꝛymas. q̃rũ in eo fuerunt quat tuoꝛ genera. Primuꝫ lachꝛyme oꝛationis. quoniã feruoꝛe coꝛdis accenſus cũ lachꝛy mis oꝛabat dñm. vñ vt habet. xxiij. q. viij. c. nõ pila. Jpſe de ſeipſo ait. Nõ pila q̃runt ferrea: non arma xpi milites coactus repu gnare non noui: ſed doloꝛ fletus oꝛationes lachꝛyme fuerũt mihi arma aduerſus mi lites. Talia eñ ſunt munimẽta ſacerdotis Aliter nec debeo nec poſſuꝫ reſiſtere. Secũ dum lachꝛyme deuotiõis ꝓ eternis deſide rijs. Cũ eñ ei alicui' ſctĩ ſacerdotis vel epi obitus nũciabatur ſic amariſſime flebat vt vix cõſolari valeret. Cũ aũt interrogaretur cur viros ſctõs qui ad gl'iam ꝓficiſcebãtur ſic fleret: aiebat. Ne putetis me flere qꝛ re ceſſerint: ſꝫ qꝛ me ꝓceſſerint. ⁊ qꝛ difficile in uenietur q̃ tã dign' ei' officio habeat. Ter tium lachꝛyme doloꝛis ꝓ alienis pctĩs. Nã cũ aliqs lapſum ſibi cõfitebat ſic amariſſi me flebat ꝙ illũ flere ſil'r cõpellebat. Quar tũ lachꝛyme cõpaſſionis ꝓ alioꝝ iniurijs. vñ vt habet. xxiij. q. viij. c. cõuenioꝛ. dicit de ſeipſo. Adũſus arma milites: gothos q̃qꝫ lachꝛyme mee mea arma ſunt. Quartus ẽ Aaron qui floꝛuit virtute honeſtatis. pꝛo pter quã meruit dignitatẽ ſacerdotij. Eccl. xlv. Excelſum fecit Aaron fratrẽ eius: ſta tuit ei teſtamẽtũ eternũ ⁊ dedit illi ſacerdo tiũ magnũ ⁊ beatificauit illũ in gloꝛia. Be atus Amb. fuit tante honeſtatis ⁊ ſanctita tis in vita vt mereret eligi ad ſtatũ ꝑlatio nis in eccl'ia dei. Juxta illud Eſa. lij. Ecce in telliget ſeru' me' ⁊ exaltabit ⁊ eleuabitur ⁊ ſublimis erit valde. Cui' electio cõmendat a quattuoꝛ. Primo qꝛ fuit a deo inſpirata. Nã vox miraculoſe inſonuit dicẽs. Ambꝛo ſiũ epm cũ inter arrianos ⁊ catholicos eẽt diſcoꝛdia qs deberet eligi in epm Medio lañ. Heb. v. Nemo aſſumat ſibi ſacerdotij honoꝛeꝫ niſi q̃ vocatur a deo tanq̃ aaron. Scõo qꝛ fuit a deo certificata. Nã terra ſu per quã ſtabat btũs amb. cũ ſup oẽs leua uit vt dic' Ray. in ſum. li. iij. rubꝛica de neo phitis. §. xiiij. in fine. Tertio qꝛ fuit ab ele ctoꝛib' vnanimiter celebꝛata. Nã cũ in diſ coꝛdia multa eſſent ptĩn' in ambꝛoſiũ con ſenſerunt. Quarto qꝛ fuit a ſupioꝛi cũ gau dio cõfirmata. Nã cũ miſſa eſſet relatio ad clementiſſimũ impatoꝛẽ Ualẽtinianũ ſum mo gaudio accepit ꝙ iudices a ſe directi ad ſacerdotiũ peteret. ⁊ ſic eius electio fuit cõfirmata. Quintus eſt Dauid qui floꝛuit

virtute humilitatis. vt pȝ. ij. Reg. vi. Bea-
tus Amb. fuit tante humilitatis ꝙ non ſo
lum fugit ne poſſet inueniri: ſ; etiā tria ſe ha
bere ſimulauit q̄ ſunt prelatiōis officio ini-
mica. ſ. crudelitatē. Nā tribunal cōſcendit ⁊
ↄtra ↄſuetudinē ſuā tormenta pſonis ad-
hiberi iuſſit. Eccli. iiij. Noli eſſe ſicut leo in
domo tua. Scōo phicaȝ vanitatē. Nā phi-
loſophiā pfiteri voluit. i. Coꝝ. xij. Loquimur
nō in doctis humane ſapīe verbis. Tertio
infamiā ⁊ inhoneſtatē. Nā publicas mulie
res publice ad ſe venire feċ vt ex hoc a ſua
intentiōe ppl'm reuocaret. i. Thi. i. Opoꝛtȝ
epm̄ irreprehenſibilē eſſe. Sext⁹ fuit Salo-
mon q̄ floꝛuit virtute ſapīe ⁊ claritatꝭ. Nā
fuit vir plenus ſapīa. vt pȝ Sap. vij. Btūs
Amb. maximaȝ habuit ſapiam: qd̄ appet
ex q̄ttuoꝛ. Primo: qꝛ cuȝ rome tradit⁹ eſſet
artib⁹ liberalib⁹: ad plenū erudit⁹ eſt. Pro-
uerb. xiiij. Accept⁹ eſt regi miſter intelligēs.
Scōo qꝛ ei⁹ ſapīa fuit pfunda. vn̄ Hiero.
de viris illuſtrib⁹ dicit ſic de eo. Ambroſius
ſup pfundoꝝ pēnas rapt⁹: ⁊ acris volucer
q̄ȝdiu in pfundū ingredit̄ fructū de alto car
pere videt̄. Tertio qꝛ ei⁹ doctrina fuit pla-
cens ⁊ pulchra. Vn̄ Aug. lib. de nuptijs ⁊
ↄcupīa diċ. Pelagi⁹ hereſiarcha ſic laudat
ambroſiū vt dicat btūs ambroſi⁹ epſ in cu
ius p̄cipue libris romana lucet fides quaſi
ſcriptoꝝ inter latinos flos quidē emicuit.
Quarto qꝛ eius doctrina fuit dei laude ⁊ fi
de plena. Vn̄ Hiero. dicit de eo. Eius oēs
ſnīe fidei ⁊ eccl'ie ⁊ oīm virtutū firme ſunt
colūne. Et Aug. lib. ↄfeſ. diċ ꝙ cū Juſtina
beatū amb. cū ppl'o catholico intra eccl'iaȝ
ↄduxiſſet: ip̄e īſtituit hymnos ⁊ pſalmos
decātari ne ppl's meroꝛis tedio ↄtabeſceret
Septim⁹ fuit Helyas q̄ floꝛuit virtute ab-
ſtinentie ⁊ pcitatis. vt pȝ. iij. Reg. xix. qui
ieiunauit. xl. dieb⁹ ⁊. xl. noctib⁹. Btūs am-
bro. tāte abſtinētie fuit ꝙ q̄tidie niſi ī ſab-
bato ⁊ die dn̄ica ⁊ feſtis precipuis ieiuna-
bat. vn̄ lib. xi. eccl'i. hyſtoꝛie dr̄ de eo. Aduer
ſus regine furoꝛem nō ſe manu defenſabat
aut telo: ſ; ieiunijs ⁊ ↄtinuatꝭ vigilijs ſub al
tari poſit⁹ p obſecratiōes defenſoꝛē ſibi atq;
eccl'ie deū pabat. hec ibi. Siċ etiā Helyas fe
cit fugiēs a facie Jezabel vxoꝛis regꝭ achab
vt pȝ. iij. Reg. xix. Ecce quō inextinguibi-
le eſt lumen ſanctitatis ⁊ virtutꝭ beati am-
broſij in imitatione diuinali.

Secundo inextinguibile

eſt lumen ſanctitatis beati ambroſij in pro
batione naturali. Nam ſi compararemus vir
tutes eius phis naturalibus ipſe ſuperex-
cedit eos multipliciter. Primus eſt Dyoge
nes qui cōmendatur de veritate. de quo ait
Valerius lib. iiij. c. iij. Cū Syracuſis cū ole
ra lauanti ariſtippus dixiſſet. Si Dyoniſio
adulari velles: iſta non ederes. immo inq̄t
Si tu iſta edere velles: dyoniſio non adu-
lareris. Beatus ambroſius conſtans fuit
in defenſiōe catholice veritatis. Vn̄ lib. xi.
eccl'i. hyſtoꝛie dr̄ ꝙ Juſtina mr̄ Valētinia
ni imparatoꝛis arriane hereſeos alumna cō-
turbare cepit eccleſiarū ſtatū cōminari ſa-
cerdotib⁹ depulſiōe ⁊ exilio niſi ariminēſis
ↄcilij decreta reuocarent. Quo bello eccl'ie
murū ⁊ turrim validiſſimam pulſabat am
broſiū. Secundus fuit Socrates q̄ floꝛuit
moꝛalitate. de quo dicit Valeri⁹ lib. iij. c. iiij.
Socrates nō ſolū hoīm cōſenſu: verūetiā
Apollinis oꝛaculo: ſapientiſſimus iudicat⁹
eſt. Qui primus animum ſuum in intima
conditiōis humane ⁊ in receſſu pectoꝛis re
poſitos affectus ſcrutari coegit. Btūs am-
broſius moꝛes hoīm infoꝛmabat. Nā inter
cetera docuit btm̄ Aug. tria ad moꝛes ſpe-
ctantia. Primo ne cuiq; vxoꝛem peteret. ne
ſcȝ poſtmodū ipi inter ſe male conueniant
⁊ ſibi maledicant. Scōo ne aliquibus mili
tiam exercere cōſuleret ne ipſi calumniam
⁊ rapinaȝ exerceant. Tertio ne ad cōuiuia
inuitatus accederet: ne ibi tēperātie modū
perdat. Etiā ſe exemplū bonoꝝ operū om-
nibus exhibebat. Ad Thitū. ij. In oīb⁹ te-
ipm̄ p̄be exēplū bonoꝝ. Terti⁹ fuit Plato
qui floꝛuit ſmonis venuſtate. de quo dicit
Valeri⁹ li. i. c. iiij. ꝙ doꝛmiētis in cunis par
uuli labellis apes mel inſeruere. qua re au-
dita pdigioꝛuȝ interp̄tes ſingularē eloquij
ſuauitatē oꝛe ei⁹ emanaturā dixerūt. Bea-
tus amb. altioꝛi pdigio dotat⁹ eſt. Cū eniȝ
adhuc eſſet infans ⁊ doꝛmiret examē apū
os ei⁹ ⁊ faciē ſic cōpleuit vt q̄ſi in alueolum
ſuū intrarēt pariter ⁊ exirēt. Judiċ. xiiij. Exa
mē apū in oꝛe ei⁹. Quart⁹ fuit Ariſtoteles
qui floꝛuit ingenij ſubtilitate. Nā plures li-
bros naturalis ⁊ moꝛalis phie ad exercitā
da humana ingenia edidit ſubtiliſſimis rō
nibus ↄfirmās veritatē. Beatus Ambro.
quanta ſubtilitate intellectus fulſerit. Job
xxviij. teſtat̄ dicēs. Profunda fluuioꝝ ſcru
tat⁹ eſt. vtiles q̄q; libros edidit ad fidei fir
mitatē ⁊ ſalutꝭ hūane felicitatē; quos ſpiri-

tu ſancto dictante cōpleuit. Nā ſpiritus ſanctus ī ſpecie ignis ⁊ ī modū ſcuti ī os eiꝰ intrare viſus eſt. Quintus fuit Demoſtenes qui floruit cauſarū intelligibilitate. Nā liberauit mulierē ab infeſto petitore ſua prudētia. vt dicit Valeriꝰ lib. vij. c. iiij. de aſtutia. Beatꝰ Amb. rome litteris eruditus cū cauſas pretorij ſplendide ꝑoraret a Valētiniano imꝑatore. ſ. anno dn̄i. ccc. lxxxi ad regēdam liguriā emiliāqꝫ ꝓuincias directꝰ eſt. Sextus fuit Picthagoras q̇ floruit auctoritate. Nā vt dicit Valeriꝰ lib. viij. c. xvi. Picthagore tanta auctoritas ab auditoribus tributa eſt vt que ab eo acceperant in diſputationem ducere nephas eſtimarent. Qui etiā interpellati ad reddendaꝫ cām hoc reſpondebant ip̄m dixiſſe. Beatus Amb. magne fuit auctoritatis. Nā antiqui doctores ſicut Aug. verba ſua ꝓ grandi auctē habebant. Vn̄ Aug. ad Januariū. vt habeť di. xij. c. Jlla aūt. dicit ſic. Quia mater eiꝰ mirabatur ꝙ mediolani ſabbato nō ieiunabať ꝓpť qḋ Aug. interrogauit Amb. ⁊ Amb. ait. Cū romā venio ieiuno ſabbato. Sic ⁊ tu ad quā forte ecclīam veneris eius morem ſerua. ſi cuiqꝫ nō vis ſcandalū eſſe nec quēqꝫ tibi. Et ſubdit Aug. Ego de hac ſententia etiā atqꝫ etiā cogitans ita ſemꝑ habui tanqꝫ eā celeſti oraculo acceperim. Septimus fuit Anaxagoras q̇ floruit ſtudioſitate. Nā vt dicit Valeriꝰ lib. viij. c. vij. Diutina ꝑegrinatiōe ꝓpter philoſophie ſtudiū completa domū rediens deſertis poſſeſſionibus ait. Nō eſſem ego inquit ſaluus niſi iſta perijſſent. Btūs Amb. cū auariciaꝫ in hoībꝰ creſcere ɔſpiceret ⁊ maxime in his q̇ erāt in p̄latibꝰ ɔſtituti apud quos oīa p̄cio vendebanť. necnō ⁊ in his qui erāt ſacris myſterijs deputati vehemēter ingemuit: ⁊ ſe de huiꝰ ſeculi erūna liberari inſtantiꝰ exorauit. Sciebat eñi ꝙ ſtatꝰ diuitiarū eſt valde p̄iculoſus ⁊ in hoc ſeclō ⁊ in futuro. quē vehemēter fugiebat dubitās ne cū diuitibꝰ cohabitās irā dn̄i incurreret. vt patꝫ de illo diuite hoſpite in Tuſcia a quo cum receſſiſſet a terra ſubito abſorptus eſt.

Tertio inextinguibile eſt

lumen beati Ambroſij in proteſtatiōe morali. Naꝫ ſi geſta eius comparentur ad mores antiquorum: precipuus inter eos inuenietur multipliciter. Primus fuit Valeriꝰ publicola qui floruit paupertate. Nam vt dicit Valeriꝰ libro. iiij. c. iiij. Jſte finito regio imperio initium conſolatus accepit: ⁊ tres conſulatus acceptiſſime rexit. ⁊ tante fuit paupertatis ꝙ patrimonium eius ad impēſas exequiarū defecit. Beatus Ambroſius maxime fuit liberalitatis: cū omnia que habebat pauꝑibus erogaret. Unde refert de ſeipſo ꝙ imperatori petenti baſilicam ſicre ſpondit. vt habetur. xxiij. q. viij. c. conuenior dicēs. Si a me peteret quod meum eſſꝫ. id eſt fundum meum: argentum: ⁊ huiuſmodi meum: non refragaturuꝫ reſpondi. ꝙꝙ omnia que mea ſunt pauperū ſint. hec ibi. Secundus fuit Catho vticenſis: qui floruit rigiditate vt dicit Boetius libro p̄mo de cōſolatione. ⁊ Saluſtius in Catilinario. Nā vicia hominum rigide expugnabat ⁊ condemnabat. Beatus Ambroſius fuit rigidiſſimus in obiurgatione vicij ⁊ omnis iniquitatis. Unde legitur in hyſtoria tripertita ꝙ cum Theodoſius imperator quoſdaꝫ innocentes occidi mandaſſet: Ambroſius dure ip̄m redarguit ab introitu eccleſie ipꝫ ſuſpendit ⁊ publicam penitentiam eidē iniunxit. Titū. ij. Argue cum omni imperio. Tertius fuit Scipio naſica qui floruit conſilij salubritate. Nam cartaginem emulam romani imperij nolebat deſtrui ne romani prolaberentur ad vitia vt dicit Aug. lib. v. de ciui. dei. xxx. c. Etiam ludos ſcenicos ſuo conſilio abſtulit. vt dicit Valerius libro. ij. c. i. Beatus Ambroſius librum de officijs edidit in quo ea que ad bene beateqꝫ viuēdum attinent copioſe diſſeruit. etiā magno cōſilio vſus eſt: cū quendā flagitioſum tradidit ſathane in interitū carnis ne talia deinceps ꝑpetraret. Quartꝰ fuit Scipio affricanꝰ mīor q̇ floruit ſtrenuitate p̄cipue ɔtra Hānibalē in deuincēda carthagīe. Nō ei timuit exercitū copioſiſſimū affricanoꝝ. ſed grandi aīo ſe illi obiecit: quē deuicit. vt dicit Vale. li. iij. c. vij. Btūs Amb. fuit ſtrenuꝰ in defenſiōe ecclīaſtice libertaťꝭ. vn̄ vt dr̄. xxiij. q. viij. c. ɔuenior. Cū impator Valētinianꝰ quādā baſilicā vſurpare vellet: amb. ſic rn̄dit. Noli grauare te impator vt putes te in ea q̄ dei ſunt imꝑiale ius vllū hr̄e. Tributū ceſaris eſt: nō negeť. ecclīa dei eſt: ceſari vtiqꝫ nō doneť. hec ibi. Quintus fuit Paulus emilius q̇ floruit magnanimitate. optabat eñi vt aduerſa fortuna vim ſuā potius ī domū eiꝰ ɔuerteret vt ſic reſpublica ſalua fieret. Vn̄ ipſe ait vt Valerius refert lib. v.

cancellatis manibꝰ in modū crucis bn̄dixit
filios ioſeph.Decimo in yſaac q̄ portauit li
gna ꝓ ſui imolatiōe. Undecimo in naamā
q̄ ſuſpēſus eſt in cruce. Heſter.vi. Duodeci
mo in ſigno thau.vt habetur Exo.vij.

Sexto euacuatū eſt ſcan

dalū crucis xp̄i in xp̄i incarnatiōe.cuiꝰ ſub
limitas eſt q2 diuinitas aſſumpſit humani
tatē in vnitate perſonali vt de natura corru
pta ⁊ infirma aſſumeret qđ in tantā v̄tutē
⁊ dignitatē erat ꝓmouendū. profundū eſt
natura cū defectibꝰ aptis ad redemptionē.
Ad hoc em̄ filius dei carne aſſumpta venit
in mūdum vt pro pctō humani generis ſa‑
tiſfaceret. Unus aūt pro peccato alterius
ſatiſfacit dū penaꝫ peccato alteriꝰ debitā in
ſeipm̄ ſuſcipit. Huius aūt defectꝰ corporalis
ſcilꝫ mors:fames:⁊ ſitis:⁊ hmōi ſunt pena
peccati.quod eſt in mūdū per adā introdu
ctū.ſm̄ illud Roma.v. Per vnū hoīem pec
catū intrauit in mundū:⁊ per pctm̄ mors.
Ideo conueniens fuit ꝙ xp̄s huius penali
tates in ſua carne ſuſciperet vice noſtra.ſm̄
illud Eſa.liij. Uere languores noſtros ipſe
tulit. Dextrū eſt quia ſimul fuit viator ⁊ cō
prehenſor. Nā ante paſſionē ſm̄ mentē ple
ne videbat deū. ⁊ ſic habebat beatitudinē.
q̄ntū ad id quod eſt propriū anime.ſed q̄n‑
tū ad alia deerat ei beatitudo:quia ⁊ anima
eius erat paſſibilis:⁊ corpꝰ paſſibile ⁊ mor
tale. Jere.xiiij. Quaſi colonus futurꝰ es in
terra:⁊ quaſi viator declinans ad manēdū.
⁊ ideo ſimul erat comprehenſor inquantū
habebat beatitudinē anime propriam:⁊ ſi
mul viator inquantū tendebat in beatitu‑
dinem ſm̄ id quod ei de beatitudine deerat.
Siniſtrū eſt vnitas indiuiſibilis diuinitatꝭ
⁊ humanitatis. Unde Damaſcenus dicit
li.iij. Et ſi xp̄s mortuus eſt vt homo ⁊ ſan‑
cta eius anima ab incontaminato diuiſa ē
corpe. Sed diuinitas inſeparabilis abvtriſ
ꝙ permanſit ab anima dico ⁊ corpore.

Septimo mediatoris re

demptione euacuatum eſt ſcandalum cru‑
cis chriſti. Dicitur eniꝫ.i.Thimo.ij. Unus

eſt mediatoꝛ dei ⁊ hominū homo chꝛiſtus ieſus. Cuius ſublimitas eſt aſcenſio ipſius in celum. Marc. vlti. Dominus quidem ieſus poſtꝙ locutus eſt eis aſſumptus eſt in celū ⁊ ſedet a dextris dei. ꝓfundū eſt deſcēſus eiꝰ in ſepulchꝛū q̄tū ad corpꝰ: ⁊ in lymbū q̄ntū ad aīam. Math. xxvi. Mittēs hec mulier vnguentū hoc in coꝛpus meū ad ſepeliendū me fecit. Et pſ̄. Tollite poꝛtas pͥncipes vr̄as ⁊ eleuamini poꝛte eternales ⁊ ītroibit rex glīe. Dextrū eſt reſurrectio. Luce vlti. Opoꝛtebat xp̄m pati ⁊ reſurgere a moꝛtuis tertia die. Siniſtrū eſt paſſio vſq̄ ad moꝛtē. Unde Aug. lib. xiij de trini. dicit. Sanande noſtre miſerie ꝯueniētioꝛ modꝰ aliꝰ non fuit ꝙ ꝑ xp̄i paſſionem ⁊ moꝛtem.

Octauo euacuatum eſt

ſcandalū crucis xp̄i virtutuʒ moderatione. Pꝛimo per crucē intellectualē. cuiꝰ ſublimitas eſt ſapīa q̄ ꝯſiderat altiſſimas cauſas. vt dr̄. i. Macha. Uñ ꝯuenient iudicat ⁊ oꝛdinat de oībus: qꝛ iudiciū ꝑfectū ⁊ vl̄e haberi non pōt niſi ꝑ reſolutionē ad pꝛimas cāſ. ꝓfundū eſt ſcientia q̄ eſt de ꝯcluſiōibꝰ demonſtratis ex pͥncipijs. dextrū eſt intellectus q̇ eſt habitꝰ pꝛincipioꝝ ſḿ ſe ꝯſideratoꝝ. Siniſtrū eſt ꝯſiliū qđ ꝑficit rōneʒ pꝛacticā. Scđo ꝑ crucē moꝛalē. cuius ſublimitas eſt pꝛudētia q̄ ꝑficit rōneʒ. ꝓfundū eſt tꝑantia q̄ ꝑficit cōcupiſcibilitatē. dextrū eſt iuſticia q̄ ꝑficit volūtatē. ſiniſtrū eſt foꝛtitudo q̄ ꝑficit iraſcibilitateʒ. Tertio ꝑ crucem tranſfoꝛmalē ꝑ quā hō ſupꝛa rōnem extollitur. cuiꝰ ſublimitas eſt virtꝰ exēplaris ꝑ quā hō ad diuina ſe trahit q̄tū pōt. Mat. v. Eſtote perfecti ſicut pať vr̄ celeſtis perfectus eſt. Pꝛofundū eſt virtꝰ politica ꝑ quā viri boni reipublice ꝯſulūt: vꝛbeſq̄ tuētur. Dextrū eſt virtꝰ purgati animi q̄ terrenas cupiditates nō repꝛimit: ſȝ penitꝰ obliuiſcit̄ ⁊ poſſeſſiones nō vincit: ſȝ penitꝰ ignoꝛat. ſiniſtrū eſt virtꝰ purgatoꝛia q̄ quadā humanoꝝ fuga ſolū ſe ingerit diuinis. Uñ Aug. dicit li. xix. de ci. dei ꝙ ociū ſanctū q̄rit charitas veritatis: negociū iuſtū ſuſcipit neceſſitas charitatis. quā ſarcinā ſi nullus īponit ꝑcipiēde atq̄ intuēde vacandū eſt veritati. ſi aūt imponit̄ ſuſcipiēda eſt ꝓpter charitatis neceſſitatē. Quarto ꝑ crucē doctrinalē cuiꝰ ſublimitas ē ſpes q̄ ē ad caput crucifixi: qꝛ bn̄ ſꝑantiū ſupna expectatio eſt. ꝓfundū eſt ḡtuita gr̄a q̄ mēti occulte a deo infunditur. Dextrū eſt bona opa. ſiniſtrū eſt perſeuerātia in bono opere. vt Aug. dicit libꝛo de gratia veteris teſtamenti.

Nono euacuatū eſt ſcan

dalū crucis xp̄i petōꝝ recōciliatiōe. Pꝛimo ꝑ crucē vnitiuā. cuiꝰ ſublimitas eſt repatio ruine angelice. Col. i. Pacificās ꝑ ſanguinē cruc̄ eiꝰ ſiue q̄ in celis ſiue q̄ in terris ſūt. Pꝛofundū eſt liberatio ſctōꝝ patrū de lymbo. Zach. ix. Tu quoq̄ in ſanguine teſti tui emiſiſti vinctos de lacu in quo nō erat aq̄. dextrū eſt vocatio vtriuſq̄ ppl̄i. ſ. iudayci ⁊ gētilis. Criſo. em̄ dicit ꝙ xp̄s in cruce expāſis manibꝰ moꝛit̄ vt altera manu veterem ppl̄m: altera eos q̇ ī gētibꝰ ſunt trahat. ſiniſtrū eſt ꝯtinuatio redempti ppl̄i. Joh. xvij. Pr̄ ſctē ſerue eos in noīe tuo quos dediſti mihi vt ſint vnū ſicut ⁊ nos. Scđo per crucem iuſtificatiuā. ſ. pnīe. cuiꝰ ſublimitas eſt amoꝛ dei quē offendiſti. ꝓfundū ē doloꝛ ꝓ gr̄a quā amaſti. dextrū eſt timoꝛ moꝛtis ad quā curris. ſiniſtrū eſt hoꝛroꝛ pene ad quā trāſcurris. Tertio ꝑ crucē moꝛtificatiuam cuiꝰ ſublimitas eſt moꝛtificatio ꝓpꝛie volūtatis. Gal. ij. Uiuo ego iā non ego ſȝ viuit in me xp̄s. ꝓfundū immoꝛtificatio carnis. Gal. v. Qui aūt ſunt xp̄i carnē ſuā crucifixerūt cū vitijs ⁊ concupiſcētijs. dextrū eſt moꝛtificatio in mūdanis. Gal. vlti. Mihi mūdus crucifixꝰ eſt ⁊ ego mūdo. ſiniſtrū ē moꝛtificatio in naturalibꝰ. Apl̄s. Mihi viuere xp̄s eſt ⁊ moꝛi lucrū. Quarto ꝑ crucē gratificatiuā. ſcʒ ꝑ iuſtificationē impij. cuiꝰ ſublimitas eſt gratie infuſio. ꝓfundū eſt remiſſio culpe. dextrū eſt motus liberi arbitrij in deū ip̄m ſequēdo. ſiniſtrū eſt moťꝰ liberi arbitrij in pctm̄ ip̄m deteſtādo. pſ̄. Dixi cōfitebоꝛ aduſum me iniuſticiā meā dn̄o ⁊c̄.

Decimo euacuatum eſt

ſcandalū crucis ſpūali innouatiōe. Pꝛimo ꝑ crucē oꝛiginatiuā. cuiꝰ ſublimitas eſt natiuitas ſpūalis. Joh. iij. Niſi q̇s renatꝰ fuerit ex aq̄ ⁊ ſpūſctō nō pōt introire in regnū dei. Pꝛofundū eſt natiuitas coꝛpalis. Joh. iij. Nūq̇d pōt hō iterato introire in ventrē matris ſue ⁊ renaſci. dextrū eſt natiuitas ex matrimonio. Gen̄. ij. Creſcite ⁊ multiplicamini. ſiniſtruʒ eſt natiuitas ex adulterio. hi mōi fuerunt in patribus vn̄ eſt genealogia xp̄i. Math. i. Scđo ꝑ crucē ꝑegrinatiuā. cuius ſublimitas eſt poſſe nō peccare. ſ. in ſtatu in

nocentie.ꝓfundū eſt nō poſſe.ſ.ſub origina
li.dextrū ē nō poſſe peccare.ſ.in ſtatu gl'ie.ſi-
niſtrū ē poſſe peccare.ſ.in ſtatu grē.vt decla
rat mgr̄ lib.xi.ſniarum.Tertio per crucē re
ſtauratiuā cuiꝰ ſublimitas ē diuina inſpira
tio.Apoc.iij.Ego ſto ad hoſtiū ⁊ pulſo.Et
pſ̄.Audiā qd loquat̃ in me dn̄s deꝰ meus.
ꝓfundū eſt ꝯtritio cordis.Joel'.ij.Scindi-
te corda vr̄a ⁊ ꝯuertimini ad dn̄m deū vr̄z ⁊c̄.
dextrū eſt ꝯfeſſio oris.Jaco.v.Cōfitemini
alterutrū pctā vr̄a ⁊ orate ꝓ inuicē vt ſalue
mini.Siniſtrū eſt ſatiſfactio opis.Lu.xix.
Si qd aliquē defraudaui reddo q̄druplū.
Quarto ꝑ crucē defectiuā.cuiꝰ ſublimitas ē
amor dei.ꝓfundū eſt amor ꝓximi dextrum
eſt amor ſui.ſiniſtrum eſt amor inimici.

Undecimo euacuatū eſt
ſcandalū crucis xp̄i aīe beatificatiōe.cuius
ſublimitas ē clara ⁊ meridiana viſio dei in
patria.Jo.iij.Scimꝰ qm̄ cū appuerit ſil'es
ei erimꝰ ⁊ videbimꝰ eū ſicuti eſt.deorſum eſt
viſio veſpertina rerū in ꝓprio gn̄e.dextrū ē
cōprehenſio.i.Cor.ix.Sic currite vt cōpre
hendatis.ſiniſtrum eſt ſempiterna fruitio
⁊ delectatio.pſ̄.Delectationes in dextera
tua vſq̄ in finem.

Duodecimo euacuatum
eſt ſcandalū crucis xp̄i corpis glorificatio
ne.cuiꝰ ſublimitas eſt claritas.ꝓfundū eſt
agilitas.dextrū eſt impaſſibilitas.ſiniſtrū
eſt ſubtilitas.q̄ ſunt q̄ttuor dotes corporis
glorificati in reſurrectione.Lignū aūt crucꝭ
xp̄i lꝫ diu ſub terra latuerit.tn̄ hodie clarū
ſplendeſcit ꝓpt̃ mlt̃a.Pmo qꝛ regina ſaba
illud p̄uidit.Scd̄o qꝛ xp̄s ſuo cruore illud
decorauit.Tertio qꝛ cōſtatino in celo oñſuz
fuit.Quarto qꝛ helena illud repiens orna-
uit.qꝛ reptor ꝑ martyrij palmā triūphauit
Sexto qꝛ fidelis ꝑ hoc ſignū dyabolū effu
gauit.hec oīa patēt ī legēda huiꝰ diei.Et ſic
pꝫ quō ꝑ inuentionē crucꝭ xp̄i euacuatū eſt
ſcandalū eiꝰ.hic ꝑ grām:tādē ꝑ gl'iaꝫ.amē.

In feſto corone domini Sermo.xxxi.

e **Xiuit ieſus portās**
coronā.Jo.xix.⁊ in euāgelio p̄
ſentis ſolēnitatꝭ.Apl's ad Col'.
ij.dic̄ ſic.Eſtis ī illo repleti q̄ eſt caput oīs
p̄ncipatꝰ ⁊ ptāt.Sup q̄ moueo talē q̄ōnez.
Utrū xp̄s q̄ electos ī gl'a celeſti coronat ſit
caput eccl'ie ꝑ grāꝫ q̄ ipaꝫ decorat.Ad iſtā
q̄ōnem r̄ndēt duo doctores noui teſti.Pri
mꝰ ē btūs paulꝰ Eph.i.dicēs ſic.Oīa ſubie
ciſti ſub pedibꝰ eiꝰ.⁊ ipm dedit caput ſupra
oēm eccl'iaꝫ q̄ ē corpꝰ ipiꝰ ⁊ plenitudo ipiꝰ.
qꝛ oīa in oībꝰ adimpleuit.Scd̄s ē ſcūs Tho.
iij.pte.q.viij.art.i.dicēs ſic.Sic tota eccl'ia
d̄r vnū corpꝰ myſticū ꝑ ſil'itudinē ad corpꝰ
naturale hoīs ſm ꝙ diuſa mēbra hn̄t diu-
ſos actꝰ.vt apl's dic̄.Rom.xij.⁊ i.Cor.xi.
Jta xp̄s d̄r caput eccl'ie ſm ſil'itudinē hūa
ni capitꝭ.ī q̄ tria poſſumꝰ ꝯſiderare.ſ.ordinē
ꝑfectiōeꝫ ⁊ v̄tutē.Ordinē:qꝛ caput ē pria
ps hoīs īcipiēdo a ſupiori.Et inde ē ꝙ oē
p̄ncipiū ꝯſueuit vocari caput.ſm illō Jer.
ij.Ad oē caput me poſuiſti lupanar tibi.
Perfectiōeꝫ āt:qꝛ ī capite vigēt oēs ſenſus
⁊ interiores ⁊ exteriores.cū in ceteris mē-
bris ſit ſolꝰ tactꝰ.⁊ inde ē qd̄ d̄r Eſa.xi.Se
nex ⁊ honorabil' ipſe ē caput.Uirtutē v̄o:
qꝛ virtꝰ ⁊ motꝰ ceteroꝝ mēbroꝝ ⁊ guberna
tio eoꝝ ī ſuis actibꝰ ē a capite ꝓpt̃ vim ſen
ſitiuā ⁊ motiuā ibi dn̄antez.vn̄ ⁊ rector d̄r
caput ppl'i.ſm illō.i.Reg.xiij.Cū eēs puu
lus ī eccl'ijs tuis caput ī tribubꝰ iſrl' factꝰ es
Hec aūt tria cōpetūt xp̄o ſpūal'r.Pmo eīm
ſm ꝓpinq̄tatē ad deū grā xp̄i altior ⁊ prior
ē.⁊ ſi nō tp̄e:tn̄ dignitate.qꝛ oēs alij accepe
rūt grām ꝑ reſpectū ad grām ipiꝰ.ſm illud
Rom.viij.Quos p̄ſciuit hos ⁊ p̄deſtina-
uit ꝯformes fieri ymagini filij ſui vt ſit ipe
pgenitꝰ in multꝭ fribꝰ.Scd̄o v̄o ꝑfectionē
hꝫ q̄ztū ad pleītudinē oīm grārū.ſm illud
Jo.i.Uidimꝰ eū plenū grē ⁊ v̄itatꝭ.Tertio
v̄tutē hūit influēdi grāꝫ ī oīa mēbra eccl'ie
ſm illō Jo.i.De pleītudīe eiꝰ oēs accepimꝰ
Sciēdū ꝙ oēs electi veluti capilli ſūt ī xp̄o
radicati ꝑ et̃nā p̄deſtiatōeꝫ.Un̄ d̄r Apoc.
i.Jn medio ſeptē cādelabroꝝ aureoꝝ vidi
ſil'em filio hoīs.Caput āt eiꝰ ⁊ capilli erāt
cādidi velut lana alba ⁊ tāq̄ nix.Predeſti
natio eiꝰ pōt ꝯſiderari dupl'r.Uno mō ſm
ipꝫ actū p̄deſtiandꝭ.⁊ ſic p̄deſtiatio xp̄i nō
ē cā nec exēplar p̄deſtiatiōis ſcōꝝ cū vno ⁊
eodē actu eterno p̄deſtinauerit deꝰ xp̄m ⁊
electos.Alio mō pōt ꝯſiderari p̄deſtiatio
ſm terminū ⁊ effectū p̄deſtinatiōis.⁊ ſm
hoc p̄deſtinatio xp̄i eſt cā ⁊ exēplar nr̄e p̄
deſtinationis.⁊ hoc dupl'r.Pmo quātū ad
bonū ad qd̄ p̄deſtinamur.xp̄us eīm p̄deſti
natꝰ ē ad hoc ꝙ eēt dei filiꝰ naturalis.Nos
aūt p̄deſtinamur ad filiationē adoptōis q̄
eſt quedā pticipata ſil'itudo filiatiōis natu
ralis.Rom.i.Quos p̄ſciuit hos ⁊ p̄deſti-
nauit ꝯformes fieri ymagīs filij eiꝰ.⁊ Jo.i.

dedit eis ꝑtatē filios dei fieri. Scḋo q̄tū ad modū ꝓſequendi iſtud bonū qḋ ē ꝑ grām vt ꝑ ieſum xp̄m cōpleref. Sub ꝑdeſtinatione em̄ eterna cadit nō ſolū id qḋ fiendum in tpe: ſ etiā mod⁹ ⁊ ordo ſm̄ quē cōpled⁹ eſt in tpe. Vñ ſi xp̄s nō fuiſſ incarnād⁹ deus ꝑordinaſſet hoīes ſaluari ꝑ aliā cām. Sꝫ q: ꝑordinauit incarnationē xp̄i ſimul cum hoc ꝑordinauit vt eſſet cā nr̄e ſalutis. Dicit em̄ Aug. lib. de ꝑdeſtinatione ſctōꝝ. Eſt ꝑclariſſimū lumen ꝑdeſtinatiōis ⁊ grē ipſe ſaluator: ipſe mediator dei ⁊ hoīm hō xp̄s ieſus. Et Eph. i. dicif. Predeſtinauit nos in adoptionē filioꝝ ꝑ ieſum xp̄m. Et ſicut apud deū cognit⁹ eſt numer⁹ electoꝝ ſicut dicit Aug. lib. de correctione ⁊ grā ꝙ cert⁹ eſt ꝑdeſtinatoꝝ numer⁹ qui nec augeri pōt nec minui. ſic xp̄s tanq̄ caput eccl'ie hꝫ noticiā oīm ſaluādoꝝ in merito ſue paſſionis. Vñ glo. ſup illud Apoc. v. Dignus eſt agn⁹ qui occiſus eſt accipe diuinitatē ⁊ ſciaꝫ. dicit. i. animū ⁊ cognitionē q: ad xp̄m ⁊ ad ei⁹ dignitatē ſpectāt quodā mō oīa in q̄tū ſubiecta ſunt ei oīa. Ipe em̄ eſt oīm iudex ꝯſtitut⁹ a deo q: fili⁹ hoīs eſt. vt dicitur Job. v. Et Joh. iij. dicif. Ipe em̄ ſciebat qḋ eſſet in hoīe. Et Mathei. x. Capilli capitis veſtri oēs nūerati ſunt. Circa electos autē conſiderant q̄ttuor. Primo q: ſicut capilli qn̄q radicant in capite ⁊ qn̄q decidūt: ſic quidā radicant in xp̄o ꝑ grām ꝑſeueraturi ⁊ quidā nō ꝑſeueraturi. Eſt em̄ liber vite ꝯſcriptio ordinatoꝝ in vitā eternā ad quā ordinaf aliq̄s ex duob⁹. ſ. ex ꝑdeſtinatione diuina. ⁊ hec ordinatio nunq̄ deficiet. ⁊ ex grā. Quicūq̄ em̄ hꝫ grāꝫ ex hoc ipo dign⁹ eſt vita eterna. ⁊ hec ordinatio deficit inter duꝫ. q: aliq̄ ordinati ſunt et grā habita ad habendū vitā eternā ex ꝑdeſtiōe diuina. a qua tñ deficiūt ꝑ pctm̄ mortale ſequēs. ps. Deleant de libro viuētiū ⁊ cū iuſtis nō ſcribant. De ꝑſeuerantib⁹ aūt dr̄ Luc. xij. Capill⁹ de capite vr̄o nō ꝑibit. Scḋo q: ſicut capilli qn̄q lauātur ab eo cui⁹ ſunt: qn̄q ab alio: ſic electi qn̄q lauant a xp̄o ꝑ ꝓprium ſanguinē. Apoc. i. Dilexit nos ⁊ lauit nos a pctīs nr̄is in ſanguīe ſuo. Et qn̄q ꝑcibus ſctōrum. Nā Gen. xxv. dr̄ ꝙ yſaac rogauit deū ꝑ Rebecca vxore ſua: ⁊ dedit ꝯceptum rebecce. Ex illo aūt ꝯceptu nat⁹ eſt iacob q̄ fuit ꝑdeſtinat⁹. Nō fuiſſet aūt impleta predeſtinatio ſi nat⁹ nō fuiſſet. Vñ ꝑdeſtinatis conandū eſt ad orandū ⁊ bn̄ opandū q: ꝑ iſta ꝑdeſtinatiōis effect⁹ certitudinaliter implef. ꝓpter qḋ dicif. ij. Pet. i. Satagite vt ꝑ bona opa certā veſtrā vocationē ⁊ electionē faciatis. Tertio q: ſic Abſalon ꝑ capillos fuit ſuſpenſus in ligno. ij. Reg. xviij. Sic xp̄s fuit ſuſpenſus in cruce ꝓpter electos. Per hoc em̄ hō cognoſcit q̄ntū de⁹ diligat hoīem. ⁊ ꝑ hoc ꝓuocaf ad diligendū ipm̄ in quo ꝑfectio humane ſalutis cōſiſtit. Vñ apl's dicit Roma. v. Cōmendat de⁹ ſuā charitatē in nobis. qm̄ cū inimici eſſemus: xp̄s ꝑ nobis mortu⁹ eſt. Quarto q: Abacuch fuit portat⁹ ꝑ capillos in babylonem in lacū. Dañ. xiiij. Sic xp̄s deſcendit ꝓpter dilectos ad inferos. Eph. iiij. ꝙ autem aſcendit quid eſt niſi q: deſcendit primū in inferiores partes terre. glo. i. ad īferos. Et Zach. ix. Tu quoq̄ in ſanguine teſtamēti tui emiſiſti vinctos de lacu in quo non erat aqua. Ideo dicitur Dañ. vij. Capilli capitis eius velut lana munda. Et his modis exiuit chriſtus portans coronam.

Exiuit ieſus portans coronam
Sanctificationis.
Glorificationis.
Redemptionis.
Exaltationis.
Adorationis.
Retributionis.
Premiationis.

Primo exiuit ieſus portans coronā ſanctificatiōis. Nā ſanctificari eſt aliq̄d fieri ſanctū. Fit aūt aliquid non ſolū ex cōtrario: ſed etiā ex negante vel priuante oppoſito. ſic albū fit ex nigro ⁊ etiaꝫ ex non albo. Nos aūt ex peccatorib⁹ ſancti efficimur ⁊ ita ſanctificatio noſtra ē ex peccato. i. Coꝛ. vi. ⁊ hoc qḋ fuiſtis aliq̄n. ſ. peccatores: ſed abluti eſtis ſed ſctificati eſtis. Sed xp̄s quidē ſm̄ hoīem factus eſt ſcūs q: hanc gratie ſanctitatē non ſemꝑ habuit non tñ factus eſt ſcūs ex peccatore. q: peccatū nunq̄ habuit. Sed fact⁹ eſt ſanct⁹ ex non ſancto ſm̄ hoīem. nō quidē priuatiue vt ſcilicet aliquando fuerit homo ⁊ nō fuerit ſanctus. ſed negatiue: quia ſcilicet quando non fuit homo non habuit ſanctitatem humanam. ⁊ ideo ſimul factus fuit homo ⁊ ſanctus homo. propter quod dicit angelus Luce. i. Quod naſcetur ex te ſanctum. Quod exponens Greg. xviij. moral. dicit. Ad diſtinctiōeꝫ noſtre ſanctitatis. ⁊ ſic ſan

ctus naſciturus aſſeritur. Nos quippe ſi ſan
cti efficimur nõ tamē naſcimur: qꝛ ipa natu
re corruptibilis conditiõe cõſtringimur. Il
le autē ſolus veraciter natꝰ eſt ſanctꝰ: qui ex
cõiunctõe carnalis copule ↄceptꝰ nõ eſt. Et
Ioh. x. Quē pater ſctificauit ꝛ miſit in mun
dum. Et ſicut ꝑ verbū dei oīa facta ſunt: ita
ꝑ verbū incarnatū ſunt oēs hoīes ſanctifi
cati q̄ ſanctificant. Heb. ij. Qui ſanctificat
ꝛ q̄ ſanctificant ex vno oēs. Eſt aūt duplex
ſanctificatio. Vna quidē adultoꝝ: qui ſm ꝓ
priū actū ſanctificant. Alia autē pueroꝝ
qui nõ ſanctificant ſm ꝓpriū actū fidei: ſed
ſm fidē eccleſie vel parentū. Prima aūt ſan
ctificatio eſt ꝑfectior ſecūda: ſicut actus eſt
ꝑfectior q̄ habitꝰ. ꝛ qđ eſt per ſe eo qđ eſt ꝑ
aliud. Sanctificatio vero xp̄i fuit perfectiſ
ſima: qꝛ ſic ſanctificatꝰ eſt vt eſſet alioꝝ ſan
ctificator dupliciter. Primo quidē per eius
paſſionē. Heb. vlti. Xp̄s vt ſanctificaret per
ſuū ſanguinē populū: extra portā paſſus ē.
Secundo per baptiſmum Iohānis. iij. Ni
ſi quis renatꝰ fuerit ex aqua ꝛ ſp̄ūſctõ ꝛc. qꝛ
gr̄a collata eſt aīe xp̄i: ſicut cuidā vniuerſali
ꝑncipio gratificatiõis in hūana natura. ſm
illđ Eph. i. Gratificauit nos in dilecto filio
ſuo. Et ſic exiuit ieſus portans coronā ſan
ctificatiõis noſtre. Ideo dr̄ Eccli. xxxij. Or
namentū gr̄e accipias coronā.

Secundo exiuit ieſus por
tans coronā glorificatiõis. pſ. Gloria ꝛ ho
nore coronaſti eū: ꝛ ↄſtituiſti eū ſup opera
manuū tuarū. Oīa ſubieciſti ſub pedi. eiꝰ ꝛc
Nam xp̄o collata eſt maior gloria q̄ ade ꝑ
mo homini in ſtatu innocētie. vt p3 ex ꝑui
legiis vtriuſq3 q̄ fuerūt duodecim ꝛc. Pri
mū fuit formatiõis. Dicitur eñ. i. Cor. xv.
Primꝰ hõ de terra terrenꝰ. Secūdus de ce
lo celeſtis. Xp̄s eñ dr̄ de celo deſcendiſſe du
pliciter. Vno modo rõne diuine nature. nõ
ita q̄ diuina natura eſſe in celo deſierit. ſed
qꝛ in infimis nouo modo eſſe cepit. ſcil3 ſm
naturā aſſumptam. ſm illud Ioh. iij. Nemo
aſcendit in celū niſi q̄ deſcēdit de celo filius
hoīs q̄ eſt in celo. Alio modo rõne corpis:
nõ qꝛ ip̄m corpꝰ xp̄i ſm ſuā ſubſtantiā de ce
lo deſcēderit. Sed qꝛ v̄tute celeſti. i. ſp̄ūſcti
eſt eiꝰ corpꝰ formatū. Vñ Aug. dic̄ ad Oro
ſium exponēs auctoritatē inductā dic̄. Cele
ſtem dico xp̄m qꝛ nõ ex hūano cõceptꝰ eſt
ſemine. Et hoc modo etia3 Hilariꝰ exponit
li. de trini. Adam ergo fuit de terra terrenꝰ
xp̄s aūt de celo celeſtis. Secundū fuit im
pletionis. Na3 incarnatõis miſteriū eſt pri
mo homi reuelatū. vt p3 ꝑ hoc qđ dixit. hoc
nūc os ex oſſibꝰ meis ꝛc. qđ apl̄s dicit eſſe
magnū ſacramentū in xp̄o ꝛ in eccl̄ia. vt p3
Eph. v. Sed ꝑ ieſum xp̄m eſt impletū. Vñ
Aug. dic̄ in lib. de v̄bis dñi exponēs illđ qđ
habet Luce. xix. Venit filiꝰ hoīs querere ꝛ
ſaluare qđ perierat. Si hõ nõ peccaſſet filiꝰ
hoīs nõ veniſſet. Et. i. Thim. i. ſup illđ v̄bū
xp̄s venit in hūc mūdu3 peccatores ſaluos
facere. dic̄ glo. Nulla cauſa fuit veniēdi xp̄o
dño niſi peccatores ſaluos facere: tolle mor
bos: tolle vulnera ꝛ nulla ē cauſa medicine
Tertiū fuit viſionis. Nam ꝑmus hõ vidit
deū vt viator in enigmate. Homo eñ in pa
radiſo fuit beatꝰ: nõ illa ꝑfecta beatitudine
in quā trāſferēdus erat: q̄ in diuine eſſentie
viſione ↄſiſtit: habebat tñ perfectā vitā ſm
quendā modū in q̄tū habebat integritate3
ꝛ ꝑfectionē quandā naturalē. vt dic̄ Aug.
xi. ſup Gen. ad lr̄am. Vñ dr̄ i. Cor. xv. Nõ
prius qđ ſp̄ūale eſt: ſ3 qđ aīale eſt. Xp̄s aūt
vidit deū vt viator ꝛ cõprehenſor ſine enig
mate. qꝛ diuine eſſentie viſio cõuenit oībꝰ
beatis ſm participationē luminis deriuati
ad eos a fonte verbi dei. ſm illud Eccli. i.
Fons ſapiētie v̄bū dei in excelſis. Huic au
tem v̄bo dei ꝓpinquiꝰ cõiungit aīa xp̄i que
eſt vnita v̄bo in ꝑſona q̄ queuis alia crea
tura. ꝛ idõ pleniꝰ recipit influentiā luminis
in quo deꝰ videt ab ip̄o verbo q̄ quecunq3
alia creatura. ꝛ idõ pre ceteris creaturis per
fectius videt ip̄am ꝑmā veritatē q̄ eſt diui
na eſſentia. Ioh. i. Vidimꝰ gloriā eiꝰ quaſi
vnigeniti a patre plenū nõ ſolū gr̄e ſ3 etiam
v̄itatis. Et Eph. i. Deꝰ cõſtituit eū ſcꝫ xp̄m
in celeſtibꝰ ſup oēm ꝑncipatū ꝛ ꝑtātē ꝛ vir
tutē ꝛ dñationē: ꝛ ſup oē nomē qđ noīatur
nõ ſolū in hoc ſeculo ſ3 etiā i futuro. Quar
tum fuit cognitiõis. Nam ꝑmꝰ hõ de rebꝰ na
turalibꝰ ꝛ ſupnaturalibꝰ tñ cognouit q̄tu3
erat neceſſariū ad gubernatõnē vite hūane
ſm ſtatū innocētie. Alia v̄o q̄ nec naturali
hoīs ſtudio cognoſci ꝑnt: nec ſunt neceſſa
ria ad gubernationē vite hūane. ꝑmꝰ homo
nõ cognouit ſicut ſunt cogitatões hoīm. fu
tura contingentia: ꝛ quedā ſingularia puta
quot lapides iacent in flumine ꝛ hmõi. xp̄s
aūt cognouit omīa ſm ſtatū diuinū. qꝛ aīa
xp̄i cognoſcit totā ſuā potentiā ꝛ oīa in que
põt. põt aūt in emūdationē infinitoꝝ pecca
toꝝ. ſm illud. i. Ioh. ij. Ipſe eſt ꝓpiciatio ꝑ

peccatis noſtris: nō aūt ꝑ noſtris tm̄: ſ; etiā ꝑ toti⁹ mūdi. Ideo aīa xp̄i cognoſcit infinita: q̄r oīa q̄ ſunt in potētia creature. Vn̄ cū in potentia creature ſint infinita: ꝑ hūc modum ſcit infinita. p̄ſertim cū ſit nobis dat⁹ a deo in doctorē. ſm̄ illud Johel. ij. Letamini in dn̄o deo veſtro q̄ dedit vobis doctorē iuſticie. Quintū fuit p̄ſeruatiōis. Nā p̄m⁹ hō nō poterat decipi niſi pctō preuent⁹ q̄r intellect⁹ nō poterat decipi ꝑ extimationē falſi. Vn̄ ⁊ ſeductio mulieris ⁊ ſi p̄ceſſerit peccatū opis. ſubſecuta eſt tm̄ pctm̄ interne electionis. dicit em̄ Aug. xi. ſup Gen̄. ad lr̄am q̄ mulier verbis ſerpentis nō crederet niſi iam ineſſet menti ei⁹ amor ꝓprie poteſtatis ⁊ quedā de ſe ſupba p̄ſumptio. Xp̄s aūt nō potuit eſſe peccato p̄uent⁹. Joh. viij. Quis ex vobis arguet me de peccato. Et. i. Pet. ij. Qui pctm̄ nō fecit nec dolus inuent⁹ eſt in ore ei⁹. Sextū fuit damnatiōis. Naꝫ p̄m⁹ hō habuit dominiū ſup oīa naturalia q̄tuꝫ ad effectus naturales. Dicit em̄ Gen̄. i. de hoīe. Preſit piſcib⁹ maris ⁊ volatilib⁹ celi: ⁊ beſtijs terre. In alijs em̄ aīalib⁹ inuenit ſm̄ extimationē naturalē. quedaꝫ participatio prudētie ad aliquos ꝑticulares act⁹. In homine aūt vniuerſalis prudētia q̄ eſt recta rō oīm agibiliū. oē aūt qđ eſt per participationem ſubdit ei qđ eſt ꝑ eſſentiā. ⁊ hoc naturalit. Vn̄ eſt naturalis ſubiectio alioꝝ aīalium ad hoīem. Xp̄s aūt habuit dominiū ſuper oīa q̄tū ad effect⁹ ſupnaturales. Nam aīa xp̄i ſm̄ qđ eſt inſtrumentū v̄bi dei ſibi vniti habuit inſtrumentalē v̄tutē ad oīes īmutatiōes miraculoſas ordinabiles ad finem incarnatiōis q̄ eſt inſtaurare ſiue que in celis ſiue q̄ in terris ſunt. Math. vlti. Data eſt mihi oīs ptās in celo ⁊ in terra. Septimū fuit aſſimilationis. Nam adā nō aſſimilabat niſi ī duplici ſtatu hoīm. Nō em̄ ꝑtinebat hoc ad originalē iuſticiā quā adam habuit in ſtatu innocētie: q̄ aīa hoīs haberet v̄tutē tranſmutandi corp⁹ ꝓpriū in quācunq; formā: ſ; q̄ poſſet ipm̄ ꝯſeruare abſq; nocumēto. ⁊ hanc etiā v̄tutē xp̄s aſſumere potuiſſet ſi voluiſſet. Sed cū ſint tres ſtat⁹ hoīm. ſ. innocētie: culpe: ⁊ glorie. Adā nō fuit in tertio ſtatu. xp̄s aūt ſicut de ſtatu glīe aſſumpſit cōprehēſionē: ⁊ de ſtatu innocentie īmunitatē a peccato. ita de ſtatu culpe aſſumpſit neceſſitatē ſubiacendi penalitatib⁹ hui⁹ vite. Heb. ij. Debuit ꝑ oīa fratrib⁹ aſſimilari. Octauū fuit incorruptōis. Nam hō in ſtatu innocētie erat īcorruptibilis ex ꝑte cauſe efficientis. q̄r vt dic̄ Aug. li. de q̄ſtionibus veteris ⁊ noui teſtamēti. Deus fecit hominē q̄ q̄diu nō peccaret in mortalitate vigeret vt ip̄e ſibi actor eſſet aut ad vitaꝫ aut ad mortē. Non em̄ erat corp⁹ ei⁹ indiſſolubile ꝑ aliquā indiſſolubilitatis vigorē in corpore exiſtentē: ſ; inerat nature aīe vis q̄dā ſupnaturalit data ꝑ quā poterat corp⁹ ab omni corruptione preſeruare: q̄diu ip̄a deo ſubiecta manſiſſet. Unde vis illa p̄ſeruandi corpus a corruptōe nō erat aīe hūane naturalis ſ; ꝑ donū grē. ⁊ q̄uis grām recuperauerit ad remiſſionē culpe ⁊ meritū glorie non tamē ad amiſſe īmortalitatis effectuꝫ. Hoc em̄ reſeruabat xp̄o ꝑ quē nature defect⁹ in meli⁹ reparandus erat. Xp̄s aūt habuit immortalitatē per grām ⁊ gloriam. poterat em̄ ſuā paſſionē ⁊ mortē impedire. Primo q̄dem aduerſarios rep̄mendo: vt eū aut non vellent aut nō poſſent interficere: vt pluries fecit. Secūdo q̄r ſpūs ei⁹ habebat poteſtatem cōſeruandi naturā carnis ſue ne a quocunq; leſiuo inflicto opprimeret. qđ q̄dē habuit aīa xp̄i q̄r erat verbo dei cōiūcta in vnitate pſone. vt dicit Aug. li. iiij. de trini. Nonum fuit ꝑfectiōis. Nā p̄m⁹ hō habuit ꝑfectionē oīs v̄tutis ſm̄ ſtat⁹ ſui cōdecētiam. Vnđ Aug. omel. xi. dicit ſic. Princeps oīm vicioꝝ dn̄ vidit adā de lymo terre ad imaginem dei factū: pudicicia ornatū: temperantia cōpoſitū: charitate ſplendidū. habentur iſta de pn̄ia diſ. ij. §. p̄nceps. Et ſic homo in ſtatu innocētie aliqualit habuit oēs v̄tutes q̄r ratio erat deo ſubiecta. ⁊ inferiores vires erant rōnis ſubiecte. Virtutes autē ſunt q̄dam ꝑfectiōes quib⁹ ratio ordinat in deuꝫ ⁊ inferiores vires aīe diſponunt ſm̄ regulā rōnis. Vn̄ rectitudo p̄mi ſtat⁹ hoc exigebat vt homo aliqualiter oīes v̄tutes haberet. Xp̄s aūt habuit ꝑfectiōes oīum v̄tutū ſm̄ plenitudinē grē: q̄r q̄to aliqđ p̄ncipiū eſt ꝑfecti⁹: tanto magis imp̄mit ſuos effect⁹. Cuꝫ aūt grā xp̄i fuerit ꝑfectiſſima idō ab ip̄a ꝓceſſerūt oēs v̄tutes ad ꝑficiendū ſingulas potentias aīe q̄tū ad oēs aīe actus. Vn̄ ſuꝑ illud pſ. Sed in lege dn̄i fuit voluntas ei⁹. dicit glo. Hic oſtendit xp̄s plenus oīi v̄tute ⁊ bono. Decimū fuit gubernatiōis. Nam p̄mus hō eſt gubernator ⁊ caput oīuꝫ naſcentiuꝫ naturalit: q̄r homo eſt naturalit animal ſociale. Unde hoīes in ſtatu innocentie vixiſſent ſocialiter. Socialis aūt vita

multoꝝ nõ poſſet eſſe niſi aliquis preſideret qui ad bonum cõmune intenderet. Multi em̃ per ſe intendũt ad multa. vnus vero ad vnum. Jdeo philoſophꝰ dicit. i. politice. Qꝛ quandocunqꝫ multa ordinantur ad vnum ſemper inuenitur vnum vt principale ⁊ dirigens. Xp̃s aũt eſt gubernatoꝛ ⁊ caput oĩm naſcentiũ ſpiritualiter ſed ſm diuerſos gradus. Primo ⁊ p̃ncipaliter eſt caput eorum qui actu ſibi vniuntur per gloꝛiam. Secundo eorum qui actu vniuntur ſibi per charitatem. Tertio eorum qui actu ſibi vniuntur per fidem. Quarto eorum qui ſibi vniunt̃ in potentia nondum ad actum redacta que tamen eſt ad actum reducenda ſm diuinaꝫ predeſtinationem. ſicut ſunt infideles per conuerſionem. Undecimũ fuit aſſimilationis. Naꝫ p̃mus homo fuit ſimilis deo ſm duplicem imaginẽ. Xp̃us autem ſm triplicem. Unde ſuper illud pſ. Signatum eſt ſuper nos lumẽ vultus tui domine. Gloſa diſtinguit triplicem imaginem. ſcꝫ creationis recreationis: ⁊ gloꝛificationis. Jmago em̃ dei reperitur in hoĩe tripliciter. Uno modo ſm qꝺ homo habet aptitudinem naturalem ad intelligendum ⁊ amandũ deum. ⁊ hec aptitudo conſiſtit in ipſa natura mentis que eſt cõmunis oĩbus hoĩbus. Alio modo ſm qꝺ homo actu vel habitu cognoſcit ⁊ intelligit deum ſed imperfecte. ⁊ hec eſt imago per confoꝛmitateꝫ gratie. Tertio modo ſm ꝙ homo actu deum cognoſcit et amat perfecte: ⁊ ſic attẽditur imago ſm humilitatem gloꝛie. primis duobus modis fuit imago dei in adam in ſtatu innocentie: ſ; omnibus modis fuit in chꝛiſto. Duodecimum fuit tranſlationis. Nam p̃mus homo fuit poſitus in paradiſo terreſtri. Geneſ. ij. Tulit deus hominẽ ⁊ poſuit eum in paradiſo voluptatis. Xp̃us autem eſt aſſumptus in paradiſo celeſti. Eph. iiij. Aſcendit ſuper oĩes celos vt adimpleret oĩa. pſ. Aſcendit ſuper celum celi ad oꝛientem. Et ſic ptꝫ coꝛona gloꝛificationis ieſu xp̃i.

Tertio exiuit ieſus poꝛtãs coꝛonã redemptiõis. Gentiles em̃ coꝛonã ſpineam capiti ſuo impoſuerunt: quẽ cruentantes deriſoꝛie ſalutauerunt. Judei auteꝫ ip̃m ceſari poſtpoſuerunt: ⁊ crucifige crucifige clamauerunt. Jn ipſo em̃ modo paſſionis xp̃i prefiguratus eſt effectus redemptionis quo ad vtroſqꝫ ſcꝫ iudeos ⁊ gentiles. Primo em̃ paſſio xp̃i habuit effectum ſalutis in iudeis. quorum plurimi in moꝛte xp̃i baptizati ſunt. vt patꝫ Act. ij. ⁊ iij. Secũdo vero iudeis p̃dicãtibꝰ effectũ paſſionis xp̃i tranſiuit ad gentes. ⁊ iõo cõueniens fuit vt xp̃s a iudeis pati inciperet. ⁊ poſtea iudeis tradentibꝰ per manus gentiliũ eius paſſio finieretur. Quia vero xp̃s ad oſtendendaꝫ abundantiã charitatis ſue ex qua patiebat̃ in cruce poſitus veniã peccatoꝛibꝰ poſtulauit. Huiꝰ petitionis fructꝰ ad iudeos ⁊ gentiles peruenit: a quibꝰ patiebat̃. Jdeo dicit̃ Cañ. iij. Egredimini filie ſyon ⁊ videte regem ſalomoneꝫ in dyademate quo coꝛonauit eum mater ſua. Debemus autẽ egredi a q̃ttuoꝛ que nos impediunt a fructu redemptionis. Primo a vicio confoꝛmãdo volũtatem noſtrã diuine voluntati. Math. xxvi. Non ſicut ego volo ſed ſicut tu vis: qꝺ dicit qꝛ rectum vult eſſe hoĩem ⁊ ad deũ dirigit. vt Aug. exponit in Enchiridion. Et ſup illud pſ. Rectos decet collaudatio. dicit glo. Rectum coꝛ habet q̃ vult qꝺ deus vult. ſcꝫ vt homo velit aliq̃d ex charitate ſicut deus vult. Secundo ab odio. Nam odium nũꝙ̃ vinceret amoꝛẽ: niſi ꝓpter amoꝛẽ maioꝛem cui odium coꝛreſpondet. ſicut homo magis diligit ſeip̃m ꝙ̃ amicuꝫ. ⁊ ꝓpter hoc ꝙ diligit ſe habꝫ odio etiã amicũ ſi ſibi contrarietur. Tertio a paſſione. Roma. vij. Video aliam legẽ in membꝛis meis repugnantem legi mentis ⁊ captiuantẽ me in lege peccati qꝛ paſſio ligat rationẽ. imo cũ paſſiones intendunt̃ ligant totaliter vſum rõnis. Multi em̃ ꝓpter abundantiã amoꝛis ⁊ ire verſi ſunt in inſaniam. Quarto a vindicta. Naꝫ peccatũ iudeoꝝ crucifigentiũ xp̃m qꝺ ꝓceſſit ex inuidia. odio ⁊ vindicta fuit grauiſſimum ſicut dixit xp̃us pylato. Joh. xix. Qui tradidit me tibi maius peccatum habet.

Quarto exiuit ieſus poꝛtans coꝛonã exaltatiõis. Naꝫ meritũ impoꝛtat quandã equalitatem iuſticie. Unde apoſtolus dicit. Ei qui operatur merces imputatur ſm debitum. Cum enim aliquis ſibi ex iuſta voluntate ſubtrahit quod debet habere: meretur vt ſibi amplius aliquid ſuper addatur quaſi merces iuſte voluntatis. Et inde ẽ ꝙ ſicut dicit̃ Luc. xxiiij. Qui ſe humiliat exaltabitur. Cum autem chꝛiſtus in ſua paſſione ſe humiliauerit infra ſuam dignitatem vſqꝫ ad confuſionem: ⁊ oppꝛobꝛia que

ſuſtinuit. Ideo ꝑ ſuã paſſionẽ ⁊ precipue ꝑ coronationẽ ſpinarum. meruit exaltationẽ ꝙtum ad conſeſſum paterne dextre ⁊ manifeſtationẽ diuinitatꝭ ipſius. ſm̃ illud Eſa. lij. Exaltabit ⁊ eleuabit ⁊ ſublimis erit valde ſicut obſtupuerũt ſup eũ multi. ſic ingloriꝰ erit inter viros aſpect⁹ ei⁹. Et Phil. ij. dr̃. Fact⁹ eſt obediẽs vſqꝫ ad mortẽ: mortẽ aũt crucis. ꝓpter qđ ⁊ de⁹ exaltauit illum ⁊ donauit illi nomẽ qđ eſt ſup omẽ nomẽ. ſcꝫ vt ab omib⁹ nominet de⁹: ⁊ oẽs ſibi reuerẽtiam exhibeant ſicut deo. ⁊ hoc eſt qđ ſubditur vt in noĩe ieſu omẽ genu flectat cele. ter. ⁊ infer. Et Eſa. xxviij. Eris corona glĩe manu dñi: ⁊ dyadema regni in manu dei tui.

Quinto exiuit ieſus portans coronã adoratõis. Cum em̃ in xp̃o ſit vna tantũ pſona diuine ⁊ humane nature ⁊ etiã vna yppoſtaſis. ⁊ vnũ ſuppoſitũ. ideo eſt ei⁹ vna adoratio: ⁊ vnus honor ex parte eius q̃ adorat. Vñ Damaſ. li. iij. dicit. Adoratur caro xp̃i incarnato dei ṽbo nõ ꝓpter ſeipam: ſ ꝓpter vnitũ ei ſm̃ yppoſtaſim verbum dei. Et ſup illud ps̃. Adorate ſcabellũ pedũ ei⁹. dicit glo. Qui adorat corp⁹ xp̃i nõ terrã intuet: ſ illũ poti⁹ cui⁹ ſcandalũ eſt: in cui⁹ honore ſcabellũ adorat. Et in capitulis quinte ſynodi dr̃. Si quis duabus naturis adorari dicit xp̃m. ex quo due adorationes introducunt: ſ nõ vna orõne deũ ṽbum incarnatũ cũ ꝓpria ipi⁹ carne adorat ſicut ab initio eccleſie dei traditum eſt. talis anathema ſit.

Sexto exiuit ieſus portãs coronã retributõnis ꝙtum ad poteſtatẽ iudiciariã. Vñ dr̃ Job. xxxvi. Cauſa tua quaſi impij iudicata eſt. ꝓpterea iudicium cauſamqꝫ recipies. Et Aug. li. de ṽbis dñi dicit Sedebit iudex q̃ ſtetit ſub iudice. Damnabit veros reos q̃ falſo fact⁹ eſt reus. Naꝫ iudiciaria poteſtas hoĩ xp̃o cõpetit. Tuꝫ ꝓpt diuinã perſonã. Tum ꝓpt capitis dignitatẽ Tum ꝓpt plenitudinẽ grẽ habitualis. Tũ ex merito. ſ. vt ſm̃ dei iuſticiaꝫ iudex eſſet: q̃ pro dei iuſticia pugnauit ⁊ vicit ⁊ iniuſte iudicatus eſt. Unde ipſe dicit Apoc. iij. Ego vici ⁊ ſedi in throno patris mei. In throno autẽ intelligitur iudiciaria ptãs. ſm̃ illd ps̃ Sedet ſuper thronũ ⁊ iudicat equitatem.

Septimo exiuit ieſus portans coronam premiationis. ps̃. Poſuiſti in capite eius coronam de lapide precioſo. Sicut em̃ lapides precioſi firmant in corona ⁊ ipam ornant: ⁊ ipa eſt ornamentũ coronati. Sic in merito xp̃i firmant omẽs electi: ⁊ ſunt ad ornamẽtũ glorie ſue: prout patuit in ioſeph q̃ vendit⁹ a fratrib⁹ ſuis duct⁹ eſt in egyptũ ⁊ nõ fuit fact⁹ eunuch⁹ ne pharao abuteret eo quẽ a tam graui pctõ dñs cuſtodiuit pharaone infrigidato. Vñ ꝓpt fidẽ ⁊ caſtitatẽ a domina ſua accuſat⁹ incarcerat⁹ fuit. Inde aũt extract⁹ ⁊ dñs egypti ꝯſtitut⁹. dũ circuiret egyptũ declĩauit ad domũ phutifaris p̃ncipis ſatraparuꝫ pharaonis: cui erat filia ſpecioſiſſima noĩe arſeneth ſed idolatra que idola abiecit vt ioſeph haberet ſponſuꝫ. Ad hanc aũt deſponſandã acceſſit ioſeph indut⁹ tunica candida: ⁊ cũ aurea corona in curru aureo. In corona vero erant inſerti duodecim lapides p̄cioſi: ſuper qb⁹ erãt duodeci aſtra aurea ⁊ virga regia in manu ei⁹. vt dr̃ in ſpeculo hiſtoriali li. ij. c. cxviij. Hec oĩa fuerũt figura xp̃i: p̄cipue corona in qua ſunt duodecim trib⁹ iſrael: ſuper quib⁹ ſunt duodecim apl̃i. vt pꝫ Apoc. xxij. Et ſic corona xp̃i eſt numer⁹ oĩm ſaluandorum q̃ decorant xp̃m hic in ſtatu grẽ: nouiſſime aũt in ſtatu glorie. Amen.

In feſto victorie ſancti Michaelis archangeli Sermo. xxxij.

Hic maior eſt in regno celoruꝫ. Math. xviij. ⁊ in euangelio p̄ſentis ſolẽnitatis Beat⁹ Berñ. ſup ps̃. Qui habitat dicit ſic. Dñe qđ eſt hõ q: innotuiſti ei: aut fili⁹ hoĩs q: reputas eũ: Deniqꝫ mittis ei vnigenitũ tuũ imittis ſpm̃ tuũ. ꝓmittis vultũ tuum: ⁊ ne qđ vacet ĩ celeſtib⁹ ab ope ſollicitudinis illos etiam beatos ſpũs ꝓpt nos mittis in miniſteriũ noſtrũ. hec ille. Super quo moueo talẽ queſtionẽ. Utrũ in eccl̃ia militanti archangel⁹ michael maiorẽ dignitatẽ aſſequtur: cui⁹ officio diligenti⁹ a deo gubernatur Ad iſtam queſtionẽ r̃ndent duo doctores. Prim⁹ veteris teſtamẽti ẽ Daniel. x. c. dic̃ Michael vn⁹ de p̃ncipib⁹ p̃mis venit in adiutoriũ meũ. Secũdus noui teſtamẽti eſt Johãnes. Apoc. xij. dic̃ ſic. Factũ eſt preliũ magnũ in celo. Michael ⁊ angeli ei⁹ preliabantur cũ dracone: ⁊ draco pugnabat ⁊ angeli eius ⁊ non valuerũt. neqꝫ eſt inuentus locus eoꝝ ampli⁹ in celo. Sciendũ ꝙ ſm̃

glo.ſup illud Math.xxij. Simile eſt regnū celorū homini regi qui fecit nuptias ⁊c. per regnū celorū preſens eccleſia ſiue congregatio iuſtorū intelligit. Hanc autē eccleſiā gubernat deus per angelos. Unde Aug. dicit iij. de trini. Queadmodū corpora groſſiora ⁊ inferiora: p ſubtiliora ⁊ potentiora quodā ordine regunt. Ita oīa corpora per ſpm̄ vite rōnalē. ⁊ ſpūs vite rōnalis deſertor atqꝫ peccator per ſpm̄ vite rōnalē ⁊ pium ⁊ iuſtum ⁊ ille per ipm̄ deū. Nam tam in reb9 hūanis ꝙ etiā naturalib9 hoc cōiter inuenit ꝙ poteſtas particularis gubernat ⁊ regit a ptāte vniuerſali. ſicꝫ poteſtas balliui gubernat p poteſtatē regis. Superiores aūt angeli qui preſunt inferiorib9 habēt ſciētiā magis vniuerſalē: ſed ꝟtus cuiuſlibet corporis eſt magis pticularis ꝙ ꝟt9 ſpūalis ſubſtātie. Naꝫ oīs forma corporalis eſt indiuiduata per materiā ⁊ determinata ad hic ⁊ nunc. Forme aūt īmateriales ſunt abſolute ⁊ intelligibiles. ⁊ iōo ſicut inferiores angeli qui habent formas min9 vniuerſales regunt per ſupiores. ita oīa corporalia regunt per angelos. Sed actio quā angel9 exercet pcedit a deo. velut a pmo pncipio cui9 nutu ⁊ auctoritate angeli operant: ⁊ in deū reducitur ſicut in vltimū finē. ⁊ hoc facit miniſterium Nam miniſter eſt ſicut inſtrumentū intelligens. Inſtrumētū aūt ab alio mouet ⁊ ei9 actio ad aliud ordinat. Unde actiones angelorum miniſteria vocant. ⁊ pter hoc dicuntur in miniſteriū mitti. Heb.i. Oēs ſunt adminiſtratorij ſpūs in miniſteriū miſſi propter eos q̄ hereditatē capiunt ſalutis. Inter hos aūt angelos miſſos circa homīes precipuum eſt miniſteriuꝫ beati michaelis. ideo hic maior eſt in regno celorum.

Hic maior eſt in regno
- Archangelorum.
- Patriarcharum.
- Prophetarum.
- Xpianorum.
- Paganorum.
- Electorum.
- Sanctorum.

Primo ſanctus michael

eſt maior in regno archangelorū. Unde cātat eccl̄ia. Collaudem9 venerantes oīes celi milites: ſed precipue pmatē celeſtis exercitus michaelem. Computatur eīm in ordine pncipatuū. de quo ordine ſanctus Tho. pma parte. q. cviij. arti. xv. dicit ſic. Principari vero vt Greg. dicit. Eſt inter reliquos priorem exiſtere quaſi pmi ſint in executōe eorum que imperantur. Et ideo Dionyſius dicit. ix. c. celeſtis ierarchie. Q2 nomen pncipatuū ſignat ductiuum in ordine ſacro. Illi eīm qui alios ducunt primi inter eos exiſtētes: pncipes proprie vocantur. ſm illud pš. Preuenerunt pncipes coniuncti pſallentibus. ſm Greg. autem archangeli dicuntur ex eo ꝙ pncipantur ſoli ordini angelorum. quaſi magna nunciantes. Principat9 autē dicuntur ex eo ꝙ pncipantur oīibus celeſtibus pncipib9 diuinas iuſſiones explentibus. Executio eīm angelicorū miſteriorū cōſiſtit in annūciando diuina. In executione aūt cuiuſlibet actus ſunt quidā quaſi incipientes actionē ⁊ alios ducētes ſicut in cātu precentores: ⁊ in bello illi qui alios ducunt ⁊ dirigunt. ⁊ hoc ptinet ad principat9. Alij vero ſunt qui ſimplicit exequunt. ⁊ hoc pertinet ad angelos. Alij ꝟo medio modo ſe habent qd̄ ad archangelos pertinet. Principatus ergo ſunt pmi in executōe diuinorū miniſteriorū. vtpote preſidentes gubernationi gentiū ⁊ regnorū qd̄ eſt pmū preceptuꝫ in diuinis miſterijs. Nam bonuꝫ gentis eſt diuini9 ꝙ bonū vni9 hoīs. Prim9 ergo ordo poſt dn̄ationes dicit pncipatuū qui etiā bonis ſpiritib9 pncipat. vt Greg. exponit. hec Tho. Sanctus mihael in prelio habito cū lucifero. fuit dux ⁊ princeps. Unde vicit luciferū cū angelis ſuis ⁊ de celo in hunc aerem caliginoſum ⁊ in pfundū abyſſi tandē deiecit: Uñ cantat eccl̄ia. Michaelē in ꝟtute conterentē zabulon. De iſto prelio dicit Apoc. xiiij. Et proiect9 eſt ille draco magn9 ſerpens antiquus q̄ vocatur diabolus ⁊ ſathanas. proiect9 eſt in terra: ⁊ angeli ei9 cuꝫ eo miſſi ſunt. Non eīm pmiſſuꝫ eſt eis habitare in ſupiori parte aeris: q2 locus lucidus eſt ⁊ clarus. nec in mūdo nobiſcū. q2 nimis nos ſuis temptationib9 infeſtarent. Sed in medio aeris vt dū ſurſuꝫ reſpiciunt ⁊ vidēt gloriā quā amiſerunt: inde dolorē habeant. Et dum inferi9 proſpiciunt ⁊ vident hoīes illuc aſcendere vnde ipi ceciderunt inde inuidia torqueantur. Unde Eph. vi. Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnē ⁊ ſanguinem: ſed aduerſus principes ⁊ poteſtates tenebrarum harum contra ſpiritalia nequitie in celeſtibus. Et ſic michael eſt maior in regno archangelorum.

Secūdo ſanctus michael

eſt maior in regno patriarcharū. Unde ſan
ctus Tho parte.i.q.cxiij.dicit ſic. Ad bonū
operandū duo cōcurrunt. Primo quidem
ꝙ affectus inclinet ad bonum qđ quidē fit
in nobis per habitū ꝟtutis moralis. Secū
do ꝙ ratio inueniat congruas vias ad per⸗
ficiendum bonū virtutis.qđ quidē phs at⸗
tribuit prouidentie. Quantū ergo ad pͥmū
deꝰ hoīem cuſtodit imediate infundendo ei
grām ⁊ ꝟtutes. Quantū ad ſecundū deꝰ
cuſtodit hoīem ſicut vlis inſtructor:cuiꝰ in⸗
ſtructio peruenit ad hoīes mediantibꝰ an⸗
gelis. Cuſtodia aūt humane multitudinis
ad ordinē pͥncipatuū pertinet. Unde ⁊ mi
chael vnꝰ de pͥncipibus dicit. Daniel.x. In
feriores aūt angeli exercent officiū ſuperio⸗
rum:inꝗtum aliquid de dono eoꝝ partici⸗
pant ⁊ ſe habent ad ſuꝑiores ſicut executo
res virtutis eoꝝ. Homo enī in ſtatu innocē
tie non patiebat aliqđ periculum ab interi⸗
ori:qꝛ interiꝰ erant oīa ordinata:ſed immi
nebat ei periculū ab exteriori ꝓpt inſidias
demonū vt rei ꝓbauit euentꝰ.⁊ ideo indige
bat cuſtodia angeloꝝ. Etiam angeli ꝗ ſub⸗
uerterunt ſodomā percuſſerunt ſodomitas
cecitate vel aurſia:vt hoſtiū domus inueni
re non poſſent. vt dicitur Geñ.xix. hec tho.
In hoīe potentia operatiua ſepius impe
ditur ne exeat in opus ꝓpter mūdi oppreſ⸗
ſionem. Joh.xvi. In mūdo preſſuram habe
tis.ſed iſtud impedimentū remouent prin⸗
cipatus ꝗ faciūt nos mūdanis oībꝰ pͥnci
pari. Hoc ſignificatū eſt Geñ.xxxij. vbi cū
iacob eſau valde timeret angelos ſibi obui
os habuit.ipſum adiuuare paratos. Et ait.
Caſtra dei ſunt hec. Tunc angelꝰ tria bona
iacob dedit.qꝛ ipm cōtra eſau conſtantē fe⸗
cit.iſrael nomen ei impoſuit ⁊ neruū femo⸗
ris eius percuſſit ⁊ emarcuit. Hec aūt oīa
ſpectant ad pͥncipatꝰ in quoꝝ ordine primꝰ
eſt michael qui mandauit angelo vt diceret
agar ancille ꝙ ad dñam ſuā rediret ⁊ ſe ei
humiliaret. Geñ.xvi.⁊c.

Tertio ſanctus michael

eſt maior in regno ꝓphetarū:qm̄ ꝓphetica
reuelatio fit ꝑ angelos. Uñ ſanctus Tho.
ſcđa ſcđe.q.clxxij.arti.ij. dicit ſic.ſicut apl's
dicit Rom.xiij. Que a deo ſunt ordinata ſūt
habet aūt hic diuinitatis ordo.ſicut Diony
ſius dixit,vt infima ꝑ media diſponat. An⸗
geli aūt medij ſunt inter deū ⁊ homines.vt
pote plus participantes de perfectiōe diui
ne bonitatis ꝙ hoīes. Et ideo illuminati
ones ⁊ reuelationes diuine a deo ad hoīes
per angelos deferunt. Prophetica autē co⸗
gnitio fit ſm illuminationē ⁊ reuelationem
diuinā Unde manifeſtū eſt ꝙ fiat ꝑ ange⸗
los. Dicit enī Diony.iiij.c.celeſtis ierarchie
Diuinas viſiones gl'ioſi patres noſtri ade⸗
pti ſunt ꝑ medias celeſtes virtutes.hec tho.
Sanctꝰ michael fuit pͥnceps ſynagoge. ſm
qđ dicit Dañ.x. Nemo mihi adiutor eſt niſi
michael pͥnceps veſter. Circa quā fecit ꝗtu
or. Primo miranda. Nam ipſe fuit ille an⸗
gelus qui plagas egyptijs intulit:qui mare
diuiſit:qui in colūna ignis ⁊ nubis ppl'm iſ
raeliticū anteceſſit:qui in terrā ꝓmiſſionis
hebreos introduxit. Secūdo ſtupēda. Sci
ens enī diabolꝰ iudeos ad idolatriā prom⸗
ptos eſſe volebat corpꝰ moyſi honorifice ſe
pelliri vt iudei ſuas idolatrias ibi exercerēt.ſꝫ
michael victoriā obtinuit qꝛ moyſi corpus
ab oībꝰ abſcondit. Uñ in canonica iud.i.
ca.dicit. Cum michael archangelus cū dia⸗
bolo diſputans altercaret de moyſi corpore
non eſt auſus iudiciū inferre blaſphemie.ſꝫ
dixit. Imperet tibi deꝰ. Forte etiā iſta alter⸗
catio fuit qꝛ diabolus dicebat ſe in moyſe ꝓ
pter pctm̄ ad aquas contradictōis aliquod
ius habere. Sed cū michael culpam ſibi re⸗
miſſam aſſereret ⁊ diabolus adhuc inſtaret
michael dixit. Imperet tibi deus. Tertio ꝓ
tegenda. Nam cū ſyri obſiderent ciuitatem
ſamarie:dixit Helyſeus. Plures nobiſcum
ſunt ꝙ cū illis:⁊ loquebat de angelis quo
rum pͥnceps erat michael:qui ꝑcuſſit ſyros
cecitate:quos helyſeus duxit in ſamariam.
vt habet.iiij. Reg.vi. Quarto adiuuāda.
Dicit enī Dañ.x. Ex perſona gabrielis ar⸗
changeli princeps regni perſarū reſtitit mi⸗
hi.xx.vno diebꝰ. Et ecce michael vnꝰ de pͥn
cipibꝰ pͥmis venit in adiutoriū meum. Su⸗
per quo ſanctꝰ Tho.parte.i.q.cxiij.arti.viij.
dic ſic. Hieroñ.exponēs hec ꝟba dicit pͥnci⸗
pem regni perſarū eſſe angelū qui ſe oppo⸗
ſuit liberationi ppl'i iſraelitici,ꝓ quo Daniel
orabat. Gabriel preces deo pſentāte. Hec
aūt reſiſtentia potuit fieri quia pͥnceps ali⸗
quis demonū iudeos in perfidē ductos ad
pctm̄ induxerat: per qđ impedimentū pre⸗
ſtabatur orationi danielis ꝓ eodem ppl'o
deprecantis. Sed ſm Grego.li.xvij.mora.
Princeps regni perſarū fuit bonꝰ angelus

cuſtodie illi⁹ regni deputat⁹. Ad videndu3 ergo qualiter vn⁹ angel⁹ alteri reſiſtere niti tur conſiderandū eſt ꝙ diuina iudicia circa diuerſa regna ⁊ diuerſos hoīes per angelos exercentur. In ſuis aūt actionib⁹ angeli ſm diuinā ſententiam regulanṫ. Contigit aūtē quandoqꝫ ꝙ in diuerſis regnis vel in diuerſis homib⁹ contraria merita vel demerita inueniunṫ vt vnus alteri ſubdatur: aut pſit. Quid aūt ſup hoc ordo diuine ꝓuidētie habeat: cognoſcere non poſſunt niſi deo reuelante. Vn̄ neceſſe habēt ſup his diuinā ſapientiam conſulere. Sic ergo inqꝫtum de cōtrariis meritis ⁊ ſibi repugnātib⁹ diuinā cōſulunt voluntatē reſiſtere ſibi inuicē dicuntur. Non quia ſint eoꝝ contrarie volūtates cu3 in hoc oēs concordent qḋ dei ſentētia impleaṫ: ſed quia ea de quib⁹ conſulūt ſunt contraria, hec Thomas.

Quarto ſanctus michael

eſt maior in regno xp̄ianoꝝ. Nam vt dicit ſanct⁹ Tho. parte. i. q. xi. ar. i. Ad fidē duo concurrūt. Primo quidē habit⁹ intellect⁹ quo diſponiṫ ad obediendū voluntati tenēti in diuinā veritatē. Intellect⁹ eīn aſſentit v̈itati fidei nō quaſi cōuict⁹ rōne: ſed q̄ſi imperat⁹ a volūtate. Nullus eīn credit niſi volens. vt Aug. dicit. Et qꝫtū ad hoc fides eſt a ſolo deo. Eph. ij. Gratia eſtis ſaluati ꝑ fidē ⁊ nō ex vobis: dei eīn donū eſt. Secudo requiriṫ ad fide3 ꝙ credibilia ꝓponanṫ credenti. ⁊ hoc quidē per hoīem fit ſm ꝙ fides eſt ex auditu. vt dṙ Rom. x. ſed pncipaliter per angelos ꝑ quos hoīb⁹ reuelanṫ diuina. Vn̄ angeli aliqd operanṫ ad illuminationē fidei: ⁊ tn̄ hoīes illumināṫ ab angelis nō ſolū de credendis ſ3 etiā de agēdis. ſm ꝙ Diony. ꝓbat. iij. c cel. ierar. ꝙ reuelatōes diuinoꝝ ꝑueniūt ad hoīes mediantib⁹ angel̄ hec tho. Sanct⁹ michael inſtruit eccl̄iam dei de credēdis qḋ p3 ex q̄ttuoꝝ. Prīo q2 ē pnceps eccl̄ie xp̄i. Poſt ꝙ eīn iudea dn̄3 crucifixit: michael fact⁹ ē pnceps eccl̄ie. Vn̄ refert Ioſeph⁹ ꝙ audite ſūt voces angeloru3 dicentiū. Tranſeam⁹ ab his ſedib⁹. Etiā ipe ſolus inṫ ſanctos angelos aciei xp̄i ſignifer eſt. ſm qḋ cantat eccl̄ia. Signifer ſanct⁹ michael repſentet eas in lucē ſanctā. Et iterū. Dū ſacrū miſteriū cerneret iohes archāgel⁹ michael tuba cecinit. Dign⁹ es dn̄e de⁹ nr̄ accipe librū ⁊ ſoluere ſignacula ei⁹. Et ſumitur Apoc. v. vbi dṙ. Vidi angelū fortē p̄dicātem voce magna. Quis eſt dign⁹ aperire librū ⁊ ſoluere ſignacula ei⁹ ⁊c. Secūdo q2 eſt inſtructor eccl̄ie. Quicqd eīn v̈tutꝭ: iuſticie: miſericordie: ⁊ obſeruātie legis xp̄i eſt in nobis. vt dic̄ Greg. Ab inſtructōe michael̄ pcedit. Vn̄ iſte ē ille angel⁹ q̄ ligauit diabolum ꝑ annos mille: vt nō ſeducat eccl̄ia3 donec ꝯſūmanṫ mille ānī. vt dṙ Apoc. xij. Iſte eſt ille angel⁹ q̄ cū magno exercitu angeloꝝ diuinis intereſt miſteriis in altari cū hoſtia ꝯſecraṫ. Iſte ē ille angel⁹ q̄ ſipontinis victoriā dedit: ⁊ ꝯtra aduerſarios oīa elemēta pugnare fecit. Terrā: q2 mōs gargan⁹ ꝯtremuit. Aerē: q2 caligo tenebroſa totū montē obduxit. Ignem quia fulgura crebra volabāt. Aquā. vn̄ cantat eccl̄ia. Cōcuſſu3 eſt mare ⁊ ꝯtremuit terra. vbi archangel⁹ michael deſcendebat de celo. Et hec pugna vocaṫ victoria ſcī michaelis q̄ celebraṫ. viij. Id⁹ Maij Rome aūt eodē die celebraṫ apparitio ſcī michaelis. q2 eodē die apparuit michael archangelus btō Grego. pape. tergēs gladiū a peſte inguinaria quā de⁹ romanis immiſerat. Tertio q2 eſt deſtructio antichriſti. ſicut eīn dic̄ glo. ſup illō Apoc. xiij. Vidi vnū de capitibus ei⁹ occiſum: antichriſt⁹ mortuū ſe finget ⁊ ꝑ triduu3 latēs poſtea apparebit dicēs ſe ſuſcitatū. Et ferentib⁹ eu3 demonibus in aere aſcendet: ⁊ vniuerſis mirantib⁹ adorabunt eū. Tandē dū ſtabit in papilione ſuo in mōte oliueti michael ipm̄ occidet vt dic̄ glo. ſup illud. ij. Theſſal̄. ij. Quē deus interficiet ſpū oris ſui. Quarto q2 eſt conductor iudicii: q2 ad vocē ipius oēs reſurgem⁹. ſm illud. i. Theſſal̄. iiij. Ipe dn̄s in iuſſu ⁊ in voce archangeli: ⁊ in tuba dei deſcendet de celo. ⁊ mortui qui in xp̄o ſunt reſurgent primi. Etiam in die iudicii crucem: clauos: lanceam: ⁊ coronam ſpineam chriſto preſentabit: vt oēs agnoſcant ꝙ iuſte iudicentur.

Quinto ſanctus michael

eſt maior in regno paganoꝝ. Unde ſanct⁹ Thomas parte. i. q. cxij. arti. iiij. dicit ſic. Sicut infideles nō priuantur interiori auxilio naturalis rationis. Ita etiam non priuanṫ exteriori auxilio toti nature humane diuinitus conceſſo. ſc3 cuſtodia angeloꝝ per quā ⁊ ſi non inueniantur qꝫtu3 ad hoc ꝙ vitā eternam bonis operibus mereantur: quia infideles etiam interdum bona faciūt: ſed non bene. q2 non recta intentione faciūt quoniā

fides intentionem dirigit.vt Aug᷒.dicit.Iuuãtur tamẽ ꝙtuꝫ ad hoc ꝙ ab aliquibꝰ malis retrahũtur quibꝰ ſibiipſis ⁊ alijs nocere poſſunt.hec Tho. Sciendũ ꝙ michael archangelus plura ſigna oſtẽdit infidelibꝰ quibus poterant deuꝫ verum cognoſcere ⁊ ab idolatria ſua ceſſare. Prĩo tempe abrahe quẽ vnũ verũ deũ predicando iactauerunt in ignẽ.ſed michael archangelus ipm liberauit.de hur.i.igne caldeoꝝ.Geñ.xv. Secundo tempe moyſi imolato agno in egypto ſignatꝗ eius ſanguĩe domibꝰ hebreoruꝫ michael archangelus veniẽs ꝑcuſſis egyptiorum primogenitis.poſt graues plagas in mari ſubmerſit pharaonem ⁊ exercitũ eius

Tertio tempe iudicũ debellatis.xxxij.regibus chananeoꝝ per ioſue dirutis muris ierico ad ſonum tubarum.Ioſue.vi. Percuſſis centũ viginti milibꝰ bellatoꝝ per gedeonem.⁊ trecentos viros comites eiꝰ.Iudicũ vij. Proſtratis mille viris cum mandibula a fine per ſamſonem.Iudic.xiiij. Percuſſis philiſteis i ſecretiori parte nature.q2 archã dñi irreuerent̃ tractauerunt.i.Reg᷒.v. Michael eis demonſtrauit viam veritatis quã ferre neglexerũt. Quarto tempe regũ.Michael percuſſit centumoctogintaqꝫ milia viroꝝ qui venerũt cũ ſenacherib rege aſſiriorum vt ꝓphanarent templũ.iiij.Reg᷒.xix. Etiã percuſſit centũ milia pedites de ſyris qui venerant cũ benadab contra populum dei.iij.Reg᷒.xx.Vbi ergo ſunt dij eorum in quibꝰ habebant fiduciã.cur eis nõ ſunt opitulati ⁊ in neceſſitatibꝰ nõ ꝓtexerunt:Hec ſigna demõſtrauit ſanctꝰ michael vt colerẽt vnũ verũ deum:ſed noluerunt.

Sexto ſanctus michael

eſt maior in regno electoꝝ.Vñ cãtat ſancta mater eccl'ia. Archangele michael cõſtitui te ꝑncipẽ ſuꝑ oẽs aĩas ſuſcipiendas.Habꝫ eñ officiũ ponderandi.ꝓpterea in eccleſijs pingit̃ ponderans animas.Dicit̃ eñ Dañ.v. Appẽſus es in ſtatera ⁊ inuentꝰ es minꝰ habens. Sunt eñ quattuor differentie animaruꝫ.Quedã ſunt vacue que nulla ſecum merita portauerũt. Iſtas appendet ⁊ dicet Appenſus es in ſtatera ⁊ inuentꝰ es nihil habens. Quedam ſunt ſemiplene:que aliq̃ bona fecerunt:ſ tepide ⁊ negligẽter. Iſtas ponderabit ⁊ dicet. Appenſus es in ſtatera ⁊ inuentꝰ es minus habens. Quedaꝫ ſunt plene que multa ſecum merita portauerunt Iſtas ponderabit ⁊ dicet. Appenſus es in ſtatera ⁊ inuentus es ſatis habens. Quedam ſunt ſuperplene que nõ tantũ ꝑcepta ſed etiam conſilia ſeruauerunt. Iſtas ponderabit ⁊ dicet. Appenſus es in ſtatera et inuentus es multũ habens.

Septimo ſanctus michael

el eſt maior in regno ſanctoꝝ. Habet eñ officiũ deportandi cũ ceteris angelis ſibi ſubiectis animas in paradiſum. Vnde cantat eccleſia. Venit michael archangelus cum multitudine angeloꝝ.cui tradidit deꝰ aĩas ſanctoꝝ vt perducat eas in paradiſum exultationis.Data eſt poteſtas archangelo michaeli ſuꝑ animas ſanctoꝝ. Portat eñ eas valde reuerẽter:q2 nõ humeris ſed manibꝰ.ps.In manibꝰ portabunt te. Portat valde diligent̃ quia ab omĩbꝰ offendiculis defendit. Ibidem. Ne forte offendas ad lapideꝫ pedem tuuꝫ. Portat valde gaudenter:quia cũ canticis ⁊ iubilationibꝰ. Eſa.lv. In leticia egrediemini ⁊ in pace deducemini. Portat valde humiliter:q2 pauperes ⁊ mẽdicos non contẽnit. Luc.xvi. Factum eſt vt moreretur mendicus ⁊ portaret̃ ab angelis in ſinu abrahe. quia ſecure ergo ſunt anime que talẽ portitorem.ſicut aliquãdo ſocius in itinere aliuꝫ portat:nõ humeris ſ ſolacijs.Eſa.lv. Mõtes ⁊ colles cantabũt coram vobis laudem ⁊ omĩa ligna ſiluaruꝫ plaudent manu.i.angeli maiores ⁊ minores:quoꝝ orões perducant nos ad regna celoꝝ.Amen.

In feſto aſcenſionis dñi Ser.xxxiij.

In diẽbus illis ieſus

v eleuatꝰ eſt.Act.i.⁊ in ep'la hodierne ſolẽnitatis.Ioh.xx.dixit ieſus. Aſcendo ad patrẽ meũ ⁊ patrẽ veſtrũ deũ meũ ⁊ deuꝫ veſtrũ. Super quo moueo talem q̃ſtionẽ. Vtruꝫ aſcenſio xp̃i in celum qua cũ patre in eternũ regnaturus naturaꝫ humanã attraxit:fuerit nobis vtilior ꝙ ſua ꝑſentia corporalis quã a nob̃ ſubtraxit: Apparet alicui ꝙ nõ:⁊ ꝓpter ipm ⁊ ꝓpt̃ nos.

montana celorum. Recte em̄ beata virgo dicitur celum.ꝓpter ſui amplitudinem. q̄m habuit amplum affectum ad diligendū.amplum vterum ad deum capiendum.amplum intellectum ad cognoſcendum. amplum ſinum ad compatiendum.Eccleſ.xxiiij.Ego mater pulchre dilectionis ⁊ timoris ⁊ agnitionis ⁊ ſancte ſpei. Siquidem amplitudo caritatis ampliauit eius affectum. Ideo dicitur. Mater pulchre dilectionis. Amplitudo diuinitatis ampliauit eius vteruꝫ. Ideo dicitur. Et timoris. Per hoc em̄ eſt demonibus valde terribilis.amplitudo ſapientie ⁊ veritatis ampliauit eius intellectum. Ideo dicitur. Et agnitionis. Amplitudo pietatis ampliauit eius ſinum. Ideo dicitur. Et ſancte ſpei. Unde Bernar. dicit ad beatā Mariam ſicut ad medium.ſicut ad cauſam rerū omniū. ſicut ad negocium ſeculorum reſpiciūt vniuerſi ⁊ qui habitant in celo. ⁊ qui in inferno.⁊ qui nos preceſſerunt. ⁊ qui nos ſequentur.⁊ nati natorum ⁊ qui ab illis naſcentur. Qui in celo ſunt vt reſtaurentur. Qui in inferno vt eripiantur. Qui preceſſerunt ꝓphete vt fideles inueniantur. Qui ſequuntur:vt glorificentur.hec ille. Dicitꝯ autem beata v̄go celū ꝓpter quattuor. Primo quia eſt ſol. Canti.vi. Electa vt ſol. Sicut em̄ ſol tres planetas ſupra ſe. ⁊ tres habet infra ſe.⁊ ipſe eſt medius. Sic beata virgo habet ſupra ſe tres in trinitate perſonas ⁊ infra ſe tres ſtatus ſaluandoruꝫ.ſ.virginū continentiuꝫ ⁊ coniugatoꝝ:⁊ ipſa eſt in medio conſtituta.vt ipſam beatam trinitatem reconciliet tribus ſtatibus ſaluandorum. Eccleſ.xxvi. Sicut ſol oriens in mundo:in altiſſimis dei. Secundo quia eſt luna. Canticoꝝ.vi. Pulchra vt luna. Eſt enim pulchra vt luna in ſui principio:quoniam fuit in vtero ſanctificata. ⁊ in ſui medio.quoniam fuit ſancte conuerſata. cuius cogitationes ſemper fuerunt ſancte:cuius affectiones ſemper fuerunt munde. cuius operationes ſemper fuerunt recte. Tertio quia eſt ſtella. Nume.xxiiij. Orietur ſtella ex Jacob. Eſt enim ſtella: quia in ea nullus fuit caſus nec error. Inter apoſtolos enim fuit caſus peccati.aut per infirmitatem mundanaꝫ.ſicut in Petro q̄ timore mortis chriſtū negauit.aut per ignorantiam.ſicut in Paulo qui dicit. Ignorans feci in incredulitate. aut per maliciam. ſicut in Juda qui dilexit maledictioneꝫ:⁊ venit ei. Beata virgo nullo iſtorum modorum cadere potuit. que dicit. Eccleſ.xxiiij. In me omnis gratia vite ⁊ veritatis. In me omnis ſpes vite ⁊ virtutis. Non enim cadere potuit per maliciam. Quia erat fundata ſuper altitudinē diuine

gratie. Ideo dicit. In me omnis gratia vite.
Nec per ignorantiā. qꝛ erat fundata ſuper al-
titudinē diuine noticie. ideo dicit. Et verita
tis. Nec p̄ infirmitatem. qꝛ erat fundata ſup
altitudinē diuine potētie. Ideo dicit. In me
omīs ſpes vite ꝛ virtutis. Quarto qꝛ ē au-
rora. Cant. vi. Iſta pgreditur quaſi aurora
cōſurgens. Nam fulſit in ea lux aurore. quā-
do ſpūſſanctus eam ſanctificauit. qꝛ tūc tene
brā originalis peccati ab ea abſtulit. ij. Reg.
xxiij. Lux aurore oriente ſole mane abſq̄ nu
bib⁹ rutilat. Aurora autē ſemp creſcit donec
diem pfectū faciat. Sic btā virgo poſt ſuam
ſanctificationē in vtero ſemp creuit in mūdo
Prouerb. iiij. Semita iuſtoꝝ quaſi lux ſplen
dens. pcedit ꝛ creſcit vſq̄ ad perfectū diem.
Ipſa eñ fuit lux ſplendens in ſanctificatiōe
pceſſit in ſpūſſancti ſupuentione. Creuit in
filij cōceptiōe. Facta eſt perfecta dies in ſui
glorificatione. Et ſic patet ꝛc̄.

Quarto Maria abijt in
mōtana Patriarcharū. Omēs grās ꝛ excel-
lentias quas habuerūt patriarche. Quibus
deo fuerūt accepti. multo excellenti⁹ habuit be-
ata virgo vt pꝫ. Primo Adam tanq̄ pm⁹
parēs humani generis habuit donū iuſticie
originalis p quā fuit in innocentia creatus.
Beata virgo habuit ſolē ꝛ fontē iuſticie per
quē nocentes ꝛ pctōres ad ſtatū ſempiterne
innocentie pducūtur. Adam cito p pctm̄ per
dita iuſticia de paradiſo cecidit. quo caſu to-
tam poſteritatē corrupit ꝛ ad mortē cōdem-
nauit. Beata virgo de maſſa corrupta cōce-
pta tantā gratie efficaciā obtinuit. vt pſerua-
ta innocētia ipſam vitam de celo traxerit ad
terrā. p quā oībus credentibus vita ppetua
ꝛ innocentia cōdonaretur. Adam ppter in-
obedientiam maledictionē pmeruit. Beata
virgo ppter obedientiam maledictionē illaꝫ
in benedictionē cōmutauit. Secundo abel
virginitatē ꝛ martyrium a dn̄o obtinuit p-
pter que primus iuſtus a xp̄o vocat⁹ eſt. ad
quem reſpexit deus ꝛ ad munera ei⁹. Gene.
iiij. Sed virginitas ei⁹ fuit infecūda. ꝛ marty
rium ei ſoli pfuit. Beata virgo longe excellē
tiorem habuit virginitatē. qꝛ cū fecūditate in
cōcipiendo deum ꝛ hoīem ꝛ excellenti⁹ mar-
tyrium eius fuit. Luce. ij. Tuam ipſius aīam
pertranſibit gladius. ſ. paſſionis Jeſu chriſti
Tertio Enoch qui cuꝫ deo ambulauit: ꝛ no
men dn̄i inuocauit. tandē in paradiſum trāſ
latus eſt. Beata virgo nō ſolum nominis dei
noticiam habuit: ſed deus ipſe ſe totum eidē
viſibilem ad cognoſcenduꝫ pariterq̄ palpā-
dum prebuit per quam nomen dei in vniuer
ſum orbem eſt mirabiliter diffuſum. q̄ abſq̄
deo quem mente ꝛ ventre geſtabat: ambula
re nequibat. in cuius vterum velut in paradi
ſum tranſtulit ſe ipſe deus. Quarto Noe. de
quo pphetice dictū eſt. Ipſe pſolabitur nos
ab operib⁹ manuū noſtrarū in terra cui ma-
ledixit dn̄s. Beata virgo conſolata eſt totū
genus humanū que genuit dn̄m oīm conſo-
latorem. In maſſa carnis humane ſubiecte
maledictioni cōcupiſcentie ſola virgo produ
xit fructum vitalis germinis. per quē liberati
ab errore idolatrie quo manuū noſtrarū ope
ra colebamus: celeſtem cōſolationem accepi
mus. qui cōſolatur nos in omī tribulatione
noſtra. mira pietate ꝛ miſericordia ſua ꝛc̄.
Quinto Melchiſedech rex ꝛ ſacerdos ob-
tulit Abrahe panē ꝛ vinū. Beata virgo ob-
tulit verbo diuino carnē ꝛ ſanguineꝫ in que
panis ꝛ vinum ſubſtantialiter in ſacramēto
conuertuntur. Sexto abrahe promiſit deus
q̄ ex eo egrederetur in quo omēs gentes be
nedicerētur. Beata virgo illud ſemen ſanctiſ
ſimuꝫ ex ſe pduxit. p qd̄ in eternū benedicti-
onem vniuerſi orbis deduceretur. Gal. iij.
Abrahe dicte ſunt pmiſſiōes et ſemini eius
ꝛc̄. Septimo Iſaac ſua orōne ipetrauit con
ceptu Rebecce. que cōcepit geminos. ꝛ ex il
lis duo populi orti ſunt. quoꝝ maior ſeruiret
minori. Beata virgo ſua humilitate cōcepit
xp̄m: gemine ſubſtantie. ſ. diuine ꝛ humane
nature qui duos populos iudaicum ꝛ genti-
lem in vnā fidem collegit. Sed iudaicus po-
pulus ſua perfidia reprobatus. ſeruit gentili
populo tanq̄ maior minori. Octauo Jacob
vidit ſcalam cuius cacumen celum tangebat
ꝛ dn̄m innixum ſcale. ꝛ angelos deſcenden-
tes ꝛ aſcendentes p eam. Beata virgo recte
dicitur ſcala trium graduū. ſ. humilitatis. vir-
ginitatis ꝛ charitatis. cui dn̄s eſt innixus p
incarnationē. Luce. i. Dn̄s tecū. p quā tanq̄
p mediū deſcendūt angeli: ꝛ aſcendūt hoīes
predeſtinati. Nono Joſeph pro ſalute fra-
trum ſuorum deſcendit in egyptum. vt tem-
pore famis ſua pvidentia frumenti copiam
diſtribueret. Beata virgo in mundo orta eſt
vt ſalutem generi humano afferret. ps. Ope
ratus eſt ſalutem in medio terre. vt tēpore fa
mis grē corpus xp̄i deuota cōione. velut fru
mentum toti mūdo ſaturitatē cōferret ꝛ mi-
niſtraret. Decimo Moyſes factus magn⁹

in terra egypti liberaui populū iſrael de manu pharaonis p ſanguinē agni. Btā virgo verum agnum ⁊ immaculatū genuit ex ſuo puriſſimo ſanguine: quē xp̄s in precium redēptionis humani gn̄is in cruce deo pr̄i perſoluit. Undecimo Joſue ſolem in medio celi ſtare iuſſit. vt Gabaon confligeret. Beata virgo verum ſolem iuſticie in medio vteri ſui nouē menſibus ſtare ꝓmeruit. vt diaboli dominiū auferret. ſm̄ illō pſ. Suſcepimus deus miſericordiā tuā in medio tēpli tui ⁊c. Duodecimo Gedeon rorem in ſolo vellere cōſpexit. terra ſicca manente. btā virgo celeſtē imbrē .ſ. verbū dei in vellere .i. in virginali vtero ſuo ſuſcepit. ⁊ terra .i. caro eius integra ⁊ immaculata vicio cōcupiſcētie carens ꝑmanſit pſ. Deſcendet ſicut pluuia in vellus. Decimotertio Samſon ſanctificatus in vtero tanto ardore mulieres dilexit: vt etiam ſciēter in ſinu vnius accubās ſe morti expoſuit. Beata virgo amore caſtiſſimo deū ad ſe attraxit. in cuius ſinu humanitatē noſtrā ſuſcepit vt p oībus hominibꝰ innocenter moreref. Decimoquarto Dauid plus in celo ꝙ in terra habitās. amore mulieris ad philiſteum acceſſit intrepidus: ducentis preputijs aliā emit ꝓpter aliam virum ſanctū occidi mandauit. in ſinu ſpecioſe iuuencule. omi caſtitate ſeruata tandē obdormiuit. Beata virgo ſua caritate deū fortiſſimū in certamen cōtra diabolū ſumpta fundibula noſtre humanitatis iactis qn̄qꝫ lapidibus .ſ. qn̄qꝫ vulneribus adduxit: quē acerrime deuicit ⁊c. Decimoqn̄to Salomon nigram: ſed formoſam adamauit. qui tamen maxima ſapientia floruit. Beata virgo nigra humilitate: ſed formoſa virginitate cuius decorem cōcupiuit dn̄s deus ſapiētiā filij dei in vtero ſuo habitare coegit. cuiꝰ amore delectarꝰ infima noſtra petijt. Decimoſexto Ezechias ſolem .x. gradibus regredi in horologio aſpexit. Beata virgo verum ſolem iuſticie a nouē gradibus angelorum ad decimū .ſ. hominū deſcendere in horologio vteri ſui clare vidit. pſ. Minuiſti eū paulominus ab angelis ⁊c.

Quinto Maria abiit in montana ꝓphetarum.

Hij em̄ qn̄doqꝫ ꝓphetabant de preterito: quandoqꝫ de futuro: qn̄doqꝫ de preſenti occulto. Beata virgo ꝓphetauit de preterito: cum dicit. Suſcepit iſrael puerū ſuū. De futuro cum ait. Ecce em̄ ex hoc beatam me dicent omnes generationes. de preſenti occulto quando Johannē in vtero Elizabeth exultaſſe cognouit. De qua ꝓphetarunt principaliter quattuor ꝓphete. Primo Dauid dicēs in pſal. Viſitaſti terram ⁊ inebriaſti eam: multiplicaſti locupletare eam. Nam deus beatā virginē in annūciatione per angelum viſitauit ⁊ ſalutauit. ſpūſſanctus eam inebriauit: qꝛ gratia ipſam repleuit ⁊ cōfirmauit. filius ipſam locupletauit quādo ex ea carnē aſſumpſit. Secūdo Eſa. ix. dicēs. Ecce virgo concipiet ⁊ pariet filium: ⁊ vocabit nomen eius Emanuel .i. nobiſcū deus. Tertio Jerem. xxxi. dic̄. Nouum faciet deus ſup terrā. mulier circūdabit virū. Homo em̄ circūdat qð ē ſuū ꝓpriū: ⁊ nō alienū. virgo em̄ ſola puerū circundedit. qꝛ tota xp̄i caro fuit ſua ꝓpria. Omnis em̄ figura pficif ex pluribus lineis qꝛ corpꝰ alioꝝ pueroꝝ formaf ex cōmixtione vtriuſqꝫ parentis. In virgine aūt fuit circūdatio. qꝛ circularis forma claudif vna ſola linea. ⁊ corpꝰ xp̄i formatū eſt ex ſola carne virginis incorrupta. Illud etiā qð eſt circūdatū eſt ex om̄i parte clauſum. Sola ḡ virgo circūdedit: qꝛ in ꝯceptione ⁊ poſt partū virgo permāſit. Quarto Zach. xi. dic̄. Aperi libane portas tuas. Libanus interpretaf candidatio: ⁊ ſignificat beatā Mariam que tota fuit candida. Et habet tres portas ſcʒ potentie. ſapientie. ⁊ miſericordie. Quidam em̄ peccāt per infirmitatē. Iſtis aperit portā potentie: dādo eis v̄tutem reſiſtendi Quidā peccat ꝑ ignorantiā. iſtis apit portā ſapie: dādo eis lumen cognoſcēdi. Quidā peccant ꝑ certā maliciā. iſtis aperit portam miſcdie. dādo eis grām penitendi. Aperit em̄ manū ſuā ad largiendū. Prouerb. vlti. Manū ſuā aperuit inopi .i. xp̄o paupi. Cui ſex opera miſcdie exhibuit. Unde Bern. dicit. Beata virgo dei filiū in vtero ſuſcepit. nudū carne vel etiā pānis operuit: eſurientē pauit. ſitientē lacte potauit. Infirmū per infantiam non ſolū viſitauit: ſed etiam om̄ia humana exhibuit. In carcere poſitum .i. crucis patibulo ligatum viſitauit: eius ſepulture interfuit. hec ille. ⁊ ſic patet ⁊c.

Sexto maria abiit in mōtana feminarū.

Nam vt habef .ij. Eſdre .iij. Hoc expreſſerūt illi tres iuuenes doctiſſimi qui ſoluentes qōnem eis ꝓpoſitam quid in rebus eſſet fortius. moti a ſpūſancto. cōue

nienter ſcripſerũt. Primus dixit. fortis eſt
rex iuſticie que tenet hoīem a paradiſo ex=
cluſum. Secundus dixit. fortius eſt vinuȝ
miſericordie letabũde que ſup iuſticiaȝ gra
diens ad incarnandũ deũ diſponit. Ter=
tius dixit. Fortior eſt mulier beata vgo ma
ria: q̄ effectualiter deũ traxit de celo. ⁊ regeȝ
tenet in ſinu. Verũtamen fortiſſima eſt ve=
ritas q̄ de terra orta eſt. ſ. ex vtero tante vir=
ginis: ⁊ celuȝ obſtruſum reſerauit potenter
ſuo ſanguine precioſo in ara crucis in preci
um noſtre redēptionis effuſo. ⁊ per crucis
vexillũ ſuperato humani generis hoſte cru
deli. ecce ꝙ reuerſuri ad ciuitatē Hierlm ter
renā. couenientiſſime ꝓphetātes de illa hie
ruſalem ciuitate celeſti. venerant iuſticiam:
miſericordiā extollunt. Mariā preponunt
altricem ⁊ ductricē regis eterni. Super oīa
vero adorāt veritatē increatā ex regina ce=
loꝝ naſcendā. oīes eñi benedictiōes quas
habuerũt dñe veteris teſtamēti. ſparſim et
ſigillatim hec vna virgo cōplexa eſt velut ro
ſa triginta folijs exornata. Sciendũ ꝙ ſi
cut viri veteris teſtamenti quaſi ſtelle veri
ſolis premonſtrabant ortum ⁊ vitā. Sic om
nes mulieres quomodocũqȝ laudibꝰ attol=
lanť. Marie virginis figurabant virtutes ⁊
mores perfectos. quarũ bñdictiones a deo
illis datas in ſeipſa complectiť. Benedi=
cta fuit in Eua benedictione generationis
materne. illa eñi fuit mater cunctoꝝ in terra
viuentiũ. Hec virgo eſt mater cunctoꝝ celũ
aſcendentium. Matrimoniũ q̄ppe terram.
Virginitas vero reparat celuȝ. Benedicta
fuit in Sarra benedictione gratificationis.
que peperit riſum. Hec gaudiũ genuit in vni
uerſo mundo. Benedicta fuit in Rebecca
bñdictione predeſtinationis. prudenter vē=
dicās bñdictionē Jacob excluſo Eſau. Hec
reprobato antiquo populo hebreoꝝ: popu=
lum xp̄ianoꝝ benedictionibꝰ repleuit. Be
nedicta fuit in Lya bñdictione actionis: cui
ſeptem aſcribunť filij nati. totā miſericordi
am complectens. que ſeptennario numero
integrať. Hec circa xp̄m vniuerſa miſericor
die opera fideliſſime exhibuit. ⁊ circa nos iu
giter exhibet. Benedicta fuit in Rachel
benedictione cōtemplationis. que peperit
augmentũ virtutum in Joſeph ⁊ dolorem
ſeu tedium vite preſentis in Beniamin. hec
in virtutibus profecit copulata Joſeph vi=
ro ſuo: cum quo emiſit votum virginitatis.
vt facilius diuina contemplaretur, fugiens
corruptelam carniſqȝ dolorem auget ⁊ cu=
mulat. Benedicta fuit in Arſeneth benedi
ctione dignificationis. que filia fuit phuti=
pharis ſacerdotis. Hec fuit ex ꝓgenie ſacer
dotali ⁊ regali. que illum cōciperet qui erat
rex ⁊ ſacerdos. ſm ordinem Melchiſedech
pſal'. Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo

Benedicta fuit in Maria ſorore Moyſi
benedictione laudationis. que Pharaone
ſubmerſo canticum dño decantauit. Hec au
tem deuicto hoſte infernali: per incarnatio=
nem verbi canticum dño decantauit dicens
Magnificat anima mea dñm ⁊c. Luce. i.

Benedicta fuit in Ethiopiſſa cōiuge moy
ſi. benedictione dilectionis cui Moyſes de
dit annulum amoris ⁊ memorie. Hec autē
ſignauit matrimoniũ inter luicidiſſimũ deuȝ
⁊ abhominabilem humanam naturaȝ. que
tamen fuit formoſa in virgine Maria. Can
ti. i. Nigra ſum ſed formoſa. Benedicta fu
it in Thamar benedictiōe defenſionis. quā
ſigna donata ab infamia preſeruauerunt.
Huius auteȝ virginis inauditum a ſeculis
partum defendit apud multos ſuſpectum
annulus matrimonij contracti cuȝ ſene. Ar
milla pudicitie comprobate ⁊ virga poteſta
tis diuine. Benedicta fuit in Raab bene=
dictione liberationis. que exploratores he=
breos hoſpitio ſuſcepit. Hec auteȝ honeſta
ſtabularia liberatrix fuit populi non ſui: ſed
futuri. Benedicta fuit in Aſa beneditione
irrigationis. que irriguũ ſuperius impetra=
uit. Hec autem rorē celi obtinuit. Eſa. xlv.
Rorate celi deſuper ⁊ nubes pluant iuſtũ.

Benedicta fuit in Delbora. benedictione
gubernationis. que ſceptrum populi tenuit
Hec autem populum dei electũ ſumma pru
dentia gubernat ⁊ regit. Benedicta fuit in
Jaele. benedictione protectionis. que Siſa
ram clauo defixo in tempora eius occidit.
Hec autem hoſtem antiquũ clauo pruden=
tie ſue necauit. Bñdicta fuit in vxore ma=
nue benedictiōe ſanctificationis. cui angelꝰ
annũciauit ſanctificationē Samſonis. huic
autem annũciata eſt natiuitas ⁊ ſanctifica
tio ſaluatoris. Benedicta fuit in Noemi.
benedictione p̄ſeruationis que cuȝ eſſet a=
maro animo: preſeruata eſt in lege dei. hec
autem iuxta cruceȝ anguſtiata preſeruauit
fideȝ ieſu chriſti. Benedicta fuit in Ruth
benedictione deſponſationis. Que nupſit
Booȝ viro antiquo. Hec autem virgo diui
na diſpenſatione, copulata eſt matrimonio

antiquo Joſeph iuſto. Benedicta fuit in Micol benedictione deportationis. que de feneſtra emiſit Dauid perſecutum a Saul. Hec autem ſpirituali decore aſpectum in ſe trahit diuinū. ⁊ ieſum deſiderabilem in egyptum deportat fugientem perſecutionem Archelai regis iude. Benedicta fuit in Abigail benedictione humiliationis quā Dauid humilem cognoſcens duxit vxorem. Hec autem ſui humilitate facta eſt ſponſa dei dicens. Ecce ancilla dñi fiat mihi ſcdm verbum tuū. Benedicta fuit in Abiſagh. benedictione nutritionis. que antiquū Dauid fouet in lecto ⁊ paſcit. Hec autem antiquū dieruz geſtat in gremio: quē lactat vbere de celo pleno. Benedicta fuit in Anna benedictione conſecrationis. que filiuz ſuū Samuelem cōſecrauit deo ab infantia ſua Hec autem puerum ieſum in medio templi deo offert per Symeonem ſacerdotem.

Benedicta fuit in Anna Tobie bñdictione deuotionis. que bonum maritalis ſocietatis demum intente viduitatis in deuz obſeruauit. Hec autem vtrunq3 omī integritate virginitatis obtinuit. Benedicta fuit in Berſabee benedictione obſeruationis. que regnum impetrauit Salomoni. Hec autez velut fons ex quo oritur ſapientia maior Salomone finem ponit legi date in igne deſerti Uria occiſo. dū ſeruat legem veterem vt terminet: ⁊ ad regē regū tranſit ſub quo fulget lex libertatis ⁊ grē ſ. noui teſtamenti ⁊c. Bñdicta fuit in Thecuite bñdictione mediatiōis. que mediauit inter Joab ⁊ Dauid ꝓ peſſimo Abſalone Hec aūt mediauit inter deum ⁊ hoīem. quē deo reconciliauit.

Bñdicta fuit in Abelana bñdictione ꝓuiſionis. que ſui ſagacitate ꝓuidit ciuitati ſue per decapitatione Sibe. Hec aūt ꝓuidit humano generi per amputationez poteſtatis iniqui ſerpētis. Benedicta fuit in Judith benedictōe gubernationis. que amputauit caput holofernis ꝓ gubernatione pplī ſui. Hec aūt ſine gladio materiali. licet vbo dei gladio ſpūali totū genus humanū mira fortitudine gubernat. Bñdicta fuit in Heſter bñdictione ſupationis. que aman cedentez pplm dei ſuperauit. Hec aūt iuſticie rectitudine diabolū genus humanū inuadentem ſubiugauit. Bñdicta fuit in Sarra tobie benedictione ſanctificationis. cuius ſeptez amatores non caſti a diabolo necati ſunt. Hec autē ſeptē peccata mortalia: mortificauit. Benedicta fuit in Sarrepta vidua bñdictione miſerationis. ꝗ Helyam miſericorditer hoſpitio ſuſcepit ⁊ pauit. Hec autē humanū genꝰ caritatis viſceribꝰ ſuſcepit. Benedicta fuit in Sunamite bñdictiōe redemptionis. ꝗ vaſis oleo plenis ſeipſam a creditoribꝰ mariti redemit. Hec aūt ſue grē plenitudine totū genus humanū ab obligatōe inferni abſoluit. Bñdicta fuit in Machabea felice bñdictione ꝯfortatiōis ꝗ filios ſuos cōfortauit ad penā corporalē ꝓ legis dei defenſione. Hec aūt omēs fideles xpianos cōfortauit ad ſuſtinenda tormenta ꝓ fidei veritate oſtendenda. Ecce quomodo beata virgo roſa paradiſi triginta folijs exornatur. Ut fideliter ei dicere valeamus.

Aue imperatrix angelorum
Maria Dauid ſtirpe nata:
Gratia ⁊ ſalus beatorum
Plena tibi ſoli data.
Dñs rector vniuerſorum
Tecum mater illibata.
Benedicta tu ſplendor honorum
In mulieribus vocata.
Et benedictus eſt o decus morum
Fructus: ꝓles a deo ſata.
Uentris tui fecundans thorum
Jeſus: fac o virgo grata:
Chriſtus nobis ſit iuuamen.
Nunc ⁊ in hora mortis Amen.

Septimo maria abiit in

montana creaturarū. Uñ ipſa dicit Eccle. xxiiij. Quaſi cedrus exaltata ſum in libano ⁊ quaſi cypreſſus in mōte ſyon: ⁊ quaſi palma exaltata ſuz in cades. ⁊ quaſi plantatio roſe in Jericho. Primo btā vgo eſt cedrꝰ in libano. Nam odor cedrorum que naſcuntur in libano fugat ſerpentes ⁊ interficit vermes. ⁊ beata virgo fugat demones: ⁊ extinguit malas cogitationes. Licet enim fuerit pulchra a nullo tamen vnq̄ potuit concupiſci. quia eius puritas corda intuentiū penetrabat: ⁊ motus illicitos extinguebat. Secundo btā vgo eſt cypreſſus in mōte ſyon. Nā cypſſus ē tota medicinalis ſ. i cortice folijs ⁊ fructu. Sic qcqd fuit in vgine fuit medicinale. ſ. cortex. i. exterior ꝯuerſatio ſctā. ⁊ folia. i. vba ſuauia. ⁊ fructꝰ. i. opa fructuoſa. Ab eiꝰ cōuerſatiōe ſuſcepimꝰ ꝯſolationem A vbis eiꝰ deuotā inſtructionē. Ab eiꝰ fructu. i. filio ſaluationē. Tertio btā virgo eſt palma. Nam palma victoriā deſignat. ⁊ per

beatam virginem de omnibus aduerſitatib⁹. tribulationib⁹:ꝛ anguſtijs:ꝛ tēptationibus victoriam reportamus. Quarto btā virgo eſt roſa plantata in hierico.i.creata in mūdo Vñ cantat ſctā mater eccleſia. Uirgo maria nō eſt tibi ſimilis nata in mūdo inter mulieres:florens vt roſa:quam nobis concedat ieſus chriſtus. Amen.

In feſto ſancte Margarete virginis ꝛ martyris. Sermo.xli.

Inuenta eſt vna preciosa margarita.Math.xiij.ꝛ in euāgelio preſentis ſolennitatis. Beatus Hiero.lib.i. cōtra Iouinianū.dicit ſic. Apud iudeos gloria erat in ꝑtubus ꝛ in ꝑturitionibus.ꝛ maledicta ſterilis q̄ non habebat ſemen in iſrael.ꝛ beatus cui⁹ erat ſemē in ſyō.ꝛ domeſtici in hieruſalē ꝛ in benedictione maſculoꝝ ponebaṫ. Nam vxor tua ſicut vitis abūdans in laterib⁹ dom⁹ tue. Filij tui ſicut nouelle oliuarū in circuitu mēſe tue Ecce ſic benedicet homo.hec ille. Sup quo moueo talē queſtionē. Utrū btā margareta inuenerit eternā benedictionē ꝑ virginalis pudicicie incorruptionē. Ad iſtā queſtionē rn̄dent duo doctores noui teſtamēti. Primus eſt btūs Augu.li de bono cōiugali:dicens ſic. Non eſt impar meritū continētie in Iohāne qui nullas expertus eſt nuptias. Et in Abraham qui filios generauit. Illius em̄ celibatus ꝛ iſtius cōnubium ꝓ tēpoꝝ diſtributione xp̄o militauit. hec ille. Secund⁹ eſt beatus Hierony.li.ij.cōtra Iouinianū.dicēſ ſic. Ceterū q̄s ignoret ſub alta diſpenſatiōe dei omēs veteres ſanctos eiuſdē fuiſſe meriti cui⁹ nūc ſunt xp̄iani. Quomō aūt abrahā placuit deo in cōiugio.ſic nunc virgines placent deo in ꝑpetua caſtitate.hec ille. Sciēdum ꝙ virginitas cōmendaṫ quadrupliciṫ. Primo in hebreis legibus.hoc pꝫ p̄mo in viris. Nā Abel qui prim⁹ inter iuſtos a dn̄o cōmendatur.virgo fuit vt Augu.dicit lib.de mirabilib⁹ ſacre ſcripture. Helyas ꝛ Heliſe⁹ ꝛ multi filij ꝓphetaꝝ fuerūt virgines.vt hierony.dicit in ep̄la ad Euſtochiū. Ieremias ac Daniel ꝓpheta dn̄i fuit virgo. Pꝫ ſcdo in mulierib⁹. Nā maria ſoror Aarō fuit vgo q̄ tn̄ ꝓphetauit. Filia Iepte fuit virgo.vt pꝫ Iudi.xi. Et Leuiṫ.xxi. Mandat dn̄s p moyſen:ꝙ ſumm⁹ ſacerdos vxorē nō accipiat viduam:non repudiatam:nō ſordidam:nō meretricem.ſed vxorē accipiat virginē de populo ſuo.ꝛ ibidem mandaṫ ſacerdotibus filijs Aaron ꝙ nō contaminenṫ in mortib⁹ ciuiū ſuoꝝ:niſi tm̄ in conſanguineis ꝛ ꝓpinquis. id eſt patre:matre:filio:filia:fratre et ſorore: q̄ non eſt nupta viro. Secūdo in paganis gentibus. Vñ Hiero.li.i.contra Iouinianū: dicit ſic. Certe Romanus populus quanto honore ſemꝑ virgines habuit. Hinc apparet ꝙ cōſules ꝛ imperatores in curribus triumphantes q̄ de ſuperatis gētibus trophea referebant.ꝛ omnis dignitatis grad⁹ eis de via cedere ſolitus eſt. Referūt fabule athalantam Calidoniam virginē ſemꝑ in venatib⁹. ſemꝑ in ſiluis nō tumentes vteros feminaꝝ faſtidia qꝫ cōceptuū.ſed expeditam ꝛ caſtā amaſſe virtutē. Harpalicem quoqꝫ virginē traciam.inſignis poeta deſcribit.ꝛ reginam volſcoꝝ Camillam quā Turn⁹ cui in auxiliū venerat laudare volens nō habuit q̄d amplius diceret.niſi virginē noīaret. O decus italie virgo. Calchoechos quoqꝫ illa filia Leo virgo ꝑpetua peſtilentia patrie ſcribiṫ ſpontanea morte ſoluiſſe.ꝛ ephiginie virginis ſāguis aduerſos placaſſe ventos. Tertio in ſummis celeſtibus. Unde Hiero.li.p̄mo cōtra Iouinianū dicit ſic. Nuptie terrā replent virginitas paradiſum. Qui em̄ in paradiſo virgines ꝑmanſerunt:eiecti de paradiſo copulati ſunt.eijciūtur de paradiſo:ꝛ qd̄ ibi nō fecerunt in terra faciunt.vt ſtatim a p̄ncipio cōditionis humane.virginitatem ꝑadiſus ꝛ terra nuptias dedicarit. In omni tēpore ſint veſtimēta tua candida. Candor veſtiū ſempitern⁹:virginitatis eſt puritas. Hec ille. Cōpletur etiā.viij. Zacharie de virginib⁹ eccleſie ꝓphetantis. Complebūtur infantib⁹ ꝛ puellis ludentib⁹ i plateis ei⁹. Iſte ſunt virgines de q̄bus in.xliiij.ps. Scriptū eſt. Adducenṫ regi virgines poſt eam ꝓxime eius afferentur tibi in leticia ꝛ exultatione.adducētur in templum regis. Nam in reſurrectiōe mortuorum nō nubēt neqꝫ nubenṫ.ſed ſimiles erūt angelis. Qd̄ angelus in celis.poſtea hoīes futuri ſunt.hoc virgines in terra eſſe cepꝛūt Si angeloꝝ nobis ſimilitudo ꝓmittitur.inter angelos autē nō eſt ſexus diuerſitas.aut ſine ſexu erim⁹.qd̄ angeli ſunt.aut certe qd̄ liquido cōprobaṫ.reſurgentes in proprio ſexu erimus.ſed ſexus nō fungemur officio. Quarto in xp̄m ſequentibus. Unde Hieronim⁹.lib.i.contra Iouinianū:dicit ſic. Legamus Apocalipſim Iohis.ꝛ ibi reperiemus agnum ſuper montem ſyon.ꝛ cū illo.cxliiij.

milia ſignatoꝝ habētia nomē eius ⁊ nomē
patris eius ſcriptum in frontibus ſuis.q̇ can
tant canticū nouū:⁊ nemo pōt dicere canti-
cum illud niſi q̇ empti ſunt de terra. Iſti ſūt
qui cum mulieribus nō ſe coinquinauerunt.
virgines eñi ꝑmanſerūt.Hij ſequūtur agnū
quocūq̧ vadit.Empti eñi ſunt ex omibus ꝑ
mitie deo ⁊ agno.⁊ in ore ipſoꝝ nō eſt inuē-
tum mendacium.⁊ ſine macula ſunt de ſin-
gulis tribubus excepto tribu Dan.ꝑ qua po
nitur tribus Leui.xij.milia virginū ſignatoꝝ
creditura dicunt.qui cū mulieribus nō ſunt
coinquinati.Hi ſunt qui cantant canticū no
uum.qȯ nemo poteſt cantare niſi qui virgo
eſt Hi ſunt primitie dei ⁊ agni ſine macula.
hec ille. Ad hoc aūt vt virginitas debite ſe-
quatur xp̄m verū agnū:oportet ꝙ omīs vir-
go ip̄m in corde ſuo iugiter exaltet quattuor
modis. Primo ſeip̄m humiliando. nam ꝑ
pter defectū humilitatis reprobate ſunt vir-
gines fatue in ſeipſis gloriantes. Mat.xxv.
Ideo dicit ambro.li.de virginitate. Non ſo-
lum predicanda eſt virginitas vt amet. ſed
etiam admonēda eſt ne inſletur. Et Bern̄.
ſup miſſus eſt dicens. Pulcra ꝑmixtio virgi-
nitatis ⁊ humilitatis.nec mediocriter placet
deo anima illa in qua humilitas cōmendat.
virginitatē.⁊ virginitas exornat humilitatē:

Secūdo ieſum xp̄m magnificando. Debet
eñi virgo magnificare deū cū beata virgine
dicens. Magnificat anīa mea dn̄m. Luce.i.
Tale eſt canticum qȯ cantant virgines ſeq̄n
tes agnum.⁊ a nullo alio cantari pōt. Apoc.
xiiij. Tertio ieſum deū cōfitendo nullo mo-
do virgo de ſe cōfidat.ſed meminerit ſe in fi
ctili vaſe theſaurū incomparabilē ferre. Un-
de hiero.in ep̄la ad Euſtochiū dicit. Nolo ti-
bi venire ſupbiam de virginitatis ꝓpoſito.ſꝫ
timorē:onuſta nō incedis auro:latro vitan
dus eſt ſtadium eſt hec vita mortalibus hic
cōtendamus vt alibi coronemur. Nemo eñi
inter ſerpentes ⁊ ſcorpiones tutꝰ ingreditur.
hec ille. Quarto ieſum ſolum honorando.
Ambro.de bono virginitatis dicit. Virgini-
tas nō quia virginitas:ſed qꝛ deo dedicata ē
honoratur. Vn̄ Valeriꝰ li.i.dicit. Cū in tēplo
dee veſte erat quedā virgo pulcherrima no-
mine Emilia que videns ignē extinctū ꝑ ne
gligentiam ſocie deam veſte adorauit.⁊ ora
tione cōpleta:velū qȯ in capite portabat fo-
culo impoſuit:ſtatiq̧ ignis emicuit. Si iſta
virgo tantū illi idolo placuit quantum virgo
xp̄icola deo vero placebit? Hec aūt virgini

tas maxime requirit verecūdiam. Vn̄ Ber.
ſuper cantica.ſermone.lxviij. dicit ſic. Neſcio
an quicꝙ gratius verecundia aduerti in mo
ribus hoīm queat.que eſt oīm ornatus eta-
tum.ſed in teneriore etate ampliꝰ pulcriuſq̧
eniteſcit. Quid amabilius verecundo adole-
ſcente?ꝙ pulcra hec:⁊ ꝙ ſplendida gemma
moꝝ.in vita ⁊ vultu adoleſcētis. hec ille. Eu
ius rōnem aſſignat Valerius.li.iiij.ca.vi.di-
cens. Quia parens eſt omīs honeſta cōſilij.
tutela omniū ſolenniū officioꝝ.magiſtra in-
nocentie.cara ꝓximis. accepta alienis omni
tempore:omni loco fauorabilem ꝓferēs vul
tum.hec ille. Et Tullius li.i.de officijs: dicit.
Sine verecundia nihil rectum eſt neq̧ hone
ſtum. Et ambro. li.de virginitate dicit. Pu-
dor indiuiduus comes debet eſſe virginitati
ſine quo non pōt eſſe virginitas.⁊ lib.i.de of
ficijs dicit. Ut in ſenibus grauitas:in iuueni
bus alacritas.ita in iuuenibus adoleſcenti-
bus verecūdia.velut quadam dote cōmēda-
tur nature. Ad hanc aūt virginitatē cōſer-
uandam requiruntur quattuor. Primo ab-
ſtinentia. Unde Hiero.in ep̄la ad Euſtochi
um dicit. Pudicicia tuta eſſe nō niſi ꝑ abſti-
nentiam pōt. Et Orig.ſup Leuit.dicit. Qui
ſeipſum caſtrat ꝓpter regnū celorum. id nō
aſſequitur:niſi ſe a ciboꝝ affluentia reſecet:⁊
niſi abſtinentia vtat miniſtra. Et Criſo.ſup
Math.dicit. Caſtitas ſine comitibꝰ ſuis ie-
iunio ⁊ temperantia cito labeſcit.ꝙ ſi his q̄ſi
āminiculis roborata fuerit. perfacile corona
bitur. Ideo Valerius li.ij.ca.i.dicit. Cū vini
vſus olim romanis feminis ignotus fuit.ne
ſcꝫ in aliqȯ dedecus ꝓlaberentur. Quia pro
ximus a libero patre intēperantie gradus ad
inconcuſſam venerem eſſe cōſueuit. Et Hie-
ro.li.i.contra Iouinianū dicit. Eſus carniū
⁊ potus vini.ventriſq̧ ſaturitas.ſeminariū
libidinis eſt. Unde ⁊ comicus. Sine cerere i
quit ⁊ bacho friget venus. Adeſſe ergo debꝫ
ratio.⁊ tales ac tantas eſcas ſumamꝰ:quibꝰ
nō oneretur corpus.nec libertas anime pre-
grauetur. Secundo caſtigatio carnis. Un-
de.i.Coꝛ.ix.dicit.ap̄lus. Ego aūt ſic curro nō
quaſi in incertum.ſic pugno non quaſi aerē
verberans ſed caſtigo corpus meū ⁊ in ſer-
uitutem redigo.ne forte cū alijs predicauerī
ipſe reprobus efficiar. Exemplum de btō be
nedicto volutanti ſe iter ſpinas ⁊ vepres pꝰ
illam grauem tēptationem carnis. Tertio
ſancta exercitatio. Unde Grego.li.ij.moral.
dicit. Sepe quem tēptationis certamē ſupa-

re non potuit ſua deteriꝰ ſecuritas ſtrauit. et
dum lapſum ſe quiſcꝫ in ocio remittit. diſſo-
lutam mentem in ocio ꝓſtituit. Et Ouidius
libro de remedio amoris. Ocia ſi tollas piere
cupidinis arcus. Contempteqꝫ iacent ⁊ ſine
luce faces. Quarto deuota oratio. Naꝫ hoc
genus demonioꝝ .ſ. laſciuie nõ eijcitur: niſi in
oratione ⁊ ieiunio. Marci. ix. Et Mathei
xxvi ca. Vigilate ⁊ orate vt nõ intretis in tē-
ptationem. Exemplum de btõ Xp̄oforo qui
cum in carcere duabus puellis aſſociatus eſ
ſet: vt eum ad laſciuiam ꝓuocarent. ſua ora-
tione ipſas ad deum cõuertit. Has quattu
or virginitatis comites xp̄s in ſe obſeruauit
Primo abſtinentiam: per hoc ꝙ ieiunauit
⁊ eſuriuit. Math. iiij. vbi de lapidibus nolu-
it facere panes cum melior ſit refectio mētis
ꝙ ventris. etiam ſitiuit quādo ſedens ſic ſup
fontem petiuit a Samaritana bibere. Jobis
iiij. Secundo macerationē carnis. Eſa. liij.
Diſciplina pacis noſtre ſuper eũ ⁊c. Et pſal.
Vt nõ loquatur os meũ opera hominũ pro
pter verba labiorũ tuoꝝ ego cuſtodiui vias
duras. Tertio ſanctam exercitationē. Eſa.
lxi. Spiritus dñi ſuper me eo ꝙ vnxerit me
⁊c. Vnde circuibat caſtella ⁊ ciuitateſ docēs
in ſynagogis ⁊ predicās regnũ dei. ⁊ ſanās
oēm languorem ⁊ oēm infirmitatē. Math.
iiij. Quarto deuotam orationem. Nam eo
tēpore quo cepit predicare egreſſus abijt in
deſertum locum ibicꝫ orabat. Mar. i. Ipſe
etiam ſedebat in deſerto ⁊ orabat. Luce. v.
Hec autē virginitas facit quattuor. Pri-
mo tēptationum pellit incendia. Exemplū
de Joſeph qui relicta veſte apud dñam ſuā
ſollicitantem ipſum de laſciuia virginitatem
ſuā cuſtodiuit. Etiam ypolitus fugiens am-
plexus laſciuos phedre: relicto enſe immacu
latum ſe ꝯſeruauit. Secũdo ſanctarũ medi
tationum ſenſus acuit ⁊ ingenia. Vnde apu
leyus de deo ſocratis dicit. Artes alie ſiue ſci
entie poſſunt ignorari ſine erubeſcētia: vt rõ
pingendi: ſaltandi: cantandi: quas vir bonus
põt ſine vituperatione contemnere. ſed neſ-
cire bene viuere nũꝙ audebis dicere ſine pu
dore. Hec ille. Quotiens ergo virgo neſciret
bene viuere ⁊ de hoc verecũdabitur. acuet in
genium ad honeſte viuendũ ⁊ hoc quidē plu
rimi ſecuti ſunt qui ſeipſis deformauerũt. ne
in laſciuiam ꝓlaberentur. Exemplum de ſpu
rina elegantiſſimo adoleſcente qui cũ mira
ſui ſpecie ſollicitaret oculos pluriũ illuſtriũ
feminarum. cũcꝫ viris ⁊ parentibus earũ ſe

ſuſpectum ſentiret. faciei decorem vulneribꝰ
deformauit. Tertio carnalium cogitationũ
luxum fugat ⁊ vitia. Exemplum de illa virgi
ne Anthiocena pulcra nimiũ: quam omnes
cõcupiſcebant. ſed ipſa hominũ aſpectus fu-
giebat. Comperto aũt ꝙ xp̄iana eſſet coacta
eſt aut idolis imolare: aut lupanar itrare. qꝺ
cum facere recuſaret ad lupanar ducta eſt.
Ad ingreſſũ autē laſciuiorũ certantiũ ꝗs
illā p̄mo ſtupraret. apparuit miles aſpectu
terribilis: cõfortans eam ne timeret. mutatiſ
ergo veſtibꝰ puella egredit̄. miles vero clau-
ſus in camera manet. Quidā autē aduertēs
militem virum eſſe ⁊ non puellam. exclama-
uit factum dolũ. Vtercꝫ igitur ad martyriũ
ducitur: ⁊ miles ⁊ puella. Sicꝫ v̓ginitas cu
ſtodita eſt. Ideo Ambro. ſup Beati imacu-
lati dicit. Pudor plerũcꝫ correctoꝛ eſt nr̄ qui
dum precipit nos pudere cõmiſſi: ne diutius
pudeat deſerere que erubeſcēda ſunt admo-
net. Quarto noſtroꝝ actuũ ſecura dat veſti
gia. Vnde Valerius li. iiij. narrat de Scipio
ne. que cũ eſſet. xxiiij. an capta Cartagine in
hiſpania: omēs obſides quos peni in ea vrbe
clauſos tenebāt in ſuā ptātem redegit. ſimul-
cꝫ virginē etatis adulte. Quam vt cõperit il
luſtri loco inter celtiberos natā. ⁊ indibili deſ
ponſatā. accerſitis parentibus inuiolatā tra
didit. aurũcꝫ qꝺ ꝓ redemptiōe allatũ fuerat
ſumme dotis adiecit. Ambroſius in quodā
ſermone. Solet citius mereri indulgentiā: ꝗ
verecundius deprecatur. Beata Margare
ta habuit hunc theſaurum virginitatis ī ma
gna cuſtodia: per carnis mortificationē. Apo
ſtolus. Qui autē ſunt xp̄i carnem ſuā crucifi-
xerunt cum vitijs ⁊ cõcupiſcētijs: per ſenſuũ
cohibitionem. Job. xxxi. Pepigi fedus cum
oculis meis. ꝑ fugam ⁊ elongationē. i. Coꝝ.
vi. Fugite fornicationē. Talē theſauꝝ ꝗſiuit
Jeſus xp̄s in ſuis fidelibus. quē inuenit ī be
ata Margareta. Sicut dicit verbum ꝓpoſi
tum. Inuenta eſt vna p̄cioſa margarita.

Vna p̄cioſa margarita inuenta eſt.

A deo
Ab angelis.
A patriarchis.
A prophetis.
Ab apoſtolis.
A martyribus.
A confeſſoribus.
A virginibus.
A fidelibus.

Primo vna precioſa mar
garita inuenta eſt A deo. Nam pietas ſalua
toris apparet in eo ꝙ negociator factus eſt:
⁊ in mūdum venit negociari aīas noſtras.
Unde ſimile eſt regnū celoꝝ homi negocia-
tori querenti bonas margaritas. In iſto ne-
gociatore ſunt ſeptem miranda. Primum
eſt quia ſua ꝑcioſa ꝓ vili precio tradidit. Au
gu. Uenale habeo. Quid dn̄e? Regnū celo
rum. Quo emit. Paupertate regnū. dolore
gaudium: labore requies. ignominia gloria:
morte vita. Secundū eſt: q: noſtra vilia ca-
re emit. Dedit em̄ precioſum ſanguinē ſuum
ꝓ nobis. i. Petri ꝑmo c. Nō corruptibilibus
auro ⁊c. redempti eſtis. ſed precioſo ſanguīe
agni īmaculati ieſu xp̄i. Et. i. Coꝝ. vi Emp-
ti eſtis ꝑcio magno ⁊c. Ideo dedit ſeipm̄ to
tum Ephe. v. Tradidit ſemetipm̄ ꝓ nobis.
Tertiū eſt. quia nihil habētibꝰ ad ſoluendū
omīa bona ſua tradidit. Sicut pueri faciūt.
ps. Pro nihilo habuerunt terrā deſiderabilē
Quartū eſt. quia nullū decipit. Ideo ſemꝑ
vltra ſortē precij ſoluit. ps. Que ꝓcedunt de
la. me. nō fa. irri. Aug. Nō deꝰ diligentibꝰ ſe ꝑ
parauit: merita oīm tranſcendit ⁊ vota. Ro.
viij. Non ſunt cōdigne paſſiones huius tēpo
ris ⁊c. Quintū eſt. quia de datis ⁊ acceptis
ſtrictam rōnem exigit. Luce. xv. Redde rō-
nem villicationis tue. Et Math. xviij. Uolu
it rōnem ponere cum ſeruis ſuis. Sextū eſt
quia ſeruos ſuos ſuꝑ bonis ſuis negociari ⁊
lucrari voluit. Luce. xviij. Negociamini dum
venis. Septimū eſt. quia ſeruis ſuis ad ne-
gociandum bona ſua dedit ſm̄ eoꝝ qualita-
tes. Math. xxv. Et vni quidē dedit qn̄qꝫ ta
lenta. alij aūt duo. alij vero vnū vnicuiqꝫ ſm̄
ꝓpriam facultatez. Iſte negociator venit in
mundo iſto vt ſibi hanc margaritaz emeret.
pro qua deitatem: aīam carnē: ⁊ ſanguinem
dedit. ⁊ ipſa omnē idolorum culturam fugit.
Fuit em̄ rore celeſti generata: quia cor ſuum
aperuit ⁊ rorem ſpūſſancti ſuſcepit. ⁊ ſugge-
ſtioni diabolice ſe clauſit. ⁊ ſic precioſa mar-
garita generata fuit. Aperuit nanqꝫ ad deū
ſuam memoriam: ⁊ ibi recepit dei cōtinuā re
cordationem. aperuit ſuā intelligentiaz: ⁊ ibi
concepit dei recognitionem. aperuit ſuaz vo
luntatem: ⁊ ibi concepit dei amorem.

Secundo vna precioſa
margarita inuenta eſt Ab angelis. Naz an-
geli cuſtodierūt eam vt contereret ſuggeſtio
nem demonis. qui habet magnā potentiam,
ſuperbiam: aſtutiam: ⁊ experientiam. Unde
dicit Apocal. xij. Proiectus eſt draco. Ecce
potētia. magnus ſerpens. Ecce ſuperbia. an
tiquus. Ecce experientia. qui ſeducit vniuer-
ſuz orbē. Ecce aſtutia. His armis pugnauit
demon contra beatam Margaretā. Sed ip
ſa protectione angeloꝝ contriuit omīa eius
machinamenta. fregit enim eius potentiam
quādo ipſum ei apparentem in ſpecie draco
nis. vtute crucis euaneſcere fecit. Fregit eiꝰ
ſuperbiam qn̄ pedē ſuꝑ collum eius poſuit.
Fregit eius aſtutiam quādo ſibi in nullo no-
cere potuit. ⁊ quādo ipm̄ coegit fateri ꝙ ido
ſibi apparuit. quatinus ei cōſuleret vt moni-
tis ꝑſidis obediret. Fregit eius experientiaz
quia in nullo ſuis ſuggeſtionibus cōſentire
voluit. ps. Angel' ſuis deꝰ mādauit de te ⁊c.

Tertio vna precioſa mar
garita īuenta eſt A patriarchis qui domos
ꝓprias reliquerunt. vt Abraham. Gene. xij.
Et de beata margareta dicit pſal Audi filia
⁊ vide ⁊ inclina aurem tuā ⁊ obliuiſcere po-
pulum tuum ⁊ domū patris tui. ⁊ concupiſ-
cet rex decorem tuū. Ipſa em̄ preſentiens ꝙ
pater ſuus intendebat eam trahere ad cultu
ram idolorum. eius ſocietatem fugit. ⁊ oues
ſue nutricis paſcebat. periculum eſt enim bo
nis habitare cum malis. ps. Cum puerſo ꝑ-
uerteris. Quia mali ſunt igne cōcupiſcentie
inflammati ideo boni ſepius cōburuntur. i.
Corinth. xv. Corrumpunt bonos mores col
loquia praua. Mali ſunt luto auaritie inqui-
nati. ⁊ ideo boni ſepius inficiunt̄. mali ſunt
pice adherentis ſuperbie infecti. ⁊ ideo boni
ſepius denigrant̄. mali ſunt tenebris ignorā
tie obſcurati. ⁊ ideo boni ſepius obſcurātur.
Beata ꝗ̄ marga. noluit habitare cū malis: ne
aut inflammaretur igne cōcupiſcentie. aut in
quinaretur luto auaricie. aut inficeretur pice
ſuꝑbie. aut obſcuraretur tenebris ignorātie.

Quarto vna precioſa mar
garita inuēta ē A pphis. nā ꝓphe marie flo
ruerunt vtute hūilitatis. vt clariꝰ dīna myſte
ria intelligerēt. Btā marg. tāto hūilior fuit ī
ↄſpectu ſuivt fulgidior eēt ī ↄſpectu dei Sepe
ei res lucide nigrū hn̄t effcm̄ ſic oñdit. b. aug.
li. de ci dei. triplici exēplo. Nā oleū lucidū: ma-
culas nigras effūdit. argentū fulgidū lineas
nigras tīgit. Ignis ſplēdidꝰ nigra facit cūcta
ꝗ̄ tangit. Sic ſancti viri ꝓphete dei. licet luce-
ant inſtar olei per pietatem. inſtar ignis per
charitatem: inſtar argenti per fame ſonorita-

dem. tñ apud se nigreſcebant p humilitatez. Un̄ Jerem. dixit. A a a dn̄e de[us]: ecce neſcio loq̄: q: puer ego ſum. Btā margareta coraꝫ ſe fuit humilis: vt deo fieret grādis. ps. Elegi abiect[us] eſſe in domo dn̄i mei. mag[is] q̄ habitare in tabernaculis pctōꝝ. Cū em̄ Olibrius eā ſibi ꝯiugio copulare vellet. magis voluit affligi cū pplo xpianoꝝ: q̄ tpalis ꝓſperitatis habere iocunditatem.

Quinto vna ꝑcioſa margarita

inuēta eſt ab aplis quoꝝ fidē imitata eſt. de hac fide dicit ps. Eloq̄a dn̄i eloq̄a caſta argentū igne examinatū ꝓbatū purgatū ſeptuplū. Ex quo elicit̄ q̄ fides catholica eſt caſta per puritatē ſincerā: q: nulla adulterina falſitate polluit̄: qd̄ eſt ꝯ fidē hereticorū. Eſt examīata p tribulationē imiſſam: q: nulla aduerſitate frangit̄: qd̄ eſt ꝯ fidē inſtabiliū. eſt ꝓbata p ꝓſperitatē mundanaꝫ q: nulla ꝓſperitate mūdana allicit̄: qd̄ eſt contra fidē auaroꝝ. Eſt purgata per ſpūſſancti grām. q: ſeptiformi dono ſpūſſancti fulcit̄. qd̄ eſt ꝯ fidē maloꝝ xpianoꝝ. Btā margareta hūc theſaurū fidei in corde ſuo fixit vt tyranni argumēta facile deuicerit. Cui cū diceret q̄ nō ꝯuenit vt puella tā nobilis habeat deū crucifixū. Ipſa r̄ndit. Xp̄s p redēptione noſtra crucifixus aſſerit̄. ſed nunc euꝫ in eternum viuere affirmat̄ ꝛc̄.

Sexto vna precioſa margarita

inuenta eſt a martyrib[us] q̄ p xp̄o occiſi ſunt. eius nāq̄ paſſio multū fuit paſſioni xp̄i cōformis. Xp̄us em̄ fuit denudatus in patibulo. Margareta ſpoliata in eculeo. Xp̄us fuit flagellat[us] ad colūnā vt diſciplinā ꝓ nobis portaret. Margareta tota fuit virgis lacerata: vt poſt hāc vitā aliam diſciplinā nō ſentiret. Xp̄s fuit ꝑforatus clauis Margarita fuit lacerata vinculis. Xp̄s paſſus eſt in patibulo: qd̄ erat ſupplicium latronū. Margareta in eculeo qd̄ erat ſuppliciū malefactoꝝ. Xp̄us fuit totus ſanguine plenus. Margareta fuit tota ſanguine cruētata. Xp̄us paſſus eſt in aere: ad innuenduꝫ q̄ eſt mediator dei ꝛ hoīm. Margareta paſſa eſt in aere: ad innuendū q̄ eſt noſtra interuentrix apud deū. Xp̄us in ſua paſſione patri ſpiritū cōmendauit. ꝛ ꝓ ſuis crucifixoribus interceſſit. ꝛ ꝓ oībus fidelibus exorauit. Sic ꝛ margareta orauit deū ꝓ ſe. ꝓ ſuis occiſoribus: ꝛ ꝓ ipſam inuocantibus.

Septimo vna ꝑcioſa margarita

inuēta eſt a ꝯfeſſorib[us]. Nā ipa ardēs caritate tota iuit aduſta: ſ; nō cōbuſta. Un̄ poterat dicē illud Eccl. lij. In medio ignis nō ſum eſtuata. Fuit em̄ in medio ignis: q: habuit carnē ꝓpugnātē. Gal. v. Caro ꝯcupiſcit aduerſus ſpm̄. Demonē inflātē. Job. xli. Alit[us] ei[us] prunas ardē facit. hoīem ſollicitantē. q: ꝑfect[us] eā in vxorē accipe cupiebat. Pulchritudinē allicientē. q̄ iā multas deceperat. Prouerb. vlti. Fallax grā ꝛ vana pulchritudo. Supauit em̄ oīa iſta ardētiſſima caritate. ꝓpter q̄ttuor q̄ intrinſec[us] habebat. Primo grām afflantē. Dani. iij. Fecit mediū fornacis q̄ſi ventū roris flantē. Scd̄o ꝯſciam delectantē. Prouer. xv. Secura mēs q̄ſi iuge ꝯuiuiū. Tertio ſpē letificātē. Ro. xij. Spe gaudētes in tribulatiōe patiētes. Quarto carnē ꝟgineā refrigerātē. Luce. i. Uirtus altiſſimi obumbrabit tibi.

Octauo vna ꝑcioſa margarita

inuēta eſt a ꝟginib[us]. Nam theſaur[us] ꝟginitatꝭ inuenit̄ q̄ttuor mōis. Primo dādo deo ꝓpriū affectū: vt. ſ. nihil diligat niſi celeſteꝫ ſponſum. Eſt em̄ zelotip[us] ꝛ nō vult cū adultero adamari. Eſa. xxviij. Coanguſtatū eſt ſtratū: ita vt alter decidat. Scd̄o dando deo ꝓpriū intellectū: vt. ſ. de nullo cogitet niſi de celeſti ſponſo. ij. Coꝝ. x. In captiuitatē redigentes oēm intellectum in obſequiū xp̄i. Tertio dando deo ꝓprium cēſum. ſcꝫ bona ſua non vane expendendo: ſed pauperibus chriſti tribuendo. Math. xix. Si vis perfectus eſſe: vade ꝛ vende oīa que habes ꝛ da pauperibus. ꝛ habebis theſaurū in celo. Quarto dando deo ꝓpriam intentionem ꝛ motum. Nam ſicut imago dei in ſanctis viris non inficitur. ſic virginitas recta intentione innouatur. ſecūdē Corinthio. iiij. Licet is qui foris eſt homo noſter corrumpatur. tamen is qui intus eſt renouatur de die in diem.

Nono vna precioſa margarita

inuenta eſt a fidelib[us]. Nam magnas ꝟtutes in ſua paſſiōe oſ̄dit ex q̄b[us] multa in fideliū milia ꝯuerſa ſūt ad fidē xp̄i nā ī igne fuit poſita: ſ; nō aduſta. In aere q: fuit ī eculeo ſuſpēſa: nō tñ in aīo leſa. In aq̄ q: ī aq̄s gelidis fuit poſita ꝛ permanſit illeſa. In terra: q: fuit terremotu concuſſa. factus eſt em̄

terremotus. ac ſi terra nō poſſet tm̄ facin⁹ ſuſtinere. Terremotus fit quattuor de cauſis. Primo in deteſtationem ſceleris. Oſee. iiij. Maledictum ⁊ mendacium: furtū ⁊ adulterium inundauerūt. ꝑpter hoc lugebit terra. Secūdo in ſignū doloris. Tertio in ſignū ⁊ cōcuſſionē timoris. ⁊ ſic fact⁹ eſt terremotus in paſſione xp̄i: vt doloreꝫ oſnderet ⁊ cuſtodes deterreret. Quarto in cōfuſionē peccatoris q̄ valde ꝯfundi dꝫ. qn̄ ad ꝑceptuꝫ dei inſenſibile elementū mouet: ⁊ ipſe ad pn̄iam nō cōmouet. Terremot⁹ ergo fact⁹ eſt in paſſione btē Marga. in tāti ſceleris deteſtatōeꝫ in doloris ⁊ ꝯpaſſionis oſ̄ſioneꝫ. in timoris cōcuſſionē ⁊ in pctōꝝ magnā cōfuſionē. Vn quidā ſctūs ſic dicit de ea. Beata marga. fuit timoris dei inſtantia ꝑdita: religiōe compta cōpunctione ꝑfuſa: honeſtate laudabilis: patientia ſingularis: nihilqꝫ in ea ꝯtrariū xp̄iane religioni inueniebat odioſa patri ſuo. dilecta dn̄o ieſu xp̄o: cum quo viuit ⁊ regnat ī ſempiterna ſecula. Amen.

In feſto ſancte Marie Magdalene. Sermo. xlij.

Vides hanc mulierē. Luce. vij. ⁊ in euangelio ꝑſentis ſolennitatis. Criſoſto⁹. in omel. de ꝑditione iude: q̄ incipit. Paucis hodie. dicit ſic. Ante ꝑditionis tēpus: Meretrix vnguentū ſupra caput dn̄i effudit. Grandeꝫ fidem: multā reuerentiā: mirandā correctionē oſtēdit. ⁊ qn̄ ꝓſtituta lupanar exiuit. tunc diſcipulus gehennā intrauit. Quādo illa mercedem ſui corporis abdicabat. tūc ille preciū magiſtri ſanguinis poſtulabat. hec ille. Super quo moueo talē queſtionē. Utrū beata maria magdalena poſt amiſſam virginitatē recuperauerit ꝑ pn̄iam priſtinā dignitatem.

Ad iſtā queſtionē reſpōdeo: ponēdo quattuor cōcluſiones ex intentione ſctōꝝ doctoꝝ

Prima cōcluſio eſt iſta. Beata maria magdalena nō ſoluꝫ mente: ſed etiā corpore fuit corrupta. Patet teſtimonio chriſti dicentis. Math. xxi. Amen dico vobis ꝙ publicani ⁊ meretrices ꝑcedent vos in regno celoꝝ. Super q̄ dic̄ glo. interlinearis. publicani. vt Matheus. meretrices vt magdalena. Cirillus ſuper illud Luce. vij Ecce mulier q̄ erat in ciuitate peccatrix. dicit. Mulier aūt inhoneſte vite ꝑmens aūt fidelē affectū: venit ad xp̄m q̄ſi petens veniā cōmiſſoꝝ ſibi elargiri. Augu. ſuꝑ ps. cxl. dicit ſic. Illa mulier q̄ erat in ciuitate peccatrix: venit ⁊ acceſſit ad pedes ieſu. Illa impudica quōdam frontoſa ad fornicationem: frontoſior ad ſalutē irrupit in domū alienā. Greg. in omel. dicit ſic. Quia eīn hec mulier turpitudinis ſue maculas aſpexit: lauanda ad fontē mīe cucurrit. Sanct⁹ Tho. ij. ſen. diſt. ix. articulo. viij. in reſpoñ. dicit ſic. Quidam dicūt ꝙ ſolū virgines ad ordines angeloꝝ aſſumunt. eo ꝙ cognata eſt āgelis virginitas. vt hiero. dicit. Alij vero electi decimū ordinem cōſtituunt. Sed hoc nō videt verū. cū multi nō virgines: vt Petrus ⁊ magdalena: multis etiam virginib⁹ eminentiores ſint. Speculuꝫ eccleſie: in ſermone. Nō veni vocare iuſtos ⁊c. dicit ſic. Hec maria in magdalum caſtellum marito tradit. Sꝫ ab eo hieroſolimaꝫ fugiens generis īmemor: legis oblita: vulgaris meretrix efficit. Et poſt ꝙ ſe fecit ſponte turpitudinis ꝓſtibulū facta eſt iure demonioꝝ delubruꝫ. Secūda cōcluſio eſt iſta. Hec mulier peccatrix eſt: eadeꝫ q̄ fuit ſoror Lazari: ⁊ q̄ vnxit dn̄m vnguento.

Iſta cōcluſio eſt Hieronimi et Criſo. Sed Origenes dicit ꝙ nō eſt eadem: qđ ꝓbat ex tribus. Primo ex tēpore. Nam ſoror Lazari vnxit dn̄m ante ſex dies paſce. vt habetur Ioh. xij. Illa vero peccatrix infra biduū ante paſcha. premittit eīn Matheus dn̄m dixiſſe. Scitis quia poſt biduū paſcha fiet. Marcus autē dicit. erat paſcha ⁊ azima p⁹ biduū.

Secundo ex loco. Nam illa peccatrix legit dn̄m vnxiſſe in domo Symōis leproſi. Magdalena vero ſoror Lazari. vnxit dn̄m in domo marthe. quia dicit ꝙ martha miſtrabat.

Tertio ex facto. Naꝫ illa peccatrix vnxit pedes dn̄i. Magdalena vero ſoror Lazari: vnxit caput dn̄i recūbentis. Aug. aūt ⁊ Greg. dicunt ꝙ fuit vna ⁊ eadē mulier: quā quattuor euangeliſte narrant dn̄m vnxiſſe. Sꝫ bis hoc fecit. Primo quidē in ꝑncipio ſue conuerſionis. in termedio tēpore ꝑdicatiōis xp̄i qđ Lucas narrat. Secundo vero hoc fecit imminēte xp̄i paſſione. qđ tres alij euangeliſte narrāt. Ad primū de diſſonantia tēporis dicendū eſt ſm̄ Auguſt. ꝙ Iohes ſeruat ordinem hyſtorie. Matheus aūt ⁊ marcus ꝑ recordationē interponūt. Qđ prius fuerat factū īmediate ante ꝑditioneꝫ iude: q̄ ex hoc facto credit occaſionē habuiſſe. Ad ſecundum de diſſonātia loci pōt intelligi: ꝙ eadeꝫ ſit dom⁹ Symonis leproſi: etiā marie ⁊ marthe. ita ꝙ Symō fuerit paterfamilias dom⁹ dr̄ aūt leproſus. q: prius leproſus fuerat ⁊ a

ſtat ad illud iudicium. Sed iudex vniuerſalis ſe extendit ad inſtituenduꝫ ⁊ tranſmutandū ⁊ colligendū omēs officiales. Ita eſt de deo ⁊ alijs cauſis ſecūdis. Quodlꝫ em̄ elementū pōt tm̄ illud qđ eſt ſibi ſm̄ ſui naturā conceſſum. ⁊ quilibet planeta ⁊ quodlꝫ celum. ⁊ q̄libet intelligentia. Deus aūt tanꝙ cauſa vniuerſalis pōt omīa que poſſunt iſte cauſe particulares ſimul ⁊ ſeorſum. ⁊ cū hoc iſtas cauſas inſtituit. ergo deus eſt omꝑs. Auctoritate ſic. Geñ. pmo. dicit. In principio creauit deus celū ⁊ terrā. Super quo dicit glo. Creare eſt ex nihilo aliq̄d facere. Exemplo ſic pagani babylonij ignorantes deū omnipotentem adorabant idolum baal. Cumqꝫ Daniel nō adoraret illud. dixit ad regeꝫ. Non adoro idola manufacta. ſed deum viuentē. deum q̄ fecit celū ⁊ terrā ⁊ habet poteſtatē omīs carnis. Cui rex. Nonne baal eſt deus viuens: q̄ tanta comedit ⁊ bibit per ſingulos dies ⁊c̄. Daniel. xiiij. Ex hoc arguit ꝙ baal non erat deus. quia indigebat auxilio hoim. Deꝰ autē noſter nullo ſuffragio noſtro indiget. ps̄. Dixi dn̄o: deus meus es tu. qm̄ bonoꝝ meoruꝫ nō eges. imo magis noſtris neceſſitatibꝰ ſubuenit ꝑ ſui vniuerſalem ꝓuidentiā. vt patet. quādo populum ſuū pauit in deſerto. xl. annis. dando ei manna de celo. Exo. iiij. Et qn̄ pluit eis carnes de celo. Exo. xvi. Et quādo dedit eis aquā de petra in abundantia. Exo. xvij. Et quādo cōſeruauit veſtimenta ⁊ calciamenta eoꝝ ne. xl. annis cōſumerentur vetuſtate. Deutero. xix. Secūdo ꝑ viā ꝯſeruationis. que ſoli deo competit. vt ptꝫ rōne. auctoritate. exemplo. Ratione ſic. Nam opera artificialia ⁊ artifices indigent operibus nature. Ita natura indiget opere creationis nō ſolum vt ſit ⁊ vt pſtet materiam rebus artificialibus. ſed etiā vt cōſeruet in eſſe. vt artificialia etiam cōſeruentur in eſſe. Auctoritate ſic. Heb. i. dicit. Portans omnia verbo virtutis ſue. Et augu. iiij. ſup Geñ. ad litterā: dicit ſic. Creatoris potentia ⁊ omnipotentis atqꝫ oītenentis virtus. Cauſa eſt ſubſiſtendi omīs creature q̄ virtus ab eis que creata ſunt gerēdis aliquādo ſi ceſſaret: ceſſarent omnes ſpecies omniſqꝫ natura cōcideret. Et Gregoriꝰ dicit. Omnia in nihilum deciderent niſi manus omnipotentis ea in eſſe conſeruaret. Sicut autem preſente ſole aer illuminatur. quo abſente obtenebratur. Sic preſente deo ⁊ ꝓuidente omnia in eſſe ꝯſeruantur. Qui ſi ſubtrahat ſui ꝓuidentiam cuncta adnihilantur. Exemplo ſic. Nam dij gentium quos coluerunt filij iſrael. in templo in hieruſalem. non fuerunt dij omnipotentes. qꝛ non potuerunt ſeipſos conſeruare. nec ſuos miniſtros. quia dij fuerunt cōminuti per Ioſiā ⁊ miniſtri eorum occiſi. iiij. Reg. xxiij. Nec fuerunt dij oīpotentes. Dij troianorum qui fuerunt victi a grecis nec potuerunt iuuare troiam. vt ponit Virgilius pmo Eneidos. Similiter Heliſeus ꝯminuens Baal: ⁊ cetera idola. ⁊ quadringentos quinquaginta ꝓphetas eorum occidens: quos adorabant Achab ⁊ Iezabel. vt patet. iij. Regum. xviij. Tertio per viam cooperationis ⁊ defenſionis. quia deus omnipotens eſt in omnibus omnia cooperans ⁊ defendens. vt patet. rōne. auctoritate exemplo. Ratione ſic. Sicut anima rationalis eſt tota in toto: ⁊ tota in qualibet parte ꝑ ſui preſentiam. dando eis eſſe ⁊ in omnibus ſenſibus ⁊ potentijs per ſui potentiam dando eis operationeꝫ. ⁊ ſuos ⁊ corporis actus cognoſcens. Ita deus eſt in omnibus rebus per preſentiam. dando eis eſſe ⁊ per potentiam. quia omēs creature obediunt ei et nō eſt qui poſſit reſiſtere voluntati eius. Omīa vero cognoſcit. quia omīa nuda ⁊ aperta ſūt oculis eiꝰ. ergo ⁊c̄. Auctoritate ſic. Eſa. xxvi. dicit. Omnia opera noſtra operatus es in nobis domine. Iere. xxij. dicitur. Celum ⁊ terram impleo. Et Ambroſius li. de ſpūſancto dicit. Quis audeat dicere creaturam ſpiritū ſanctū. q̄ in omnibus ⁊ vbiqꝫ ſemper eſt. qđ vtiqꝫ deitatis eſt ꝓprium. Exemplo ſic. Naꝫ deus omnipotens defendit ſuos cultores. Dij autem gentium ſuos cultores defendere nequiuerūt. Unde Virgilius. ij. Eneidos dicit. Qꝛ capta troia a grecis ⁊ igni data. Eneas vidit Priamuꝫ ⁊ Hecubam centumqꝫ nurus ipſoꝝ. qui cucurrit ad tēpluꝫ vt imploraret auxilium. Cumqꝫ oraret occiſus eſt volutatus in ſanguine proprio. Et. iiij. Reguꝫ xix. dicitur. Qꝛ Senacherib rex ſyrie: dum obſideret populuꝫ dei. angelus domini vna nocte occidit centum octogintaquinqꝫ milia virorum. Ingreſſus autē ciuitatē vt oraret deū ſuū. a filijs ſuis interemptus eſt. Sed deus noſter omꝑs defendēdo ppl'm ſuū pluit lapides de celo ſup inimicos opꝑmētes eū. Exo. ix. Silr̄ tpe heliſei fecit ſtrepitū ī celo curruū ⁊ equitū. quo inimici populi ſui cōcuſſi timore fugerūt oībus dimiſſis. iiij. Reg. vij. Et defendens heliſeū ꝓphetā circūdatū ab inimicis volentibꝰ eū capere. ipos cecitate ꝑcuſſit.

etiam defendens populū ſuū pperantē in
deſertū. egyptios in mari ſubmerſit. Exo.
xvi. Petrum quoqȝ per angelū ſuū a carce-
re liberauit. Act.xij. Quarto per viā ꝓuiſi
onis. ſm ꝙ ſui ꝓuidentia cuncta guberna-
bat. vt pȝ. rōne. auctoritate. exemplo. Rōne
ſic. Naȝ deus oīa cognoſcit ꝛ vniuerſalia
ꝛ particularia. Cū autē cognitio eius com
paret ad res: ſicut cognitio artis ad artifici
ata. neceſſe eſt ꝙ oīa ſupponant ſuo ordi
ni. ſicut oīa artificiata ſubdunt ordini ar-
tis. Auctoritate ſic. Sapi.viij. dicit. Attin-
git eīm a fine vſqȝ ad finem fortiter. ꝛ diſpo
nit oīa ſuauiter. Et Aug⁹. in enchiridion
dicit. Deus oīpotens nō ſineret aliqđ ma
lum niſi adeo eſſet bonus: vt bñfaceret eti-
am de malo. Exēplo ſic. Nam ioſeph fuit vē
ditus a fratrib⁹: ꝛ in egypto peregrinabat:
ꝛ per maliciā vxoris phutifaris incarcerat⁹
fuit. tamē deus ꝓuidit ei de impetratiōe ſō
nioꝝ. vt pficeret toti egypto. Gen.xxxix.
Similiter populus dei dura ſeruitia perage
bat in egypto ꝛ deus ꝓuidit ei educens eū
de egypto. Exo.xiij. Beatus Laurentius
attendēs oīpotentiā dei his quattuor mo
dis inuictiſſimū pugilem xpi ſe ꝯſtituit. vñ
Aug⁹. in ſermone hui⁹ diei dicit ſic. Ad eru
diendum dei populū nulloꝝ eſt vtilior for-
ma ꝙ martyrū. eloquētia facilis fit ad exo
randum. rō efficax ad ſuadendū validiora
tamen ſunt exempla ꝙ verba. ꝛ plus eſt ope
re docere ꝙ voce. In quo excellentiſſimo ge
nere doctrine beat⁹ martyr Laurentius ꝙ
glorioſa polleat dignitate. etiam perſecuto-
res ipſius ſentire potuerūt: ꝙ illa mirabilis
animi fortitudo nō ſolū nō cederet: ſed etiaȝ
alios exēplo ſue tolerātie roborare. hec ille.
Et qꝛ maximā grām in ſupatione tormēto
rum a deo obtinuit. vt plus poſſet ipe ꝗ tor
quebat: ꝙ tortores ꝗ in eū ſeuiebāt. iō deſti
nauit in corde ſuo ſic ꝯſtāter pſiſtere. imo de
us ipſe ab eterno deſtinauit ī corde ſuo mit
tere btm̄ Laurētiū in mūdū tanꝙ eccl'ie ſue
miniſtrū ꝛ martyrē digniſſimū. cui⁹ exēplo
ceteri fideles in fide firmarent ꝛc.

Deſtinauit in corde ſuo.
- Eius generationem.
- Eius nuncupationem.
- Eius aſſumptionem.
- Eius diſpenſationem.
- Eius obedientiam.
- Eius victoriam.
- Eius preeminentiam.

Primo deus ab eterno
deſtinauit in corde ſuo beati Laurentij ge-
nerationē. Sciendū ꝙ generatio electorum
valde cōmendat. Sap.iiij. vbi dr. O ꝙ pul
cra eſt caſta generatio cū claritate. īmorta-
lis eſt eīm memoria illius: qm̄ apud deū no
ta eſt ꝛ apud homīes. Eſt eīm generatio ele
ctoꝝ cōmendabilis quo ad quattuor. Pri
ma qꝛ eſt pulcra quo ad naturā. de qua dici
tur Job.viij. Interroga generationē priſti-
nam: ꝛ diligenter inueſtiga patrū memoriā
Hec eſt eīm illa qua oīs creatura obedit cre
atori ſuo. de qua dicit. Eſa.lxvj. Nūquid ego
qui generationē cunctis tribuo ſterilis ero?
Secūdo qꝛ eſt caſta quo ad rectificationē
de qua dicit in pſal. Generatio rectoꝝ bene
dicetur. Hec eſt eīm illa qua creatura rōna-
lis ſapienter ꝛ recte viuit. Eccl'.xxiiij. A ge-
nerationibus meis adimplemini. Tertio
quia eſt clara quo ad electionē. de qua dicit
pme Petri.ij. Uos eſtis genus electum. re
gale ſacerdotium. gens ſancta ꝛc. Hec eniȝ
eſt generatio gratie: que ꝓprie cōuenit hu-
milibus. de qua dicit in pſal. Generatio ꝛ
generatio laudabit opera tua ꝛc. Quarto
quia eſt immortalis quo ad glorificationē.
de qua dicitur. Prouerb.xxvij. Corona tri-
buetur tibi in gñatione ꝛ generatione. Hec
eſt eīm generatio amoris que conuenit pri-
mū diligentib⁹. de qua dicitur in pſal. Hec
eſt generatio querentiū dominū. Qui non
ſolum generant naturaliter: ſed ex gratia. ꝛ
hij fuerunt quattuor. Primus fuit Yſaac
qui natus eſt per repromiſſionē Gen.xviij.
Secūdus fuit Sanſon. vt habet Judi.xiij.
Tertius fuit Samuel. de quo dicit. i. Re-
gum.ij. Quart⁹ fuit Johānes baptiſta. vt
habet. Luce.i. Hos eīm elegit deus ad ma-
xima facta peragenda. Btūs Laurentius
per ſingulare priuilegium gratie natus eſt
Cum eīm quidam nobilis dux in hyſpania
filiū non haberet: quē tamen maximo deſi-
derio cupiebat ꝛ a ſuis dijs impetrare ne-
quiret: cōſuluit quedā xpianū virū ſanctiſſi-
mum qui dixit ei. Scito te nunꝙ filium ha-
biturum: niſi perfidie deorum abiuraueris:
ꝛ te chriſtianum fieri promiſeris. Qđ cum
ſpopondiſſet filium ex propria vxore ſuſce
pit. Diabolus autem hoc cognoſcens fieri
voluntate dei. ꝛ puerum natum futurū ſer
uum chriſti. ꝛ demoniorum acerrimum ex-
pugnatorem quattuor cautelis vſus eſt cō-

tra eius. Primo nocte quadã puerũ de cuna accipiens longe aſportauit ꝛ ſub quadã lauro repoſuit vt ibi fame periret. ſed deꝰ ipſũ a demonis inſidijs cuſtodiuit. mittens angelos ſuos qui eũ cibo celeſti alerent ꝛ protegerent. Secundo per multa tempora ipſe diabolus in perſona pueri nati in cuna ſe poſuit vbi ſe multipliciter deformẽ exhibuit. nũc gibboſum: nunc monſtruoſum: nunc oĩbus oneroſum: ꝛ infeſtum ſe prebens. Tertio multas vexationes ꝛ moleſtias parẽtibus eius intulit: quas tamen patienter tolerabant putantes ipſum eſſe filiũ ſuũ. Quarto pre verecundia iſtud celantes ad fidem xpi venire non audebant. ꝛ ſic pꝫ primum.

Secundo deus ab eterno deſtinauit in corde ſuo beati Laurentij nuncupationẽ. Deus eĩ ꝓuidit btõ Laurentio quadrupliciter. Primo īmittendo ſibi gratiam. Geñ. xxij. Dñs prouidebit ſibi de victima holocauſti. i. dabit ſibi gratiã que hoĩem facit corã deo victimã holocauſti. Secũdo īmittendo ſibi fidei noticiã. Gal. iij. Prouidens aũt ſcriptura: qꝛ ex fide iuſtificat gentes deus. Tertio īmittendo ſapiam. Sap. vi. Qui vigilauerit ad illã non laborabit: ſed in omĩ ꝓuidentia occurret illi. Per hanc eniꝫ ꝓuidet ſibi in habitu ne ſit notabilis in locutione ne ſit contẽptibilis: in operatiõe ne ſit reprehenſibilis. Quarto īmittendo ſibi dei efficaciã. ij. Cor. viij. Prouidemꝰ ei bona nõ ſolum corã deo: ſed etiã corã oĩbus hoĩbꝰ.

Propter iſtam quadruplicem ꝓuidentiam recte vocatus eſt Laurẽtius: quaſi laureã tenens q̃ eſt corona de lauro facta. qꝛ olim de hmõi ramis victores coronabanť. Hec autẽ arbor hꝫ quattuor prerogatiuas. Primo ẽ cõtinua viriditate amena. Et btũs Laurentius viriditatẽ habuit per cordis mundiciam ꝛ puritatẽ. Nam btũs Sixtus magnꝰ ꝑbus ꝛ curie Romane legatus vir bonus ꝛ ſanctus. ad predicandum fidem xpi in Hyſpaniã pergens deo diſponente puerum ſub lauro inuenit quẽ accipiens baptizauit ꝛ a lauro Laurentiũ nuncupauit: ac nutriri faciens ipſum in ſpũalem filiũ adoptauit. Et ſic habuit diuinam gratiam. Secundo eſt odore grata. ꝛ beatus Laurentius odorem ſue ſanctitatis longe lateqꝫ diffudit. Cum eniꝫ iam creuiſſet: btõ Sixto ꝛ toti curie ſue erat mirabiliter gratioſus. Audiuerat eniꝫ quomodo Beatus Sixtus eum inuenerat: ꝛ in filium ſuũ adoptauerat ꝛ hoc ꝑpter noticiam fidei qua plurimum pollebat. Tertio eſt victorie oſtenſiua: ꝛ btũs Laurentius prius omnes animi ſui paſſiones deuicit. Cum enim quidam ſeneſcalus curie beati Sixti Laurẽtio inuidens propter eius gratioſitatem calce ipſum percuſſit. improperans ei ꝙ nec patris ſui noticiam haberet. Immutatus autẽ animo cepit cogitare ꝛ inquirere quis eſſet pater ſuus. ꝛ hoc cũ multa ſapiẽtia. Quarto eſt efficacia virtuoſa: qꝛ calculum frangit. ſurditati ſubuenit. fulmen non metuit. Et beatus Laurentius fregit cor durum ſpũalem reddidit audituꝫ. ꝓterit parentes a fulmine ſententie reproboꝝ. Nam a btõ Sixto recedens ibat per deuia ꝛ nemora vagabundus ſero autẽ ſuperueniente aſcendit quãdaꝫ arborem vt ferarũ pericula euaderet. Media vero nocte ipſo vigilante deo ſic prouidente maxima demonum multitudo ſub arbore ſe conuenit ad ſua figmẽta ꝛ tẽptamenta declaranda. inter quos vnus ait. Tot anni preterierunt ꝙ dux Hyſpanie filium habere non potuit. ſuaſu autẽ cuiuſdam xpiani a deo filium impetrauit. poſt cuius ortum ꝛ natiuitatẽ ipſum e cuna accepi: ꝛ ſub quadã lauro poſui: quẽ btũs Sixtus inde tranſiens accepit ꝛ baptizauit. Ego vero in cuna me repoſui: ꝛ multã deformitatẽ ſimulans moleſtus fui ꝙ plurimis. Unde dux ꝛ duxiſſa ad fidẽ xpi cõuerti diſtulerunt. Alij demones hoc audientes: ipſum laudibus extulerunt. Mane autem facto abeuntibꝰ demonibus Laurentius letus ꝛ gratias agens deo: deſcendit et ambulauit quouſqꝫ ad palatiũ predicti ducis peruenit. Cũqꝫ demones in cuna repperiſſet: turpiter a domo effugauit. Et narrans predicto duci ſingula que contigerant: ſe eſſe verũ filium ſuũ declarauit: ꝛ tandẽ patrem ꝛ matrẽ ꝛ maximã paganoꝝ multitudineꝫ ad fidem xpi cõuerti ꝼ. ꝛ ſic pꝫ ſecundum.

Tertio deus ab eterno deſtinauit in corde ſuo beati Laurentij aſſumptionem. Qualis debeat eſſe vita ꝛ conuerſatio eorũ qui ad ordines ſacros eccleſie eliguntur ꝛ aſſumuntur. Declarat Iſidorus de vita clericorum. vt habeť. xxiij. diſt. capi. his igitur: dicẽs ſic Hijs igiť lege patruꝫ caueť: vt a vulgari vita ſecluſi. a mundi voluptatibus ſe abſtineant: non ſpectaculis: nõ pompis interſint: cõuiuia publica fugiant priuata non tñ pudica: ſed ſobria colant. Uſuris

ſ

nequaq̄ incūbant: nec turpiū occupationi
bus lucroꝝ neq̄ fraudib⁹ cuiuſq̄ ſtudium
appetant. amorem pecunie quaſi materiā
cunctoꝝ criminum fugiant, ſecularia officia
negociaq̄ abnuant. honoris gradū per am
bitionē nō ſuſcipiāt. ꝓ beneficijs medicine
dei munera nō capiant. pudorem ac verecū
diam mentis ſimplici habitu inceſſuq̄ oſtē
dant. Obſcenitatem ꝛ membroꝝ ꝛ verboꝝ
ſicut operū penitus execrent̄. Caſtimoniā
quoq̄ inuiolati corporis perpetuo conſer
uare ſtudeant. ſenioribus debitā prebeant
obedientiā. Tales eñi eſſe debent qui diui
nis cultibus ſeſe mancipandos ſtudēt. hec
ille. Hmōi fuit beatus Laurentius ſpū ſan
cto plenus qui deuotione ꝛ feruore diuini a
moris fuit totaliter inflāmatus. Unde po
terat dicere illud pſal. Inflāmatum eſt cor
meum ꝛ renes mei cōmutati ſunt ꝛ ego ad
nihilū redactus ſum: ꝛ neſciui. vt iumentū
factus ſum apud te ꝛ ego ſemper tecum.

Sciendū q̄ iſte amor diuinus extinguit q̄
druplicem amorem inordinatum. Primo
extinguit amorē carnalem. Ideo dicit. Re
nes mei cōmutati ſunt. Greg. Guſtato ſpi
ritu deſipit om̄is caro. Iſtum amorem car
nalem extinguit in beato Laurentio ignis
diuinus: q2 virginitatem mentis ꝛ corporis
integre ſeruauit. Secundo extinguit amo
rem terrenum. Ideo dicit. Et ego ad nihilū
redactus ſum. Qui eñi mundū deſpiciunt
nihil a mundanis hoībus reputant̄. i. Coꝝ.
iiij. Tanq̄ purgamenta huius mundi facti
ſumus. Iſtum amorem terrenū extinxit in
beato Laurentio ignis diuinus: q2 nihil ter
renū cōcupiuit: imo cum eſſet filius nobiliſ
ſimi ducis hereditatem ſuā ſpreuit. in hoc ſi
milis Moyſi. maiores diuitias eſtimās the
ſauro egyptioꝝ improperium xp̄i. Heb. xi.
Unde Cryſ. dicit. Uere nō habet ſuper ter
ram qd̄ amet: qui donū celeſte guſtauerit.

Tertio extinguit amorē domeſticū. i. parē
tū. Ideo dicit. Et neſciui. Deut. xxxiij. Qui
dixerunt patri ſuo ꝛ matri ſue: neſcio vos. ꝛ
fratrib⁹ ſuis ignoro illos: ꝛ neſcierūt filios
ſuos. Hij cuſtodierūt eloquiū tuū. Iſtum a
morē domeſticū extinxit in btō Laurentio
ignis diuinus: quia patriā ꝛ parētes ſuos q̄
erāt in hyſpania deſeruit. Et ob amorē p̄nci
pum apłoꝝ Romā cū btō Sixto perrexit.
in hoc ſimilis Abrahe qui egreſſus de ter
ra ꝛ cognatione ꝛ domo patris ſui venit in
terram quam monſtrauit ſibi deus. Gene.
xij. Quarto extinguit amorem proprium
ꝛ priuatū. Ideo dicit. vt iumentū factus ꝛc.
Qui eñi ſeipſos deſpiciunt propter xp̄um
ſunt iumentum xp̄i. quoniā amor diuinus
animā deo cōiungit. i. Coꝝ. vi. Qui adheret
deo vnus ſpūs eſt cum eo. Iſtum amorem
priuatū extinxit in beato Laurentio ignis
diuinus: q2 deū ſuper om̄ia dilexit. Treno
rum p̄mo. c. De excelſo miſit ignē in oſſibus
meis ꝛ erudiuit me. ꝓpter qd̄ btūs Sixtus
in papam electus ꝛ coronatus ipſum fecit
ſuum archidyaconū: ꝛ ordinauit: poſt quē
in Romana ſede archidiaconus non ſurre
xit. Et ſic patet.

Quarto deus ab eterno

deſtinauit in corde ſuo beati Laurētij diſpē
ſationē. Sciendū q̄ btūs Laurentius ha
buit quadruplicem diſpenſationē. Prima
fuit predicationis. nā predicator gratioſus
extitit: q2 ſub perſecutiōe decij Ceſaris mul
ta milia gētiliū ſua predicatione cōuertit: q̄
tamē martyrio coronati ſunt. i. Coꝝ. ix. Diſ
penſatio mihi credita eſt vt euangeliū pre
dicans lucrifacerem eos q̄ ſine lege erāt. Et
quantū ad hoc aſſimilat̄ auro. Quādo enī
lamina aurea ſubducta debet malleādo cū
argento incorporari. neceſſe eſt a tribus ma
xime precaueri. ſ. a puluere. vento. ꝛ humo
re. Conſimiliter ſi aurum caritatis debet ad
iungi cū argento ſonore predicationis. opor
tet precauere a puluere terrene cupiditatis
Unde ꝓſper libro de vita contēplatiua. vt
habetur. i. q. ij. ca. ſacerdos. dicit ſic. Apoſto
lus tamen qui ſic euangeliū dei predicauit
vt neceſſaria ſibi ſuis manibus miniſtraret.
de ſe cōfidenter loquit̄. Ego autem nullo ho
rum vſus ſum. Et quare dixerit. Secutus a
perit dicens. Expedit mihi magis mori q̄
vt gl̄iam meam quis euacuet. Euacuari di
cit gl̄iam ſuā ſi ab eis q̄bus predicabat vo
luiſſet accipere vite temporalis expenſam.
Nolebat quippe in preſenti laboris ſui fru
ctum: ſed in futuro recipere. hec ille. Opor
tet etiam precauere a vento humani fauo
ris ꝛ mūdane ambitionis. In hoc ſequens
humilitatē xp̄i. q̄ poſtq̄ predicauit apoſto
lis miſteriū regni dei: lauit pedes eoꝝ. ꝛ bea
tus Laurentius poſtq̄ euāgelizauerat pau
peribus regnum dei eorum pedes lauabat.
Oportet etiam precauere humorem noxiū
proprij amoris ne in vacuum gratiam dei re
cipere videatur. Et hoc fecit btūs Lauren

tius per om̄imodam ſui dedicationem ad
deum ſicut fecit Noe qui interpretaẜ dedi-
cans ⁊ ſignificat illos qui ſe totaliter deo de
dicant.⁊ inuenit gratiam coram dn̄o. Gen̄.
vi.⁊ per iugem dei memoriā.ſicut fecit Tho
bias.qui quia memor fuit dei in toto corde
ſuo non in parte dabat ei dn̄s gratiaꝫ. Tho
bie i. Et per ſollicitaꝫ ſui cuſtodiam. Secū
da fuit gratie. Eph.iij. Audiſtis diſpenſatio
nem gratie q̄ mihi data eſt in vobis.nā gra
tiam quā btūs Laurentius a deo acceperat
fideliſſime diſpenſauit.veniens eniꝫ ad do-
muꝫ cuiuſdam vidue q̄ multos xp̄ianos in
domo ſua abſconderat:quā lōgus dolor ca-
pitis detinebat liberauit eaꝫ per ſuā manuū
impoſitionē. Rurſus eadeꝫ nocte in domū
cuiuſdam xp̄iani veniens quēdam cecū ibi
dem reperit.⁊ facto ſigno crucis eum illumi
nauit. Tertia fuit rei tēporalis. vn̄ Proſp
vt habeẜ.xij.q.i.ca.expedit.dicēs ſic. Expe-
dit facultates eccleſie poſſideri.⁊ ꝓprias ꝑ
fectionis amore contemni. Non em̄ ꝓprie
ſunt ſ; cōmunes eccleſie facultates. hec ille.
Que debent pauperibus diſtribui.vt ſubue
niatur eoꝝ neceſſitatibus. Sicut habeẜ.xij.
q.ij.capi.aurum.⁊ cap.gloria epiſcopi. Hoc
aūt attendens btūs Laurētius theſauros
eccleſie quos tradidit ei btūs Sixtus eccle-
ſijs ⁊ pauperibus fideliter diſpenſauit.iuxta
illud pſal. Diſperſit dedit pauperibus: iuſti-
cia eius manet in ſeculū ſeculi. Ipſe em̄ diſ-
perſit:q: pluribus ꝯdiuiſit ⁊ nō vni. Diſper
ſit ⁊ nō auare retinuit. Dedit ⁊ nō vendidit.
Dedit libere ſine ſpe mercedis:lucri: aut cō
modi:aut obſequij. Dedit nō dandum poſt
mortem dereliq̄t. Pauperibus.ſ.xp̄i.nō pa
rentibus:nō amicis:nō diuitibꝰ. Quarta
fuit ſacramentoꝝ. Vn̄.i.Coꝝ.iiij.diciẜ. Sic
nos exiſtimet hō vt miniſtros xp̄i.⁊ diſpen
ſatores miniſterioꝝ dei.btūs Laurētius ve-
lut fidelis diſpenſator ſacramenta eccleſie
magna caritate miniſtrauit. Nam cum lucil
lus cecꝰ ob nimiū ploratū ꝓmiſiſſet ſe fideꝫ
xp̄ianā ſuſcipe.iſtāter poſtulabat baptizari.
quē diligēter examinās.B.Laur.de articul
fidei.tādē ip̄m baptizauit. Statimq; q̄ cecꝰ
fuerat lumē recepit.et multi ceci veniebāt ad
eū ⁊ baptizabāẜ ab eo ⁊ illumiabāẜ. Rur
ſus baptizauit ypolitū cū familia ſua nūero
xix.preterea baptizauit Romanū militē aſ-
ferentem vrceū cū aqua.⁊ ſic pꝫ quartū.

Quinto deus ab eterno

deſtinauit in corde ſuo beati Laurentij obe
dientiam in paſſione. Nam grauiſſima ſup
plicia pertulit:vtpote quia ſuper cratem fer-
ream aſſatus fuit. Hoc genus martyrij fu-
turum in beato Laurentio premonſtratum
eſt quattuor modis. Primo in ducibus.
Unde moyſes. Leuiẜ.vi.dicitur. hec eſt lex
holocauſti cremabitur in altari tota nocte
vſq; ad mane.ignis ex eodeꝫ altari erit De
cius ceſar dixit beato Laurentio:aut ſacrifi
ca dijs:aut nox iſta in te cum ſupplicijs ex-
pendetur. Et beatus Laurentius ait. Gau-
deo plane: quia hoſtia chriſti effici merui.
ego me obtuli ſacrificiuꝫ deo in odorem ſua
uitatis.⁊ ibidem dicitur. Omne ſacrificiuꝫ
quod coquitur in clibano ⁊ quicquid in cra
ticula vel ſartagine preparatur eius erit ſa-
cerdotiſ a quo offertur. ⁊ de beato Lauren-
tio dicitur. Meruit eſſe hoſtia chriſti leuita
Laurentius qui dum in craticula poſitus
aſſaretur non negauit dominum.⁊ ideo in-
uentus eſt ſacrificium laudis. Et.ij. Parali
po.xxiiij.diciẜ ſic. Surrexerunt autem cōtra
euꝫ ſerui ſui ⁊ occiderunt eum in lectulo ſuo
⁊ mortuus eſt.⁊ ibideꝫ.xxxiiij.ca.dicitur ſic.
Aſſauerunt vaſe ſuper ignem. Dauid in pſ̄
dicit. Probaſti cor meum ⁊ viſitaſti nocte:
igne me examinaſti:⁊ nō eſt inuenta in me
iniquitas.⁊ iterum.oſſa mea ſicut cremium
aruerunt. Salomon. Eccl.vlti.dicit. Libera
ſti me a preſſura flāme que circundedit me
⁊ in medio ignis nō ſum eſtuatus. Et Can
ti.vlti. Aque multe non potuerunt in me ex
tinguere caritatem. Et Eccle.xxxviij. Va-
por ignis exurit carnes eius. Iob.xxiij.dicit
ſic. Probabit me quaſi aurū qđ per ignem
tranſit. Et.xxx cap.dicitur. Cutis mea deni-
grata eſt ſuper me:⁊ oſſa mea aruerunt ⁊c̄.
Secundo in ꝓphetis. Unde Ierem̄.treno
rū.ij.dicit. Succendit in Iacob ignem flam
me deuorantis in gyro. Ezech.xv.diciẜ. Ec-
ce igni datum eſt in eſcam.vtramq; partem
conſumpſit ignis. Propterea Laurentius
dixit ad Decium hylari vultu. Ecce miſer aſ
ſaſti vnam partem:gyra aliam ⁊ manduca
Et Naum.ij.đr. Clipeus fortiū eius ignitus
Tertio in apl̄is.vn̄ Lu.xxiiij.đr ſic. Obtu
lerūt ei partem piſcis aſſi.⁊ Iob.xij.dicitur
Niſi granum frumenti cadens in terra mor
tuū fuerit ipſum ſolum manet. Si autē ⁊c̄.
Quarto in doctoribus. Unde btūs Au-
guſtinus dicit. Laceratos artus ⁊ multa
verberū ſectione cōciſos.ſubiecto ꝑcipit ig-

ne torreret: vt per cratē ferream que iam de fer
uore cōtinuo vim in ſe haberet vrēdi cōuerſo
rum alterna mutatione mēbroꝝ: fieret cruci-
atus vehementior: ⁊ pena ꝓductior. hec ille.
Et Maximus in ſermone dicit ſic. Nō enim
frēs. b. Laurētiꝰ breui vel ſimplici paſſione
perimitur. Nam ꝗ gladio ꝑcutitur ſemel mo
ritur. Qui in flāmarum camino mergit vno
impetu liberat. Hic aūt longua et multiplici
pena cruciatur vt mors ei nō deſit ad ſuppli
cium: ⁊ deſit ad finem. Legimus beatos pue
ros in penarū ſuarū deambulaſſe flammis: et
igneos globos pedibus cōculcare. Vn̄ ⁊ be
atus Lau. nō minore gloria eſt preferēdus.
Siquidem illi in penarū ſuarum flāmis am
bulabant. Hic in ipſo ſupplicij ſui igne diſcu-
buit. Illi veſtigijs pedum conculcauerunt in
cendia: iſte laterū ſuoꝝ diffuſiōe reſtinxit. Il
li ſtantes in pena eleuatis manibus orabāt
ad dn̄m. iſte proſtratus in pena toto corpo-
re dn̄m deprecatur. Hec ille. Beatus ambro
ſius in ſermone dicit ſic. Beatum martyrem
Lauren. grano ſinapis poſſumus cōparare.
qui diuerſis attritus paſſionibus per totum
orbem gratia ſui meruit fragrare myſterij. ꝗ
antea cōſtitutus in corpore erat humilis ig-
notus ⁊ vilis. poſtea ꝙ vexatus laceratꝰ. ex u
ſtus. vniuerſis ꝑ totū mūdum eccleſijs odo
rem ſue nobilitatis infudit. Hec ille. Sed in
ſua paſſione xp̄s dedit ei quattuor cōſolatio
nes. de quibus dicit in p̄s. Nox illuminatio
mea in delitijs meis ⁊c̄. Primo cauſabatur
ex diuini amoris dulcedine cū dicit Nox illu
minatio ⁊c̄. Tunc enī nox in delitijs vertitur
quādo tribulatio amoris dulcedine ſuperat.
Vn̄ dicebat. Tormēta tua epule mihi ſunt.
Secūda cauſabat ex ſecuritate gratie. Vn̄
ſubditur. Quia tenebre nō obſcurabuntur a
te. Tunc tenebre nō obſcurant qn̄ quis in tri
bulatione poſitus ꝑ pctī caliginē nō obnubi
latur. Vn̄ ſecurus dicebat. Deū meū colo: et
ipſi ſoli ſeruio: ⁊ ideo nō timeo tormēta tua.
Tertio cauſabat ex ſerenitate conſcientie.
Cū dicit. Nox ſicut dies illuminabit. Qō ꝗ-
dez fit qn̄ tribulatio luce cōſcientie ſerenatur
Vn̄ dicebat. mea nox obſcurū nō hꝫ. ſed oīa
in luce clareſcūt. Quarto cauſabat ex certi-
tudine glīe. Ideo ſubditur. Sicut tenebre eiꝰ
ita ⁊ lumē eius. Tunc lumē eſt ſicut tenebre:
qn̄ ꝗs recipit multitudinē gaudioꝝ ſm̄ mul
titudinem paſſionū. Iſtam certitudinem ha
bebat beatus Laurentiꝰ. qui dicebat. Grās
tibi ago dn̄e q2 ianuas tuas igredi merui ⁊c̄.

Sexto deus ab eterno de
ſtinauit in corde ſuo beati Laurentij victori
am. Unde beatꝰ Augu. in ſermone dicit ſic.
Beatus Laurentius manſit in xp̄o vſqꝫ ad
temptationē: vſqꝫ ad tyrānicaz interrogatio
nem: vſqꝫ ad acerrimā cōminationem: vſqꝫ
ad peremptionem: in qua longua morte ꝗa
bene manducauerat ⁊ bene biberat tanꝙ il-
la eſca ſaginatus: ⁊ illo calice ebrius: tormen
ta nō ſenſit. nō ceſſit ⁊ in regnū ſucceſſit. hec
ille. Fuit aūt adeo ꝯſtans ⁊ fortis ꝙ nō ſolū
tormentis nō ſuccubuit. imo ex ipſis factus
eſt perfectior in timore. feruētior in amore. ⁊
iocūdior in ardore. De primo dicit Maximꝰ
in ſermōe. Extēditur ſuꝑ flāmarum ignitos
globos ⁊ ſepius verſatur in latera. ſed quā-
to plus penarū patitur: tanto amplius xp̄m
dn̄m ꝑtimeſcit. Hec ille. De ſecūdo idē Ma
ximus dicit ſic. Nouo admirationis genere.
alius illum torquet. ⁊ alij ſeuientes tormēta
perficiunt deuotiorem Laurentiuz ſaluatori
ſupplicia atrociora fecerunt. Hec ille. De ter-
tio idem dicit ſic. Cor eius tanta in fide chri-
ſti magnanimitate cōcaluit: vt deſpectis pro
prij corporis cruciatibus inſaniſſimo tortori
ſuo triūphatis eius ignibus letus illuderet.
hec ille. Sciendū ꝙ beatus Laurentiꝰ quat
tuor ignes fortiter ſuperauit ⁊ extinxit. Pri
mus fuit carnalis ꝯcupiſcentie. Nam ſeqns
beatum ſixtum ad martyriū: clamabat poſt
eum dicens. Quo ꝓgrederis ſine filio pater.
Quo ſacerdos ſancte ſine miniſtro ꝓperas?
Tu ſine miniſtro nunꝙ ſacrificiū offerre cō-
ſueueras. Quid in me diſplicuit paternitati
tue? Nunꝗd degenerez me ꝓbaſti? Experire
certe vtrū idoneū miniſtrum elegeris cui cō-
miſiſti dn̄ici ſanguinis diſpenſationem. Cui
beatus ſixtus reſpōdit. Nō ego te deſero fili
neqꝫ derelinquo. Sed maiora tibi debent ꝓ
fide xp̄i certamīa. Nos quaſi ſenes leuioris
pugne curſum recipimus te autē quaſi iuue-
nem manet glorioſior de tyrāno triumphus
poſt triduum ne ſequeris ſacerdotem leuita
De extinctione ignis carnalis cōcupiſcentie
Maximus in ſermone dicit ſic. Ecce beatus
Lau. tranſijt per ignē quo nō aduſtus inhor
ruit: ſed illuminatus effulſit. arſit ne arderet.
⁊ ne vreretur exuſtus eſt. hec ille. Secūdus
fuit ignis ardentis auaricie. Nam cū beatus
Sixtus ad decollandum duceretur. Beatus
Laurentius clamabat poſt eum dicens. No
li me derelinquere pater ſancte. quia theſau-

ros tuos iã; expendi quos tradidiſti mihi
Beatus Augꝰ in ſermone dicit ſic. Armat
gemina face homo pecunie cupidus: ⁊ veri
tatis inimicus: auaricia: vt rapiat aurū. im-
pietate: vt auferat xp̄m. Nihil optines nihil
ꝓficis humana crudelitas. Subtrahit inuē
tis tuis materia mortalis. Et Laurentio in
celum abeunte tu deficis flammis tuis. hec
ille. Tertius fuit ignis materialis flamme
Nam milites audientes theſauros Laurē
tiū tenuerunt ⁊ parthemio tribuno tradide
runt. Ipſe aūt eum Decio p̄ntauit. Cui De
cius ceſar ait. Ubi ſunt theſauri ecclie quos
apud te nouimꝰ eſſe abſconditos? Qui cū
ſibi nō r̄nderet tradidit eum Valeriano p̄-
fecto: vt vel theſauros ꝓdat. ⁊ ſacrificet ydo
lis vel diuerſis cū faciat interire ſupplicijs
⁊ tormētis. Cūq̧ nollet Laurentius votis
eius annuere, dixit Decius. Afferat lectus
ferreus vt requieſcat in eo cōtumax laurētius
Miniſtri itaq̧ eū exuūt: ſuper cratem ferre
am extendunt ⁊ prunis ſuppoſitis eū cum
furcis ferreis comprimūt. Dixitq̧ Lauren
tius Valeriano. Diſce miſer: q̇a carbones
tui mihi refrigeriū. tibi autem eternū ſuppli
cium preſtant: qr ipſe dn̄s nouit ꝙ accuſatꝰ
non negaui eū. interrogatus xp̄m cōfeſſus
ſum, aſſatus gratias ago. Et ſic p aſtantibꝰ
orans tandē emiſit ſp̄m. Unde Maximus
ait. Corporali laborabat incēdio: ſed diuinꝰ
ardor materialē reſtrinxit ardorē. ⁊ Amb.
dicit. Quāuis rex improbꝰ ligna ſubijceret:
incendia maiora ſupponeret. Tamen ſctūs
Laurentius has flāmas fidei calore nō ſen
ſit. Et Augꝰ. inquit. Superari caritas xp̄i
flāma nō potuit. ⁊ ſegnior fuit ignis qui fo-
ris vſſit: ꝙ qui intus accendit. Quartus
fuit ignis furentis inſanie. ſ. perſequentiū q̄
fruſtrata eſt. Unde Maximus ait. Supera
tis flāmarum miniſtris om̄e mūdane inſa
nie reſtinxit incendiū. ⁊ ad hoc vſq̧ diabo-
lica ꝑfecit intentio. vt ⁊ vir fidelis ad deum
ſuū gl'ioſus aſcenderit: ⁊ crudelitas ꝑſequē
tium cū ſuis ignibꝰ torpeſcat cōfuſa. Furor
em̄ gentilis accenſus craticulam parat igni
tam. vt indignationis flāmas ignibus vin
dicaret. hec ille.

Septimo deus ab eterno
deſtinauit in corde ſuo beati Laurētij p̄emi
nentiā. q̄ in quattuor manifeſtat. Primo
in miraculoꝝ operatione. ſ. in elongatiōe cu
iuſdam trabis que in fabricam eccleſie ſue
deputata erat. In refectōe calicis criſtallini
In ſuſcitatione dn̄i ſtephani iudicis roma-
ni. In liberatione Henrici imperatoris. Se
cundo in vigiliarū inſtitutione. Solus enī
inter martyres habet vigiliam. Sed vigilie
ſanctoꝝ ꝓpter multas inordinatōes. hodie
in ieiunia ꝯmutata ſūt. Mos em̄ fuit antiq̄
tus: vt in feſtiuitatibus ſctōꝝ. hoīes cū vxo
ribus ⁊ filiabꝰ ad eccliam cōuenirent. ⁊ ibi-
dem cū luminaribus ꝑnoctarēt. qr ꝟo mul-
ta adulteria in hijs vigilijs fiebant. Statu-
tū fuit vt vigilie ī ieiunia ꝯuerterent. nomē
tn̄ vetus retentū eſt. vt non ieiunia: ſꝫ vigilie
appellarent. Tertio in octauarū celebrati
one. Ipſe nāq̧ ſolus cū Stephano hꝫ octa
uas inter martyres ſicut btūs Martinus
inter cōfeſſores. Quarto in indulgentiarū
diſtributiōe. Sūmus pontifex certificatꝰ de
viſione cuiuſdā monachi: monaſterij ſancti
Laurentij rome. ⁊ de cingulo ſibi dato p be
atum Laurentiū. ad cuiꝰ tactū ſurrexit q̇dā
defunctus celebrata ſolēni miſſa dedit indul
gentiā oībus vere penitentibꝰ ⁊ cōfeſſis ec-
cleſiam predictā ⁊ oēs ecclīas per totū orbē
dedicatas. in honorē ſancti Laurētij: quar
ta feria deuote viſitantibꝰ indulgentiā quat
tuor ānoꝝ ⁊ quattuor quadragenarum ad
laudem ſancti ſui. Amen.

In feſto aſſumptionis glorioſe vir-
ginis Marie. Sermo. xlvi.

m Aria optimā partē
elegit Lu. x. ⁊ in euāgelio p̄ntis
ſolēnitatis. Damaſ. in ſmone
hodierno dicit ſic. hodie ꝟgo celeſti tēplo in
uehit. ſacra ⁊ aīata archa in tēplo nō manu
facto reponit. Colūba innocēs auolās ex ar
cha. i. corpe quo deū ſuſcepit pedibꝰ requiē
adinuenit. hec ille. Sup quo talē moueo q̄ō
nē. vtrū btā ꝟgo p ſui gl'ioſā aſſumptionē
obtinuerit btītudinis oīm ſctōꝝ fructuoſā
ꝑfectionē. Ad iſtā q̄ōnem r̄ndēt tres docto
res noui teſtī. Primꝰ eſt btūs Hieronī. in ſ
mone hodierno dicēs ſic. Legimus ꝙ ſepe
ad funera ſepulturaſq̧ ſcōꝝ angelos adue
niſſe ⁊ ad exeq̇as eoꝝ obſeq̇a preſtitiſſe. nec
nō ⁊ aīas eoꝝ vſq̧ ad celos cum hymnis ⁊
laudibꝰ extuliſſe ⁊ eoſdē multo lumīe ſplen-
duiſſe. Inſup ⁊ adhuc viuētes in carne ibi-
dē miri odoris fragrantiā ꝑſenſiſſe. Si igit
talia ⁊ tanta circa defunctos deꝰ dignatꝰ eſt
exhibere q̄nto magis eiꝰ genitrici in die obi-
tus ſui credendū eſt celoꝝ militiā obuiā ad-

veniſſe, eā q̄ȝ ingenti lumīe circūfulſiſſe: ⁊ vſ
q̄ȝ ad tronū gl'ie ꝑduxiſſe. Nulli dubiū ē to
tam illā celeſtē curiā ſupne hierl'm ineffabi
li leticia exultaſſe. ⁊ tūc iocūdatā fuiſſe inef
fabili claritate. tuncq̄ȝ cū iubilatione cōgra
tulaſſe hec ille. Secūdus eſt btūs Bernar
dus in ſermone hodierno dicēs ſic. Vere in
plenitudine ſctōꝝ detentio ei⁹ cui nunq̄ȝ de
fuit fides pr̄iarcharū. nec ſp̄us ꝓphā ſrū nec
zel⁹ apl'oꝝ: nec ꝯſtātia martyꝝ: nec ſobrietas
ꝯfeſſoꝝ nec caſtitas v̄ginū: nec fecūditas ꝯiu
gatoꝝ: nec puritas āgeloꝝ. h̄ ille. Intrm̄ ei fu
it ꝑ nimia gr̄e plenitudine pōderoſa q̄ſi ip
ſa ſola in vna ſtatera pōderet: ⁊ ceteri ange
li ⁊ oēs ſancti tā veteris q̄ȝ noui teſtamēti i
ſtatera alia ponerent. ipſa pre nimia gr̄e ab
undantia amplius pōderaret: q2 oēs ḡtias
quas alij habuerūt ꝑticulariter. ipſa habuit
vniuerſal'r. iō ipſa eſt lucerna ciuitatis ſuper
ne: qd̄ notat cū d̄r. Maria. i. illuminatrix. vn̄
illud qd̄ d̄r de xp̄o pōt etiā de ea dici. Apoc.
xxij. Lucerna. ſ. illius ciuitatis ſupne ē agn⁹
Silr̄ lucerna eiuſdē ciuitatis eſt btā v̄go
Maria. Vn̄ Bern̄. dicit. Marie pn̄tia tot⁹
illuminat orbis: adeo vt ⁊ ipſa ſupna ciui
tas claritate rutilet. v̄ginee lāpadis illuſtra
ta fulgorib⁹. hec ille. Tertius ē btūs Tho
mas tertia pte. q. xxvij. arti. v. dicens ſic. In
rebus naturalib⁹. Primo q̄dem eſt ꝑfectio
diſpōnis. puta cū materia eſt ꝑfecte diſpoſi
ta ad formā Secūdo aūt eſt ꝑfectio forme
q̄ eſt potior. Nam ⁊ ipſe calor ꝑfectior eſt q̄
ꝓuenit ex forma ignis q̄ȝ ille q̄ ad formam
ignis diſponebat. Tertio aūt eſt perfectio fi
nis ſicut cū ignis h̄ȝ ꝑfectiſſime ſuas quali
tates cū ad locū ſuū ꝑuenerit. ⁊ ſil'r in btā
v̄gine fuit triplex ꝑfectio gr̄e. Prima q̄dē
quaſi diſpoſitiua ꝑ quam reddebat idonea
ad h̄ q̄ eſſet mater xp̄i. ⁊ h̄ fuit ꝑfectio ſan
ctificationis Secūda aūt ꝑfectio fuit in btā
v̄gine ex pn̄tia filij dei in vtero eius incarna
ti. Tertia aūt ꝑfectio eſt finis quā h̄ȝ in gl'ia
q̄ aūt ſcd̄a ꝑfectio ſit potior q̄ȝ ꝑma: ⁊ ter
tia q̄ȝ ſcd̄a. p̄ȝ per ordinē ad bonū. Nam pri
mo in ſua ſctificatiōe adepta eſt gr̄am incli
nantē eā ad bonū. In ꝯceptione aūt filij dei
ꝯfirmata eſt ei gr̄a ꝯfirmās eā in bono. In
ſui vero gl'ificatione ꝯſummata eſt ei⁹ gr̄a
ꝑficiēs eā in fruitōe oīs boni. hec Thomas
Sciendū q̄ btā v̄go eſt imꝑatrix ⁊ regina
celi ꝓpter q̄ttuor. Primo rōne ꝓpinquitatis
Nam inter xp̄m ⁊ btām v̄ginē eſt ꝓpinqui
tas filiationis deſponſationis ⁊ maternitatꝫ
Eſt eñ filia dei. pſ̄. Ipſe fundauit eā altiſſi

mus. Ideo h̄ȝ ad ipſā ꝑ paternū affectū. pſ̄.
Audi filia ⁊ vide ⁊ inclina aurē tuā ⁊c̄. vſq̄ȝ.
qm̄ ipſe eſt dn̄s deus tu⁹. Eſt etiā ſpōſa dei
Joh. iij. Qui h̄ȝ ſponſam ſponſus eſt. xp̄us
aūt eſt ſponſus. pſ̄. Ipſe tanq̄ȝ ſponſus ꝓ
cedens de thalamo ſuo. Ideo ad ipſam ha
bet amorem ſincerū. Sapi. viij. Hanc ama
ui ⁊ exquiſiui a iuuentute mea ⁊ queſiui eā
mihi ſponſam aſſumere. ⁊ amator fact⁹ ſū
forme illius. ⁊ etiam mater dei. pſalmi. Ho
mo natus eſt in ea. Iō ſup ipſum habet ma
terne auctoritatis imperium. Et poteſt ſibi
tanq̄ȝ mater filio imperare. hoc ſignatur. iij.
Regum. ij. Ubi Berſabee mater Salomo
nis imperauit ei dicens. Petitionem vnam
peto a te ne confundas faciem meam. Tūc
eñ faciem ſuam confunderet quando illud
quod petit denegaret. Ideo rex ſibi reſpon
dit. Pete mater mea. Neq̄ȝ enim fas eſt vt
auertam faciem meam a te. Secundo ra
tione dignitatis. Pſalmi. Aſtitit regina a
dextris tuis in veſtitu deaurato circunda
ta varietate. vbi dignitas beate virginis de
claratur quo ad tria. Primo quo ad locū
cum dicitur. Aſtitit regina a dextris tuis.
Hoc ſignatur. iij. Regū. ij. vbi dicitur. Po
ſitus eſt tronus eius que ſedit ad dexteram
eius. Secundo quo ad habitum. cum dici
tur. In veſtitu deaurato. Apocal'. xix. Uxor
agni preparauit ſe ⁊ datum eſt ei vt coope
riat ſe byſſino ſplendido ⁊ candido. Pro
uerbioꝝ vlti. Byſſus ⁊ purpura indumen
tum eius. Pſalmi. Myrra ⁊ gutta ⁊ caſia
a veſtimentis tuis. Super quo dicit gloſa.
Hic laudat propheta ſponſam ab ornatu.
his autem aromatibus odor virtutum aſſi
gnatur. qui odores nuptiali gaudio adhibē
tur vt in nuptijs fieri ſolet. habent autē iſte
ſpecies aromatice has ꝓprietates. Myrra
eñ eſt amara ⁊ cōſeruat carnē a putredine
⁊ vermes expellit. ⁊ iō myrra ſignificat car
nis mortificationē: que licet ſit carni ama
ra: tn̄ ꝯſeruat a putredine luxurie: ⁊ expellit
vermes male ꝯcupiſcentie. ⁊ ſic caſtitas cu
ſtodit. gutta expellit oēs inflaturas ⁊ tu
mores. ⁊ iō ſignat humilitatē q̄ cordis duri
ciā curat. Caſia in aquoſis loc̄ naſcit ⁊ cre
ſcit ⁊ ſignat pietatē q̄ naſcit in cordib⁹ illoꝝ
q̄ ſunt cōpaſſibiles ⁊ deuoti. Iſte tres ſpēs
aromatice. i. virtutes ſ. mirra caſtitatis. gut
ta humilitatis. ⁊ caſia pietatis. excellētiſſi
me in btā virgine fuerūt. Eius eñ v̄ginitas
fuit odorifera āgelo. hūilitas deo. pietas to
ti mūdo. h̄ veſtimētū eſt aureū quo ad ꝑcio

ſtatē ⁊ fulgorē. Tertio quo ad obſequiū fa
muloꝝ. cū dr̄. circūdata varietate. ſ. āgeloꝝ ⁊
ſctōꝝ vniuerſitate q̄ oēs btē marie ꝟgini fa
mulant̄. vñ Gilbert⁹ epūs ⁊ martyr in ſuis
omel. dic. Sol⁹ dñs ieſus xp̄s pōt ipam ma
gnificare quatenus ab ipſius maieſtate lau
dem accipiat ⁊ honorem. angelicis ſtipata
choris, archangeloꝝ vallata turmis. throno
rum hincinde poſſeſſa iubilationibus domi
nationum circūcincta tripudijs. principatuū
circūſepta obſequijs. poteſtatum amplexata
plauſibus. virtutū gyrata honoribus. cheru
bin circūſtātiata hymnificatōib⁹. Seraphin
vndiq̄ poſſeſſa ineffabilibus cantionibus.
Apoſtolorum ſplendidiſſimus ordo ineffa
bili laude ipam extollit. Martyrū exercitus
oīmode ſupplicat dn̄e tante. Cōfeſſoꝝ mul
titudo innumerabilis cōtinuuꝫ ſibi perſonat
canticū. Virginū candidiſſima contio iugeꝫ
choream ad ſuā celebrat gloriam. Inuite eti
am ſibi infernus vlulat ⁊ pcaciſſimi demo
nes conclamant. hec ille. Tertio rōne pote
ſtatis. Ipſa em̄ tanq̄ imperatrix angelos in
miniſteriū mittit: ⁊ ſecreta palatij celeſtis eiſ
cōmittit. Vñ Bern. in quodā ſermone dicit
ſic. Perſuadet immo cōpellit nos celſitudo
tua credere vt regno filij tui beatiſſima virgo
Maria ita imperioſe principeris q̄ per an
gelorum miniſteria tuis ſepe deuotis ſubue
nias. Si em̄ angelus angelum mittit cōfidē
ter debet credere xp̄iana deuotio q̄ impera
trix angeloꝝ tanto magis habet angelos ad
obſequiū q̄to differentius pre illis nomē he
reditauit. Si enim Joſue dux iſrael iuſſit ſo
lem ſtare quomodo nō omnia ſydera ad nu
tum imperatricis glorioſe diſcurrunt. Si che
rubin ⁊ ſeraphin de fonte bibentes inferiori
bus angelis quedam archana reuelant: quā
to magis glioſa virgo de occultis filij ſui am
plexu eius deguſtato. myſteria angelis ſuis
copioſius effundit. hec ille. Etiam demones
tanq̄ proditores de palatio celeſti expellit.
Vñ Fulbertus Carnotenſis epūs dicit ſic.
Maria mater mīe materna dignitate facta
eſt ⁊ erga ſuperos imperioſa charitate ⁊ ſu
per inferos ꝑ diſtrictionē. vbiq̄ pma. vbiq̄
magnifica. cui certe ꝓpriuꝫ eſt ⁊ angelos ſā
ctos in miſterium mittere. ⁊ ad bn̄placitum
ſuū inferoꝝ pacta ceſſare. Hec ille. Quarto
rōne auctoritatis. Tantā em̄ auctoritatē ha
bet in celeſti palatio q̄ oībus alijs ſanctis o
miſſis ad ipſam licet ab omni grauamie ap
pellare. Primo ſiquis grauat̄ a diabolo ad
ipſam appellare pōt ſicut ad imperatricem.
Exemplū de Theophilo depoſito a vicedomi
natu ab epo ſuo. Qui deſperatus diaboli ſer
uum ſe fecit. cyrographo propria manu ſcri
pto ⁊ dyabolo tradito. Tandem in ſe reuer
ſus ⁊ penitens ad reginā celi appellauit. ⁊ ip
ſa omīa irritauit. cyrographū Theophili red
di iuſſit ⁊ veniā ⁊ grām eidem promeruit.

Secūdo ſi quis grauatur a tyranno ad ip
ſam appellare poteſt. ſicut ad reginā mūdi.
Exēplum de Baſilio cui Julianus apoſtata
vadens ad pliūm cum minatus fuiſſet q̄ in
reditu ſuo ciuitatem eius deſtrueret. Sanct⁹
Baſilius ad beatam virginem appellauit.
Que militē quendā nomine Mercuriū ſuſ
citauit qui ſup equū aſcendēs ⁊ ad Julianū
pgens lancea in eū directa ipm̄ occidit. Vñ
Gilbertus dicit ſic. Veniant ad btām Ma
riam iuſti cū baſilio effectū celerem pcepturi
veniāt ⁊ petōres cū theophilo in auxiliū ma
riam adepturi. Hec ille. Tertio ſi qs grauat̄
a corpe ꝓprio ad ipſam appellare pōt. ſicut
ad reginā. Exemplum de Maria egyptiaca
q̄ multo tēpore carnali cōcupiſcentie inſerui
uit tandem ad btām virginē cōfugit ⁊ appel
lauit. ⁊ ſic cōcupiſcentiam vicit ⁊ caſtitatem
ſeruauit. Quarto ſiquis grauatur a iuſticia
dei ad ipſam appellare poteſt. ſicut ad impe
ratricem. Exemplum habetur Heſter. ij. Cū
enim rex Aſſuerus iudeis eſſet iratus regi
na Heſter ad eum placandum acceſſit. Cui
rex dixit. Etiam ſi dimidium regni mei petie
ris dabo tibi. Iſta eſt beata virgo cum qua
deus diuiſit regnū ſuum. Nam cum deus ha
beat iuſticiam ⁊ miam: iuſticiaꝫ ſibi retinuit.
⁊ beate virgini marie miſericordiā ꝯtribuit.
ideo ſiquis grauat̄ a foro iuſticie dei appel
let ad foruꝫ mīe dei. Heb. iiij. Adeam⁹ cū fi
ducia ad thronū grē vt miaꝫ cōſequamur et
grām inueniam⁹ in tpe oportūo. Et cū btā ꝟ
go ſit thron⁹ mīe dei q̄ ſuperexaltat iuſticiā dei,
Ideo maria optimā partem elegit.

Maria optimā partem elegit.
- Legis diuinalis.
- Legis naturalis.
- Legis ꝓphetalis.
- Legis ſapientialis.
- Legis ſpūalis.
- Legis finalis.

Primo Maria elegit opti
mā ptēꝫ leg̃ diuinalis. Sciēdū q̄ i lege diuinalē
ꝯtinet̄. vij. mirabilia q̄ btā ꝟgo pfectiſſime hūit

Primo ignis eternꝰ. Heb. xij. Deus noſter
ignis cōſumēs eſt. Sicut em̄ ignis nullā per
mixtionē patiť ꝑpter ſui puritatē, ſed alia pu
rificat: ſic deus eſt tante puritatis ꝙ nullā im
ꝑfectionē in ſe recipit: ſ; potiꝰ alia ꝑficit. Hic
ignis in ventre virgīs. ix. mēſibus habitauit:
quo tota fuit inflāmata, q̄m totā ipam diui-
nus amor impleuit. Hiero. Mariā totā im-
pleuerat ſpūſſanctꝰ, totā incaluerat diuinꝰ a-
mor. ita vt in ea nihil eēt ꝙ mūdanꝰ violaret
affectꝰ. Et ſicut aurū ad p̄ntiam ignis lique-
ſcit. ſic aīa btē virgīs ad p̄ntia; ignis diuini
tota liq̄facta fuit. Cant. v. Aīa mea liq̄facta
eſt. Vn̄ ſctūs Odilio dicit ſic. Credimus eā
gaudijs interfuiſſe aſcēſionis dn̄ice, ⁊ in die
penthecoſtes cū aplīs ſpm̄ſanctū accepiſſe.
quā cōſtat a cōceptiōe xpi pleniſſime habuiſ
ſe. Ipſa em̄ diuinū ignem ⁊ ſpm̄ ſctm̄ habuit
ꝑ deuotā orationē. Act. i. Hij omēs erāt per
ſeuerantes in orōne cū Maria matre Jeſu.
Bern̄. ſupmiſſus eſt dicit ſic. Ingreſſus eſt
angelus ad eā. quo ingreſſus? Puto ꝙ in ſe-
cretariū pudici cubiculi: vbi fortaſſis illa clau
ſo ſup ſe oſtio patrē ſuū orabat in abſcōdito
ſolēt nimirū angeli aſtare orātibꝰ ⁊ in eis de
lectari quos vident in orōne puras manꝰ le-
uare. hec ille. Preterea igne; diuinū obtinuit
ꝑ ꝓfundam humilitatōem. ps. Qui emittis
fontes in cōuallibꝰ. i. grām ꝑſtas humilibus
q̄ maxie fuit hūilitatis. Luce. i. Reſpexit hu
militatē ancille ſue. Vn̄ Petrꝰ Rauēnas. ſup
miſſus eſt. dicit ſic. Ecce quam vocauit ange
lus dn̄am. ipſa ſe cognoſcit et fateť ancilla;.
quia deuotus animꝰ infuſis beneficijs creſcit
ad obſequiū ⁊ augetur ad grām. nō ad ſuper
biam pertumeſcit. nō ad arrogantiam ꝓſilit
Hec ille. Rurſus ignē diuinū ꝓmeruit ꝑ pu
rificationem. ps. Cor mūdu; crea in me deꝰ:
⁊ ſpiritū rectū innoua in viſceribꝰ meis. quā
purificationē ipa hūit cū deꝰ pr̄ ipa; ſctificā
uit ps. Sctificauit tabernaclm̄ ſuū altiſſimꝰ
ſ. i ꝯceptōe ſua: ⁊ i ꝯceptōe xpi Luc̄. i. Spūſ-
ſctūs ſupueniet in te. Anſel. Decebat vt illiꝰ
hoīs ꝯceptio. i. Jeſu xpi ⁊ ea m̄re fieret: q̄ ea
puritate niteret: qua maior ſub deo neq̄t in-
telligi. Itē ignē diuinū hūit ꝑ trāq̄llā mētē de
uotiōe;. ſic xp̄s dixit aplīs. Luc̄. vl. Sedete ī
ciuitate donec induamini v̄tute ex alto. ſedete. i.
a ſuperfluis curis quieſcite. hanc vacationē
habuit q̄ i ſuo thalamo clauſa mā ſit. Bern̄.
ſuper miſſus eſt. dicit ſic. Non eſt ſuſpicādū
ꝙ angelus apertū inuenerit oſtiū marie: cui
nimirū in ꝓpoſito erat. frequētias hoīm fu
gere. colloquia vitare, ne vel orātis ſilentiu;
turbareť vel cōtinentis caſtitas turbareť.
hec ille. Secūdo i lege diuinali ꝯtineť ſplē
dor diuinꝰ. Heb. i. Qui cū ſit ſplendor glīe.
Hic em̄ ſplēdor. ix. mēſibus in ea habitauit
q̄ eā totam ſplendidam fecit ⁊ illuminauit.
Apo c. xij. Signū magnu; apparuit in celo
mulier amicta ſole. i. ſplēdore. Nam ipſa di-
cit illud. Eccl. xxiiij. Penetrabo inferiores
ꝑtes terre, ⁊ inſpiciā oēs dormiētes: ⁊ illu-
minabo oēs ſperātes in dn̄o. Ipſa em̄ illu-
minat obſcuros ad expellēdū tenebras pec-
cati. ipſa etiā illumiat negligētes ⁊ tepidos
Juxta illud. Eph. v. Surge q̄ dormis ⁊ exur
ge a mortuis ⁊ illuminabit te xp̄s. Ipſa etiā
illuminat in deo ſperātes ⁊ ſibi deuotos cō-
ſeruādo in lumie grē dei. Tertio in lege di
uinali ꝯtineť theſaurꝰ ſapie. Col. i. In quo
ſunt oēs theſauri ſapie ⁊ ſcie dei abſconditi
Hic theſaurus ſapie fuit in ventre virginis
ix. mēſibꝰ q̄ eā ſapiētiſſimā fec. Bern̄. Quid
de deo nō ſapiebat: in qua dei ſapīa latebat.
Nam angelꝰ neſciuit explicare modū incar-
natiōis xpi. ſ; ſolū illō nūciauit. Bern̄. Spi
ritusſctūs ſuꝑueniet. i. ſup angelos ⁊ omēm
creaturā in te veniet. ⁊ iō me nō interroges
q; ſup̄ me eſt ⁊ ad illud nō potero. Aſcēde
g̊ tu ⁊ ne ſteteris inter angelos: q; paululū
cū ꝑtranſieris eos inuenies que; diligit aīa
tua. modū q̊ de ſpūſctō ꝯcipies dei v̄tus eſt ⁊
dei ſapīa. Xp̄s in ſuo ſecretiſſimo cōſilio ſic
obūbrādo ꝓteget ⁊ occultabit: vt tm̄ ſibi no
tus habeať ⁊ tibi. Scies vtiq;: ſed illo do-
ctore quo auctore. Non em̄ doceri pōt niſi a
donāte, nec poteſt addiſci niſi a ſuſcipiente.
Quis em̄ excepta fortaſſis illa que hoc ſola
experiri meruit intellectu capere poſſit. qua
liter ille ſplēdor inacceſſibilis. v̄gineis ſe vi
ſceribus infuderit. Et forte dictum eſt, obū-
brabit tibi: q; qō ſola per ſe trinitas in ſola
⁊ cum ſola virgine voluit operari. ſoli datu;
eſt noſſe. cui ſoli datū eſt experiri. ac ſi dicat
angelus. Quid a me requiris: qō in te mox
experieris: hec ille. Quarto in lege diuinali
ꝯtineť fons miſericordie. Gen̄. ij. Fōs egre
diebať de loco voluptatis. Hic fons perue-
nit ad nos ꝑ beatā virginē ſicut per aquedu
ctum. Eccl. xxiiij. Ego quaſi aqueductꝰ exi-
ui de paradiſo: ⁊ de delitijs miſericordiaru;
dei. Per iſtū aqueductū fluūt aque grāru;
de celo in mūdū. Vnde ſequiť. Dixi rigabo
ortū plātationū mearū. Bern̄. Aqueductꝰ
eſt Maria, cuiꝰ nimirū ſummitas inſtar ſca

le Jacob celos tangit:imo etiā tranſcendit
vt illū aquarū fontē que ſup celos ſūt attin
gere poſſit. Natus eſt fons vſqꝫ ad nos. qꝛ
deſcendit illa celeſtis vena per aq̄ductū. nō
tm̄ fontis copiā nobis exuberās: ſꝫ ſtillicidia
grē cordibus mentis attentis alij q̄dem plꝰ
alij minus accipiūt. Plus eq̄dem aquedu-
ctus: vt ceteri de plenitudine nō plenitudinē
ipſam accipiāt. Aqueductus eſt Maria q̄
plenitudinē fontis de corde patris accepit:
⁊ nobis illum nō ꝓut eſt: ſꝫ ꝓut capere pote
ramus edidit. Quomodo hic noſter aque
ductus fontē illū attingit tā ſublimē: Quō
putas niſi vehemētia deſiderij: feruore deuo
tionis: puritate orōnis. Quō maieſtatē at-
tingit inacceſſam niſi pulſando: petēdo: que
rendo. hec ille. Quinto in lege diuinali cō-
tinet niueus candor. Sapi. vij. Candor eſt
enī lucis eterne ⁊ ſpeculū ſine macula. Hic
cādor puritatis refulſit in btā virgine. Can
ti. iiij. Tota pulcra es amica mea: ⁊ macula
nō eſt in te. Cuiꝰ puritas nō eſt paſſa vllam
impuritatem ſibi ꝑmiſceri. Sap. vi. Nihil in
quinatū in illā introiuit. Non enī ſibi ſe imi
ſcuit pctm̄ originale qꝛ fuit i vtero a ſpūſctō
ſctificata: nec aliq̄d mortale qꝛ fuit pr̄is po-
tentia roborata. nec aliq̄d veniale: qꝛ fuit a
ſplēdore filij illuſtrata. nec aliq̄d actuale: q̄a
fuit ab igne ſpūſſancti inflāmata. Vn̄ q̄uis
eſſet pulcerrima a nullo tn̄ vnq̄ potuit ꝯcu
piſci. qꝛ eiꝰ puritas alioꝝ corda medullitꝰ pe
netrabat. ⁊ in eis oēs motꝰ illicitos extigue
bat. Hieronī in ſmone de aſumptiōe dicit ſic
Jure ſole ꝓhibet amicta q̄ luci illi in acceſſi
bili ⁊ imarceſſibili videt imerſa. Neqꝫ ei ab
illa luce dicta eſt tāgi. ſꝫ opiri magis ⁊ cir-
cūfundi: ⁊ tāq̄ ipſo igne ꝯcludi. h ille. Sex
to in lege diuinali cōtinet diuinꝰ odor. de q̄
dr̄. Eccl. xxiiij. Ego q̄ſi vit fructificaui ſuaui
tatē odoris. hic odor fuit in btā v̄gine. Ecc.
xxiiij Sic cynamomū ⁊ balſamū aroatizās
odorē dedi. Naꝫ cynamomū q̄ñ eſt bonuꝫ ⁊
laudabile multiplicē hꝫ v̄tutē. ⁊ maxime va
let ꝯtra vulnera labioꝝ. Que aūt ſunt vulne
ra labioꝝ niſi pctā locutionū. iſta locutionū
vulnera ſanat v̄go btā ex ſua locutōe mode
rata. Oīa enī v̄ba ſua fuerūt vulnerū no-
ſtrorum medicina ⁊ noſtrarum locutionuꝫ
exempla. Ipſa enim fuit diſcreta in queren
do quando dixit. Quomodo fiet iſtud quo-
niam virum non cognoſco. Fuit humilis in
obediendo quādo dixit. Ecce ancilla domi-
ni fiat mihi ⁊c̄. Fuit curialis in ſalutando.
quando ſalutauit Elizabeth. Fuit grata in
regratiando quando beneficia dei recogno
ſcens dixit. Magnificat anima mea domi-
num ⁊c̄. Fuit modeſta in reprehēdēdo: quā
do dixit. Fili quid feciſti nobis ſic ⁊c̄. Non
enī eū maledixit: vel turbata increpauit: ſed
cum modeſtia corripuit. Fuit pia in compa
tiendo: quando compaſſa eſt ſponſo cui vi-
num defuerat. Ideo dixit. vinum non ha-
bent. Fuit ſapiens in conſulendo quando
dixit miniſtris. Quodcūqꝫ dixerit vobis fa-
cite. Canti. i. Curremus in odorem vnguen
torum tuorum. Et Eccle. xxiiij. dicit de ſe.
Quaſi balſamum non mixtum odor meus
Eſt autem balſamum frutex duoruꝫ cubito
rum in quantitate. ſimilis vitiin ſtipite. In
folijs autem ſimilis rute. Unde poteſt dice
re illud. Geneſ. xl. Videbam coram me vi-
tē in qua erant tres ꝓpagines creſcere pau
latim in gēmas ⁊ flores ⁊ vuas matureſcere
Per vitem intelligitur chriſtus. Johis. xv.
Ego ſum vitis vera. per tres ꝓpagines in-
telliguntur tres diuine perſone. Nam in vte
ro virginis fuit chriſtus velut vitis: ad cuius
incarnationeꝫ conuenerunt: pater qui hanc
incarnationem fecit. filius qui incarnatus ē
ſpiritusſanctus cuius virtute chriſtus incar
natus eſt. In chriſto fuerunt tria. ſcꝫ natura
diuina. anima. ⁊ caro. velut gemme. flores.
⁊ vua. Septimo in lege diuinali cōtinetur
ſuauis dulcor. Eccle. xxiiij. Spiritus meus
ſuper mel dulcis: ⁊ hereditas mea ſuper mel
⁊ fauum. Hic dulcor fuit in beata virgine.
Canti. ij. Fructus eius dulcis gutturi meo.
Sicut enī Petrus xp̄i in tranſfiguratiōe tā
ta iſtius fructus fuit plenus dulcedine q̄ in
de nolebat diſcedere. pſal. Guſtate ⁊ vide
te quoniam ſuauis eſt dominus. Et Dauid
q̄ magna multitudo dulcedinis tue domi-
ne. Sic beata virgo in chriſti conceptio-
ne mira ſuauitate fuit repleta. vt omnibus
memoriam ſuauitatis ⁊ dulcedinis ſue eru
ctauerit. Bernardus. Copioſiſſima caritate
virgo Maria ſapientibus ⁊ inſipientibus
debitricem ſe fecit. omnibus miſericordie
ſinum aperuit vt de plenitudine eius acci-
piant vniuerſi. captiuus redemptionē. eger
curationem. triſtis conſolationem. peccator
veniam. iuſtus gratiam. angelus leticiam.
deniqꝫ tota trinitas gloriam. filij dei perſo-
na carnis humane ſubſtantiam. vt non ſit
qui ſe abſcondat a calore eius. hec ille.
Quattuor nãqꝫ precipue ſibi reuelata fuerunt. Primo die natiuitatis dñice puer Jeſus ſibi apparuit quaſi iterũ ante oculos ei⁹ ex vtero matris naſcens. Secũdo gloria beatorum. Nã cũ ſanct⁹ Malachias defunctus eſſet: ꝛ miſſa ꝓ defunctis cantaret̃. ei⁹ gloria ſancto bernardo reuelata ẽ. Tertio noticia futuroꝝ. multa eñ futura ꝓuidit. ſicut pꝫ in Gerardo fratre ſuo cui ſuã conuerſionem ꝑdixit. Quarto ſciẽtia ſcripturarũ quã q̃ deꝫ nõ habuit ꝑ magr̃i eruditionẽ. ſed aut ꝑ orõnem ꝛ meditationẽ. qm̃ quicquid in ſcripturis didicerat maxĩe in agro ꝛ in ſiluis meditando ꝛ orãdo ſe accepiſſe cõfeſſus eſt. aut ꝑ diuinã reuelationẽ. q2 vt dicit in canticis. Duꝫ q̃dã retineret q̃ alias didicerat. audiuit vocẽ dicentẽ ſibi donec iſtud tenueris aliud nõ accipies. Itaqꝫ charitas nobili comite. ſ. beato bernardo. ꝛ ingenua familia. ſ. gaudio. pace. patientia. longanimitate. bonitate. benignitate. manſuetudine circũdata. velut dux inſignis egredit̃. certuſqꝫ de victoria ſigno triũphali erecto. primã ꝑtranſijt. ſecũdamqꝫ inimicoꝝ cuſtodiam. Cũqꝫ ꝑueniſſet ad portaꝫ vltro ei aperta eſt. ad cui⁹ ingreſſum facta eſt leticia magna in oppido. ꝛ cũ ſuadente gaudio vociferarent oẽs ꝛ acclamarent. exortus clamor exterioꝝ caſtra ꝑtermiſit. Et illi. Que eſt inquiũt vox iſta exultationis in auribus noſtris in tabernaculis iuſtoꝝ de caſtris iſrl̃. Nõ ſic fuit heri ꝛ nudiuſterti⁹. forte venit eis auxilium ꝛ impetũ faciẽt in nos. Fugiamus iſraelem qm̃ dñs pugnat ꝓ eis contra nos. Interim charitas more ſuo igne ſuccenſa ordinari exercitũ iubet ꝛ portas aperiri. et inimicos in fugam cõuertit. aperte denũcians. Uadam ad portas inferi. Sicqꝫ vno impetu vniuerſus ꝓcedit charitatis exercit⁹ quos babylonij nõ ferentes fugiũt. ſed nõ effugiunt. Cadũt eñ a latere timoris mille ꝛ a dextris charitatis. x. milia. vt aut arcerẽtur deinceps ab inuaſione ciuis hierl̃m. Btũs bernardus circa oppiduꝫ iuſticie domũ Clareuallẽſem: ciſterciẽſis ordinis edificauit. in qua velut lucerna ardens effulſit ꝛ inſidias inimicoꝝ cõfudit. De quo Apoc. iij. dicit̃. Qui vicerit ſic veſtietur veſtimẽtis albis ꝛ nõ delebo nomẽ eius de libro vite. ꝛ cõfitebor nomẽ ei⁹ coram patre meo, ꝛ coram angelis eius. Induebat̃ aũt btũs Bernardus veſtimentis albis puritatis ꝛ innocentie. ſuccenſus igne charitatis. ad quã oñs ciues hierl̃m accendebant. ꝓpterea dicit ꝟbum ꝓpoſitum. Lucerna fulgoris illuminabit te.

Lucerna fulgoris illuminabit te. O

- Diues per liberalitatem.
- Carnalis per caſtitatem.
- Fidelis ꝑ obedientie mobilitatẽ
- Princeps per conſtantiam.
- Inimice per patientiam.
- Deuote per beniuolentiam.
- Simplex per gratiam.
- Laice per prudentiam.
- Religioſe ꝑ temperantiam.
- Profeſſe per ſubiectionem.
- Apoſtata per reuocationem.
- Temptate per exhortationem.

Primo btũs Bernardus

ſicut lucerna fulgoris illuminabit te. o diues ꝑ liberalitatẽ. Sciendũ ꝙ ꝙ̃tum ad res tẽporales incidit q̃ſtio inter viros religioſos ꝛ mũdanos. Quid eſt meli⁹: an diuitias retiere vel ꝯtẽnere? Religioſi dicũt ꝙ meli⁹ eſt diuitias ꝯtẽnere. Et ſuꝑ hoc adducũt duas leges. Unã euãgelicã. Math. ix. Uade ꝛ vende oĩa q̃ habes et da pauperibus ꝛ habebis theſaurũ in celo. Aliã aplicam. i. Thimo. vi.

Qui volunt diuites fieri incidũt in tẽptatio-
nẽ ⁊ in laqueũ diaboli ⁊ deſideria multa que
mergunt hoĩem in interitũ. Mũdani dicunt
ꝙ melius eſt diuitias retinere: qꝛ multe ele-
moſyne ĩde fieri pñt. Et adducũt ſup̄ h̊ duaſ
leges. Unã euangelicã. Luce. xvi. Facite vo
bis ami. de mam. iniq̃. vt cũ defe. reci. vos in
eter. tabernacula. Aliam apl'icam. ij. Coꝝ. ix.
Qui ſeminat in b̃ndictionibus de bñ. ⁊ me-
tet ſicut ſcriptũ eſt. Diſperſit dedit paupibus
iuſticia eiꝰ manet in ſeculũ ſeculi. Iudex aũt
xp̃s auditis allegatiõibꝰ vtriuſqꝫ partis dat
ſnĩam interlocutoriã: dicẽs illud. Math. xix.
Diues difficile intrabit in regnũ celoꝝ. Et in
telligiſ de illis diuitibus q̃ totũ coꝛ ſuũ in di
uitijs poſuerũt. Ideo monet pſ̃. Diuitie ſi af
fluant nolite coꝛ apponere. Bern̄. ſermone
liij. ſup̄ cantica declarat dicẽs. Filij adã genꝰ
auarum. q̃d vobis cũ terrenis diuitijs q̃ nec
vere nec veſtre ſunt. Aurũ ⁊ argentum vere
terra rubea eſt ⁊ alba quã ſolus hoĩm erroꝛ
facit: aut magis reputat p̄cioſa. Deniqꝫ ſi ve
ſtra ſunt tollite ea vobiſcum. Camelus vnũ
ſolũ pondus hꝫ. diues duo. Unũ terrenaruꝫ
poſſeſſionũ: aliud pctõꝝ. primũ in moꝛte de-
poniſ. Aliud velit nolit moꝛiens retineſ: niſi
ante moꝛtem deponaſ. Uere ergo diuitie nõ
opes ſunt: ſed virtutes quas ſecuꝫ cõſcientia
poꝛtat vt in perpetuũ diues fiat. hec ille. Ter
renas diuitias docuit btũs Bernardus ꝯtẽ
nendas quadruplicitér. Primo ſeculi dere-
lictione. Nam in burgundia caſtro fontanis
ex nobilibus valde ⁊ religioſis parentibꝰ oꝛ-
tus eſt. Cuius mater vt ipſum partu edidit.
manibꝰ ꝓprijs deo obtulit. alienis vberibus
ipſum nutriri refugiens: quaſi cũ lacte mater
no materni quodãmõ boni infundens ei na
turam, quẽ cibis groſſioꝛibus paſcens conti
nuo ad heremũ tranſmiſit qui anno. xxij. eta
tis ſue cũ ſocijs pluſq̃ triginta oꝛdinẽ ciſter-
cienſiuꝫ eſt ingreſſus. Secũdo in fratris cõ
uerſione. Nam cũ Bernardus fratres ſuos
conuertiſſet. qui erant numero quattuoꝛ: vt
domũ paternam egrederenſ. Guido primo
genitus aduertens Uiuardum fratem ſuuꝫ
minimũ adhuc puerũ in platea ludentẽ cum
pueris. Eya inquit frater Uiuarde ad te reſ
picit om̃is terra poſſeſſionis noſtre. Cui nõ
pueriliter puer r̃ndit. Uos g̊ celũ habebitis.
⁊ mihi ſolũmodo terraꝫ relinquitis. Non ex
equo diuiſiſtis. Modico itaqꝫ tempoꝛe cum
patre remanſit: ſed fratres poſtmodũ ſequu
tus eſt. Tertio in ſoꝛoꝛis redargutione. Nã
pater eius qui ſolus domi remãſerat: ad mo
naſterium beati Bernardi iuit. ⁊ ibideꝫ poſt
aliquod tempus in ſenectute bona deceſſit.
Soroꝛ auteꝫ in ſeculo nupta cũ diuitijs ⁊ de
litijs ſeculi periclitareſ fratres ſuos cũ comi
tatu ⁊ apparatu ſuperbo viſitatura ad mo-
naſteriũ venit. Quã btũs Bernardus grauiſ
ſime increpauit ꝙ eſſet rethe diaboli ad ani
mas capiendas. ⁊ ſtercus inuolutũ: ⁊ ſimilia
Illa autem in lachꝛymas reſoluta ſic repen-
te mutata eſt. vt in medio ſeculi vitam duce-
ret heremiticã: ⁊ ab om̃i ſeculo ꝓrſus ſe face-
ret alienã. que tandem monaſteriũ intrauit.
Quarto in fragiliũ cõpaſſione. Nam cuꝫ q̃
dam abbas ꝓ vno cenobio conſtruendo ſex
centas marchas argẽti beato Bernardo mi
ſiſſet quas predones a ferẽtibꝰ vi abſtulerũt
ait. Benedictus deus qui nobis pepercit ab
onere: ſed ⁊ illis qui tulerũt leuius parcendũ
eſt. Tum qꝛ humana cupiditas ſuſtulit. Tuꝫ
qꝛ magna pecunia: magna tẽptatio fuit. Un̄
poteſt merito dicere illud pſ̃. Paraui lucer-
nam xp̃o meo. Sicut em̃ xp̃s habebat in dex
tera ſua ſtellas ſeptẽ, ⁊ erat in medio ſepteꝫ
candelabroꝝ aureoꝝ. vt diciſ. Apocal'. i. Sic
btũs Bernardꝰ erat velut lucerna in medio
ſeptẽ ſtellarũ. q̃m̃ conuertit patrem ſuũ ⁊ q̃n
qꝫ fratres ſuos ⁊ ſoꝛoꝛẽ ſuam ⁊c̃.

Secũdo btũs bernardus

ſicut lucerna fulgoꝛis illuminabit te. o carna
lis per caſtitatem. Sciendũ ꝙ inter viros
ſpũales ⁊ carnales incidit queſtio. Quid eſt
melius. An caſtitatem ſeruare: vel matrimo
niũ contrahere. Reſpondent viri ſpũales ꝙ
melioꝛ eſt caſtitas ꝓpter duas leges. Una
eſt euangelica: per quaꝫ ſuadetur matrimo-
nia abijcere: ⁊ caſtitatem ſeruare. Mat. xix.
Omnis qui reliquerit domũ aut patreꝫ aut
vxoꝛem ꝓpter nomen meum centuplum ac-
cipiet ⁊ vitam eternam poſſidebit. Alia eſt
apl'ica. i. Coꝝ. vij. Qui matrimonio iungit v
ginem bene facit. qui autem nõ iungit meliꝰ
facit. Reſpondent viri carnales ꝙ melius ẽ
matrimoniũ ꝓpter duas leges. Una eſt euã
gelica. Mat. xix. Quos deus cõiunxit homo
nõ ſeparet. Hec autem ꝯiunctio facta fuit in
paradiſo. Gen̄. ij. Creſcite ⁊ multiplicamini
⁊c̃. Alia eſt apl'ica. i. Thimo. v. Uolo autem
iunioꝛes nubere ⁊ filios ꝓcreare. Iudex v̄o
xp̃us ſuper hoc dat ſnĩam interlocutoriã di-
cens. Luce. xix. Filij huiꝰ ſeculi tradũt ad nu
ptias. Illi vero qui digni habẽtur illo ſeculo

neqꝫ nubent neqꝫ nubenť: quaſi dicat. Illi q̄
volunt habere coſolationes ſuas in mundo:
vxores ducant. Illi vero qui ſolum volūt pla
cere deo vxores nō accipiant. Bern̄. in ep̄la
ad Henricū ſenonēſem ep̄m dicit. Quid ca-
ſtitate decorius: que mundū de imundo con
ceptū ſemine. de hoſte domeſticum angelū
deniqꝫ de hoīe facit. Differunt quidem inter
ſe pudicus homo ꝛ angelus. ſed felicitate nō
virtute. Sed ꝛ ſi illius caſtitas felicior: huius
tamen fortior eſſe cognoſciť. Sola eſt caſti
tas que in hoc mortalitatis loco ꝛ tempore
ſtatum quēdam immortalis glorie repreſen
tat. ſola inter nuptiarum ſolēnia morem bea
te illius vēdicat regionis. in qua neqꝫ nubūt
neqꝫ nubuntur. p̄bens quodāmodo terris
celeſtis iam illius conuerſationis experien-
tiam. Vas interim fragile qđ portamus. in
quo ꝛ crebro periclitamur. tenet caſtitas in
ſanctificationem. ꝛ inſtar odoriferi balſami
quo condita cadauera incorrupta ſeruantur
ſenſus ipſa ꝛ artus continet ꝛ conſtringit ne
diſſoluantur in ocijs: ne corrumpanť in deſi-
derijs: ne carnis voluptatibus computreſcāt
hec ille. Caſtitatē mentis ꝛ carnis beatus
Bernardus ꝯſeruauit quadrupliciter. Pri
mo per mortificationē. Cum enī in quādam
feminā oculos diutius defixiſſet in ſeipſo eru
buit. ꝛ in ſtagnū gelidarum aquarū tandiu
permāſit donec pene exanguis effectus per
gratiā dei a calore carnalis cōcupiſcentie to-
tus refriguit. Secūdo per alienationē. Cū
enī puella quedam in lectū eius ſe nudā in-
ieciſſet. cū omī pace ꝛ ſilentio ipſe eidem ceſ
ſit in latus alterū ſe cōuertens dormiuit. cū
qꝫ imobilis ꝛ alienus perſiſteret. miſera illa
atqꝫ impudentiſſima erubuit: ꝛ mirans au-
fugit. Tertio per excitationē. Nam matro
na qđā in cuius domo hoſpitabať vehemē
ter in cōcupiſcentiā eius exarſit. Cūqꝫ impu-
denter ipſa lectum Bernardi quereret. vſqꝫ
tertio ꝑtin⁹ ille exclamauit. Latrones. latro
nes. Improba mulier ſic repulſa vix tandē
metu vel deſperatiōe deuicta ceſſauit. Quar
to per excōicationem. Apud equitaniā mu-
lier quedam a demone incubo petulanter ve
xabatur fere ſex annis. Quod vt ſanctus dei
comperit baculum ſuū mulieri tradidit in le-
cto ponendū. cūqꝫ demon ad cubile nequiret
accedere: grauiter mulieri cōminabatur. Vir
autem dei conuocato populo accenſas can-
delas in manibus tenente: demonem illum
excōicauit. ꝛ acceſſum ad illam mulierem de-
inceps interdixit: ſicqꝫ mulier liberata eſt ab
hmōi illuſione. Ideo dicitur. Luce. xi. Sint
lumbi veſtri precincti. ꝛ lucerne ardentes in
manibus veſtris.

Tertio btūs bernardus
ſicut lucerna fulgoris illuminabit te. o fidelis
per obedientie mobilitatem. Sciendum ꝙ
inter fideles quantū ad animam incidit que
ſtio. Quid ē melius: an habere fidē magnā
an opera magna: Rn̄dent quidam ꝙ meli-
us eſt habere fidem magnā. ꝛ hoc ꝑpter du
as leges. Una eſt euangelica. Mat. xvij. Si
habueritis fidē ſicut granū ſinapis. dicetis
monti huic tranſi hinc: ꝛ tranſibit: ꝛ nihil im-
poſſibile erit vobis. Alia eſt apoſtolica. Heb.
xi. Sine fide impoſſibile eſt placere deo. Rn̄
dent alij ꝙ melius eſt habere opera magna:
propter duas leges Una eſt ꝑphetica. pſal.
Labores manuū tuarū quia manducabis
beatus es ꝛ bene tibi erit. Alia eſt apoſtoli-
ca. Jaco. ij. Uis ſcire o homo inanis ꝙ fides
ſine operibus mortua eſt. Abraam pater no
ſter: nōne ex operibus iuſtificatus eſt. Judex
autem xp̄us dat ſententiam interlocutoriā
dicens. Mat. vij. Non oīs q̄ dicit mihi dn̄e
dn̄e intrabit in regnū celorꝝ: ſed qui facit vo
luntatem patris mei. Illi dicunt bis dn̄e: qui
credunt corde ꝛ confitenť ore. Iſti non intra
bunt niſi dicant tertio. i. opere. Unde ſequiť
Sed qui facit voluntatem patris mei. Ber.
in ſermone paſce dicit. Fide ſiquidem in dei
filios adoptamur: fidem in nobis mundus
odit atqꝫ perſequitur fide ꝛ vincitur. Porro
fides ſine operibus mortua eſt in ſemetipſa.
Nec mirū videri poteſt ſi nequaꝙ vincit qui
nec viuit quidem. Queris q̄ nam ſit viuida ꝛ
victorioſa fides: Illa ſine dubio per quā xp̄s
habitat in cordibus noſtris. Xp̄us enī vita ꝛ
virtus noſtra eſt. Tādiu xp̄s in nobis viuit:
q̄diu viuit fides. Et poſtꝙ fides noſtra mor
tua eſt quodāmodo xp̄us mortu⁹ eſt in no-
bis. Porro fidei vitā opera atteſtātur. Sicut
enī corporis vitā ex motu ſuo dignoſcimus:
ita ꝛ fidei vitam ex operibus bonis. hec ille.
Btūs Bernardus fidē cum operib⁹ docuit
quadrupliciter. Primo per ꝯteſtationē. cū
enī adhuc puerul⁹ graui dolore capitis egro
taret venientem ad ſe carminatricē vt dolorē
ſuis carminib⁹ mitigaret. ꝑteſtās fidē ieſu
xp̄i ipſū liberare indignās repulit: q̄ ꝯtinuo
ſe plene ſanatū inuenit. Secūdo per predi-
cationē. Cū ſemel populo predicaret. ꝛ oēs

verba eius attente ac deuote ſuſciperēt eius
animo talis irrepſit tēptatio. Uere nūc opti
me predicas: et ab om̄ibus libēter audiris et
ſapiēs ab om̄ibus reputaris. Aduertēs au-
tem hanc eſſe malignā tēptationez. nutabat
animo an ꝓcederet vel deſiſteret. Statim di
uino cōfortatus auxilio ait tēptatori. nec per
te incepi: nec per te dimittam. Sicqȝ ſecurus
predicationem vſqȝ in finem ꝓſequutus eſt
Tertio per prohibitionem. Cum quoddam
monaſteriuz quod vir dei conſtruxerat occu-
paſſet muſcarū incredibilis multitudo, ita vt
om̄ibus grauem moleſtiam inferrent. ille ait
Ego excōico eas. Mane autem om̄es pari-
ter mortuas inuenerūt. Quarto per exhor-
tationez. Cum em̄ vir dei exhortaret̄ plures
nobiles qui eum viſitaturi aduenerāt: vt ſa-
cris diebus quadrageſime a ſuis vanitatibꝰ
et laſciuijs deſiſterēt. et ipſi non acquieſcerent
iuſſit eis propinari vinū dicens. bibite poci
lum animarū. Quo hauſto ſubito mutati re
ceſſerūt. et q̄ modicū tempus denegauerāt. to
tū tempus vite ſue deo dedicauerūt etc̄.

Quarto btūs bernardus

ſicut lucerna fulgoris illuminabit te o prin-
ceps per conſtantiā. Sciendū ꝙ inter do-
minos et ſeruos incidit queſtio. Quid ē me-
lius: an domīari alijs: an ſubdi alijs. Reſpō
dent humiles ꝙ melius eſt ſubdi alijs ꝓpter
duas leges. Una eſt euangelica. Luce. i. De
poſuit potentes de ſede et exaltauit humiles
Nam lucifer querens locū altiſſimū cecidit.
Adam de paradiſo eiectus eſt. Pharao ſub-
merſus eſt. Nabuchodonoſor in beſtiaz mu-
tatus eſt. Alia eſt aplica. i. Petri. ij. Subie-
cti eſtote om̄i humane creature ꝓpter deum
qꝛ ſic eſt voluntas dei. Reſpōdent ambitio
ſi ꝙ meliꝰ eſt dn̄ari ꝓpter duas leges. Una
eſt diuina. Gen̄. i. Faciamꝰ hominē ad ima-
ginem et ſimilitudinem noſtram et preſit vni
uerſe creature. Alia eſt apoſtolica. Ro. xiij.
Que a deo ſunt: ordinata ſunt. qui ergo po-
teſtati reſiſtit: dei ordinationi reſiſtit. Iudex
autē xp̄s dat ſententiā interlocutoriā dicens
Luce. xxij. Reges gentium dn̄antur eorum
et qui poteſtatē habēt ſuper eos benefici vo
cantur. Uos autem non ſic. Sed qui maior
eſt in vobis fiat ſicut iunior. et qui preceſſor ē
ſicut miniſtrator. Bern̄. in ep̄la ad Henricuz
ſenonenſem epiſcopū dicit. Multi non tan-
ta fiducia et alacritate currerent ad honores
ſi et ſe ſentirent: et onere grauari metuerent.
Nec cum tanto labore et periculo quatūlibet
effectarent infulas dignitatum. Nunc vero
quia ſola attendit̄ gloria non pena. paruum
eſſe clericum erubeſcitur in eccleſia. Seſe vi-
les exiſtimant et inglorios qui quocūqȝ emi
nentiori loco non fuerint ſublimati. hec ille.
Beatus Bernardus hanc ambitionem di
gnitatum contēnere docuit. quia cum a mul-
tis ciuitatibus electus eſſet in epiſcopum. ſ.
Ianue et Mediolani. Reſpondit ſe non eē
ſuū: ſed aliorum ſeruitio deputatum. Inter
principes aūt et tyrānos eccleſiā perſequētes
fulſit per conſtantiam. ſicut patet in duce eq̄
tanie qui cum eccleſiam perſequeret̄: vir dei
poſt miſſam cum corpore chriſti ignea facie
ad eum exiuit dicens. Ecce ad te venit filius
virginis quem tu perſequens: reſiſte ei ſi va-
les. Statimqȝ ille ad pedes eius acceſſit. et ei
in om̄ibus obediuit. Legitur. ij. Regum. x.
ꝙ Dauid miſit nuncios ad regē Amon. Sȝ
illi dimidiā barbā eis raſerunt et veſtes pre-
ciderūt. Dauid aūt exercitū fecit et eos cōtri-
uit. Nuncij Dauid ſunt clerici et prelati. Filij
Amon ſunt demones vel p̄ncipes mali: due
ptes barbe ſūt vita et ſciētia: vel ordo et eccl'ia
ſtica bn̄ficia. Demones ergo dimidiā barbā
radunt quādo tollūt vitam et dimittūt ſcien
tiā. Tyrāni etiam mediam barbam radunt
quādo auferūt ſubſtantiam tēporalem et di-
mittūt eis ordinē clericalem. Sed Dauid q̄
interpretat̄ manu fortis. i. bonus prelatus
debet habere audacem animū vt tales nō ti
meat. imperioſum verbum vt eos reprehen
dat et excōicationi ſubijciat. et fortem manuȝ
vt per brachiū ſeculare ipſos coherceat. put
fecit btūs Bernardus. de quo d̄r. Prouerb.
xxxi. Non extinguet̄ in nocte lucerna eius.

Quinto btūs bernardus

ſicut lucerna fulgoris illuminabit te o inimi
ce per patientiam. Sciendum ꝙ inter im-
perfectos et perfectos incidit queſtio. Quid
eſt melius. an diligere amicum vel inimicuȝ
Reſpondent imperfecti ꝙ melius eſt ama-
re amicum. propter duas leges. Una eſt di-
uina. Leuit. xxvi. Perſequimini inimicos ve
ſtros et corruent coram vobis cadent inimi-
ci veſtri in conſpectu veſtro gladio. reſpiciaȝ
vos et creſcere faciam et multiplicabimini.
Alia eſt euangelica. Unde dicit̄. Mathe. v.
capi. Audiſtis quia dictum eſt antiquis. Di
liges proximum tuum: et odio habebis ini-
micum tuū. Reſpondent perfecti ꝙ melius

eſt amare inimicuꝫ. ꝓpter duas leges. Una
eſt euangelica. Luce. vi. Si diligitis eos qui
vos diligunt: que vobis eſt grā? Nam ⁊ pec
catores diligentes ſe diligunt. Et ſi benefece
ritis his qui vobis benefaciūt: que eſt vobis
grā? Siquidem ⁊ peccatores hoc faciunt. A-
lia eſt apoſtolica. Roma. xij. Si eſurierit ini
micus tuus ciba illum, ſi ſitit potū da illi. hoc
eñi faciens carbones ignis congeres ſuꝑ ca
put eius. Iudex autē xp̄s dat ſententiā inter
locutoriam dicens illud Mathei. v. Ego au-
tem dico vobis. diligite inimicos veſtros. be
nefacite his qui oderunt vos. ⁊ orate ꝓ pſe-
quentibus ⁊ calūniantibus vos: vt ſitis filij
patris veſtri q̇ in celis eſt ⁊c̄. Bernardus ſu
per cantica dicit. Non abduci blanditijs: nec
ſeduci fallacijs: nec inimicitijs frāgi toto cor
de. tota anima tota virtute diligere eſt. hec il
le. Beatus bernardus inter inimicos eum
pſequentes fulſit per patientiaꝫ. Nam patiē
tie genus ſolitus erat dicere tripartituꝫ. ſ. ad
iniurias verboruꝫ ad dāna rerū ad corporis
leſionem. Hanc ipſe his exemplis ſe habere
probauit. Cum enim cuidam ep̄o amicabili-
ter eum admonens quandam ſcripſiſſet epi
ſtolam: ille vehementer exacerbatus amariſ
ſimam ei reſcripſit epl'am. in principio dicēs
Salutem. ⁊ nō ſpirituꝫ blaſphemie. tanꝙ ex
ſpū blaſphemie illam ſcripſiſſet. Ad quē ber
nardus. Ego ſpm̄ blaſphemie me habere nō
credo: nec maledixiſſe cuiꝙ: nec maledicere
me velle ſcio. preſertim principi populi mei.
Fuit etiam patiens ad contumelias verboꝝ.
Cū enim quidā eū in maxilla percuſſiſſet. vir
dei circundantes adiurauit: ne illuꝫ tangerēt
ſed in pace abire dimitterent.

Sexto beatus bernarduſ

ſicut lucerna fulgoris illuminabit te o deuote
ꝑ beniuolentiam. Sciendū ꝙ inter paſto
res ⁊ ſubditos incidit queſtio. Quid eſt me-
lius an ꝙ paſtores ſe habeāt ad ſubditos ſe-
uerius. an ꝙ eos regant beniuolentius. Rn̄
dent paſtores ꝙ debent eſſe ſeueriores pro-
pter duas leges. Una eſt diuina. Eccle. vij.
Noli querere fieri iudex: niſi virtute valeas
irrumpere iniquitates. Alia eſt apoſtolica.
Iaco. ij. Facti eſtis iudices cogitationū iniq̄
rum. Rn̄dent ſubditi ꝙ melius eſt eos regi
ꝑ beniuolentiā ꝓpt' duas legeſ. Una eſt euā
gelica. Ioh. x. Bonus paſtor aīam ſuā dat ꝓ
ouibus ſuis. Alia eſt ap̄lica. Tim. i. Oportꝫ
ep̄m ſine crimine eſſe: ſicut dei diſpenſatoreꝫ
hoſpitalem benignum. ſobrium iuſtum ſan-
ctum. Iudex aūt xp̄us dat ſententiam inter-
locutoriam: dicens illud Math. xviij. Acce-
dens Petrus ad Ieſum ait. Dn̄e quotiens
peccabit in me frater meus ⁊ dimittā ei vſꝗ
ſepties. Dicit ei ieſus. Non dico tibi vſꝗ ſe-
pties. ſed vſꝗ ſeptuagies ſepties. Bernard.
ſuꝑ cantica dicit. Diſcite ſubditorū vos ma-
tres eſſe debere: non dn̄os. ſtudere magis a
mari ꝙ metui. ⁊ ſi interdum ſeueritate opus
eſt: paterna ſit nō tyrannica. matres fouēdo
patres corripiendo vos exhibeatis. Suſpen
dite verbera: ꝓducite verba. pectora lacte pin
gueſcant. nō typo turgeant. hec ille. Beatꝰ
bernardus inter humiles ⁊ deuotos fulſit ꝑ
beniuolentiā. Nam inter ſummos honores
alterum ſibi mutuatum hominē videbatur.
ſeꝗ potius reputabat abſentem velut quod
dam ſomniū ſuſpicatꝰ. Ubi vero inter ſimpli
ciores erat et amica ſꝑ licebat hūilitate frui:
ibi ſeſe iueniſſe gaudebat ⁊ in ꝓpriaꝫ rediſ-
ſe perſonam. Uincebat ſane in eo ſublimita-
tem nōis humilitas cordis: nec ip̄m poterat
tantū vniuerſus erigere mundus: quātū ſeip
ſum deijcere ſolus. ſummus reputabatur ab
oībus: infimuꝫ ſe reputans: ⁊ quem ſibi om-
nes p̄ferebant: ipſe nemini ſe p̄ferebat. Eiꝰ
eñi humilitas apparuit in quattuor. Prio
in contemplatione. quia in cella nouicioꝝ ꝑ
annū habitans. neſciuit an haberet teſtudi-
dinem. ⁊ intrās eccleſiā ſepius neſciuit tres
in capite illius fore feneſtras. Secundo in
refectione: quia multam ſibi indixerat abſti-
nentiam. ſagimen crudū ꝓ butiro nō diſcer-
nens comedit. oleum pro aqua bibit. pulmē
tum ex folijs fagi confectum diu ſumpſit.

Tertio in maceratione. Uigilabat enim vl
tra poſſibilitatem humanam. cilicio inſuper
multo tēpore vſus eſt: quouſꝗ occultuꝫ eſſe
potuit. in veſtibus paupertas ei ſemper pla-
cuit. ſordes vero nunꝙ. Quarto in accuſa-
tione. vt patet ex reſponſione quam fecit de-
moni de hereditate celeſti. quo iure illam ob
tinere crederet. Sicꝗ confuſus demon tur-
piter ab eo diſceſſit.

Septimo beatus bernar

dus ſicut lucerna fulgoris illuīabit te o ſim-
plex ꝑ grām. Sciendum ꝙ inter doctores
⁊ diſcipulos incidit q̄ſtio. Quid eſt meliꝰ: an
ꝙ doctores ſemꝑ doceant. an ꝙ interdū de
ſiſtant? Rn̄dent doctores ꝙ nō ſemꝑ debēt
docere propter duas leges. Una eſt diuina.

Prouer.xxiiij. In auribus inſipientiuꝫ ne loquaris: quia deſpicient doctrinā eloquij tui. Alia eſt euangelica. Math.xv. Sine cauſa colunt me docentes doctrinas hoīm. Reſpōdent diſcipuli ꝙ meliꝰ eſt ꝙ doctores a doctrina nō deſiſtant ꝓpter duas leges. Una eſt diuina. Eccle.vi. Filij a iuuentute tua excipe doctrinā: ⁊ vſqꝫ ad canos inuenies ſapiētiam. Alia eſt aplica.i. Thimo.iiij. Attende tibi ⁊ doctrine inſta in illis. hoc em̄ faciens ⁊ teipſum ſaluū facies: ⁊ eos q̄ te audiunt. Iudex autē xp̄us dat ſententiam interlocutoriam. dicens illud Joh.viij. Si vos māſeritis in ſermōe meo veri diſcipuli mei eritis ⁊ cognoſcetis veritateꝫ: ⁊ veritas liberabit vos. Bernar. ſuꝑ cantica dicit ſic. O q̄ cōpoſituꝫ reddit hoīem corporis ſtatum: ⁊ mentis habituꝫ diſciplina. Ceruicem ſubmittit. ſuꝑcilia ⁊ vultum cōponit. oculos ligat. cachīnos cohibet. linguam moderat̄. gulam refrenat. irā ſedat. inceſſum format. hec ille. Beatus bernardus inter ſimplices ad verba ſua auidos fecit ꝑ magnā grām. Unde mater eius vidit ſe in vtero geſtare catulum totum candiduꝫ: in dorſo ſubruffum ⁊ latranteꝫ. Ipſe em̄ fuit catulus inquātuꝫ lingua p̄dicatōnis ſue vulnera petōꝝ ſanauit. fuit candidus inquantū puritatem mētis ⁊ corporis ſeruauit. fuit ſubruffus inq̄ntum igne zeli ſuccenſus fuit. fuit latrans inquātum tyrānos redarguit. ⁊ hereticos a grege dei cōpeſcuit. Zach.iiij. Ecce candelabrum totum aureum: ⁊ lucerna eius ſuper caput eius ⁊c̄.

Octauo btūs bernardus

ſicut lucerna fulgoris illumīabit te o laice ꝑ prudentiam. Sciendū ꝙ inter laicos ⁊ religioſos incidit q̄ō. Quid eſt melius: an ſeruire deo in ſeculo an in religiōe. Rn̄dent laici: ꝙ melius eſt ſeruire deo in ſeculo ꝓpt̄ duas leges. Una eſt euangelica. Johan.xij.c. Ego vox veni in mundū vt omīs qui credit in me in tenebris nō maneat. Non em̄ veni vt iudicem mundū ſed vt ſaluū faciā munduꝫ. Alia eſt apl'ica.i.Jo.i.c. Si aūt in luce ambulamꝰ: ſicut ipſe eſt in luce. ſocietatē habemꝰ adinuiceꝫ ⁊ ſanguis ieſu xp̄i filij eius emūdat nos ab oī peccato. Rn̄dent religioſi ꝙ meliꝰ ē relinquere ſeculū ⁊ ſeruire deo in religiōe ꝓpt̄ duas leges. Una eſt diuina. Leuit.xxvi. Affligetis aīas veſtras religione ꝑpetua. Alia eſt apl'ica.i.Jo.i.c. Si vis ꝑfectus eſſe vade vende oīa q̄ hēs ⁊ da pauperibus: ⁊ habebis theſaurū ī celo: ⁊ veni ⁊ ſeq̄re me. Iudex aūt xp̄us dat ſententiā interlocutoriā: dicens illud Math.xix. Oīs qui reliquerit domū vel fratres aut ſorores aut patrē aut matrē aut vxorem aut agros aut filios ꝓpter nomē meum centuplū accipiet ⁊ vitā eternā poſſidebit. Bern̄. in colloquio Simōis ad ieſum dicit. Ecce nos reliquimꝰ oīa ⁊c̄. Bene petre ⁊ nō ad inſipientiaꝫ tibi: q2 exultauit vt gygas ad currendam viā: nec currentem ſequi poteras oneratus. Nonne vtilis cōmutatio ꝓ eo q̄ ſuper oīa eſt oīa reliquiſſe. Qui reliquere diſponis oīa: te quoqꝫ inter relinquenda numerare memēto. imo vero maxime et p̄ncipaliter abnega temetip̄m: ſi deſideras ſequi eū q̄ exinaniuit ꝓpter te ſemetip̄m. hec ille. Btūs bernardus fulſit inter laicos quos ad religionē cōuertit quadrupl'r. Primo inſpiratione. ꝑpendens em̄. nō eſſe tutū cohabitare ſerpenti fugā meditari cepit ⁊ ordinē ciſterciēſium extūc ingredi deliberauit. Secūdo rōe ſicut fratres ſuos carnales quos verbis ſalutaribus ad religionē adduxit. Tertio operatione. ſicut pꝫ de Gerardo fratre ſuo in carcere poſito quē miracl'oſe extraxit ⁊ ad ordīeꝫ induxit. Quarto in demōſtratione. ſicut pꝫ in quodā nūcio ab archiep̄o ad eū trāſmiſſo q̄ viſa ſanctitate viri dei ſeculo valefecit. ⁊ ordinem introiuit. Et ſic pꝫ ⁊c̄.

Nono btūs bernardus

ſicut lucerna fulgoris illuminabit te o religioſe ꝑ tēperentiā. Sciendum ꝙ inter parentes ⁊ filios incidit q̄ſtio. Quid eſt melius an ꝙ filij ꝓpter obſequiū parentū remaneant ī ſeculo. an eis derelictis religionē ingrediant̄. Rn̄dent parētes ꝙ melius eſt ꝙ filij remaneant in ſeculo ad obſequiū ip̄oꝝ ꝓpter duas leges. Una eſt euāgelica Math.xv. vos dicitis. Quicūqꝫ dixerit patri vl' matri munꝰ qōcūqꝫ. eſt ex me tibi ꝓderit ⁊ nō honorificabit patrē ſuū aut matrē ſuā ⁊ irritum feciſtis mandatū dei ꝓpter traditionē vr̄am. Alia ē apl'ica.i.Thi.v. Siq̄s aūt ſuoꝝ ⁊ maxime domeſticoꝝ curā nō habet: fidē nō hꝫ: ⁊ eſt infideli deterior. Rn̄dent filij ꝙ meliꝰ eſt religionē ingredi ꝓpter duas leges. Una eſt euāgelica. Mat.iiij. Illi aūt ſtatim relictis rhetibꝰ ⁊ p̄re ſecuti ſunt ieſuꝫ. Alia eſt apl'ica. Heb.ij. Pr̄es habuimus carnis noſtre quidē eruditores: ⁊ reuerebamur eos: nō multo magis obtꝑabimꝰ p̄ri ſpirituū ⁊ viuemꝰ. Iudex aūt xp̄us dat ſn̄iam interlocutoriam dicēs illud

Math.viij. Seq̄re me ⁊ dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuoſ. Bern̄. in quodā ſermōe dicit. Si q̄d religiōis oritur q̄cunq̄ reſiſtit. q̄cūq̄ repugnat. plane cū egyptijs ꝑuulos iſraelitici gn̄is necare conaṫ. imo cum herode naſcentē ꝑſeq̄tur ſaluatorē. hec ille. Beatus bernardꝰ nouitios carnalē affectū reliquere ſatagebat. Vn̄ dicebat eis. Si ad ea q̄ intus ſunt feſtinatis. hic foris dimittite corpa q̄ de ſeculo attuliſtis. Soli ſpūs ingrediantˀ caro nō ꝓdeſt q̄cq̄. Religioſus. n. non dꝫ portare ad religionē corporalē voluntatē. vt. ſ. ꝓpter ventrē paſcendū ingrediatur nec dꝫ portare corpꝰ. i. carnalē parentū amorē. Gen̄. xij. Egredere de terra tua ⁊ de co. tu. ⁊ de do. pa. ⁊c̄.

Decio btūs bernardus

ſicut lucerna fulgoris illumiābit te o ꝓfeſſe ꝑ ſubiectionē. Sciendū ꝙ inter deuotos incidit q̄ſtio. Quid eſt meliꝰ an ſeruire deo ex ſola libertate an ex voti neceſſitate. Rn̄dent q̄daꝫ ꝙ melius eſt ſeruire deo ex ſola libertate ⁊ deuotiōe. ⁊ h̊ ꝓpter duas leges. vna eſt diuina. Eccle. xxxv. In oī dato hilarē fac vultū tuū. Da altiſſimo ſm̄ datū eiꝰ. ⁊ in bono aīo adinuentionē facito manuū tuarū q̄m̄ deꝰ retribuēs eſt. ⁊ ſepties tm̄ retribuet tibi. Alia ē apl'ica. ij. Cor. ix. Hilarē. n. datorē diligit deꝰ. vnuſq̄ſq̄ ꝓut deſtinauit in corde ſuo: non ex triſticia aut neceſſitate. Rn̄dēt alij ꝙ meliꝰ ē ſeruire deo ex voto. ⁊ h̊ ꝓpter duas leges. Una eſt dīna Eſa. xix. Colēt eū in hoſtijs et muneribꝰ ⁊ vota vouebūt dn̄o ⁊ ſoluēt. Alia eſt aplica. Ro. vi. Obediſtis aūt ex corde in eā formā doctrīe in qua traditi eſtis. Judex aūt xp̄us dat ſn̄iam interlocutoriā dicēs illud Math. xij. Quicūq̄ fecerit voluntatē patris mei q̄ in celis eſt hic meꝰ fraṫ ſoror ⁊ mater eſt. Ber. li. de p̄cepto ⁊ diſpēſatōe dicit ſic Perfecta obediētia leges neſcit termis non artaṫ: nec cōtenta anguſtijs ꝓfeſſiōis largiori volūtate ferṫ in latitudinē charitatis. ⁊ ad om̄e q̊ iungitur ſpontaneo vigore liberalis alacriſq̄ aīmi cōmodū nō ꝯſiderās in infinitam libertatē extendiṫ. hec ille. Btūs Bernardꝰ ꝓfeſſus virtutibꝰ ⁊ moribuſ. Seruauit eīn in vita ſua tria ⁊ docuit: q̄ moriēs dereliquit dicens. Tria vobis obſeruanda relinq̄: q̄ ego ꝓ viribꝰ obſeruaui. Nemini ſcandaluꝫ feci. Minus ſenſui meo ꝙ̄ alteriꝰ credidi. Leſus de ledente vindictam nūq̄ expetij. Ecce charitatē ⁊ hūilitatē ⁊ obedientiā vob reliq̄. In his. n. tribꝰ ꝯſiſtit ſūma religiōis. ⁊ ſic pꝫ.

Undecimo btūs bernardus

ſicut lucerna fulgoris illuīabit te o apoſtata ꝑ reuocationeꝫ. Sciendum ꝙ inter innocentes ⁊ penitentes incidit q̄ō. Quis magis obligaṫ deo. ⁊ quis recipit maiorē grāam a deo: an innocens an penitens. Rn̄dent innocentes ꝙ magis diligūtur a deo ꝓpter duas leges. Una eſt diuina. Job. iiij. Recordare obſecro te q̄s vnq̄ innocens perijt. aut q̄n recti deleti ſunt. Alia eſt apoſtolica. Heb. vij. Talis decebat vt nobis eſſet pontifex. ſctūs innocens. impollutus. ſegregatꝰ a peccatoribus. ⁊ excelſior celis factus. q̄ nō habet quotidie neceſſitatē Quēadmodum ſacerdotes prius ꝓ ſuis delictis hoſtias offerre deinde ꝓ populo. Reſpondent penitētes ꝙ magis diliguntur a deo ꝓpter duas leges. Una eſt euangelica. Luce. v. Nō veni vocare iuſtos: ſꝫ pctōres ad pn̄iam. Alia eſt apoſtolica. Ro. ij. An ignoras q̄m̄ benignitas dei ad pn̄iam te adducit. Judex aūt xp̄us dat ſn̄iam interlocutoriam: dicens illud. Luce. xv. Dico vob ꝙ ita gaudiuꝫ erit in celo ſuꝑ vno peccatore pn̄iam agente: ꝙ̄ ſuꝑ nonagintanouē iuſtis q̄ nō indigent pn̄ia. Bernardꝰ dicit. O felix penitentiū humilitas. O bona ſpes cōfitentium ꝙ̄ potens es apud oīpotentē: ꝙ̄ facile vincis inuincibilē: ꝙ̄ cito tremebundū iudicē cōuertis in pijſſimū patrē hec ille. Beatus Bernar. apoſtatas reuocauit ad pn̄iam ⁊ religionem. Patet de illo monacho q̄ ad ſeculū redierat vt luderet ad taxillos. cūq̄ oīa amiſiſſet meritis beati bernardi ad religionē regreſſus deuotiſſimā egit ſuoꝝ peccatoꝝ penitentiam. Patet etiā de alio monacho ſibi ꝓpinquo quē ꝑ epl'am in imbre ſine imbre ſcriptam reuocauit ⁊c̄.

Duodecimo btūs bernardus

ſicut lucerna fulgoris illumiābit te o tēptate ꝑ exhortationē. Sciendum ꝙ inter timoroſos ⁊ ſecuros incidit q̄ſtio Quid ē melius: an ꝙ ſeruiens deo ꝓbetur temptationibus: an ꝙ ꝓbetur cōſolationibꝰ. Rn̄dent timoroſi ꝙ meliꝰ eſt ꝙ ꝓbenṫ tēptationibꝰ ꝓpter duas leges. Una eſt dīna. Eccle. iiij. Fili accedens ad ſeruitutē dei ſta in timore ⁊ p̄para aīam tuā ad tēptationeꝫ. Alia eſt apl'ica. Jaco. i. Btūs vir q̄ ſuffert tēptationē q̄m̄ cū ꝓbatus fuerit accipiet coronā vite quā repromiſit deꝰ diligentibꝰ ſe. Rn̄dent ſecuri ꝙ meliꝰ eſt ꝙ ꝓbenṫ cōſolationibꝰ ꝓpter duas leges. Una eſt dīna. p̄s. Cōſolationes tue le

tificauerunt aīam meam. Alia eſt apoſtolica Phil'. iiij. Omnia poſſum in eo qui me confortat. Judex aūt xp̄us dat ſententiam interlocutoriam dicens illud Luce. xviij. Deſcendit hic. ſ. publicanus iuſtificatus in domū ſuam ab illo. ſ. phariſeo. Ber. in quodā ſermōe dicit' ſic. Fratres in hoc mūdo quaſi in campo certaminis poſiti ſumus, et q̇ ibi dolores aut plagas aut tribulationes nō ſuſcepit' in futuro glorioſus nō apparebit. hec ille. Beatus bernardus temptatos cōſolationibus ⁊ orationibus refouebat. Cū enī quidam nouitius temptatus diceret nunꝙ̄ amplius letus ero: vir dei ſic eū cōſolatus fuit. ⁊ ꝓ eo orauit q̄d ille ait. Nunꝙ̄ amplius triſtis ero. Etiaꝫ cū quidam ruſticus diceret ſe habere cor firmum ⁊ ſtabile in orōne. ⁊ ex hoc preſumeret Bern̄. ait. Si dn̄icam orationē abſq₃ vlla cordis vagatione finire poteris iumentū cui inſideo ꝓtinus tibi tradam. Te autē adiuro vt verum dicas. Uix dimidiā orationē dixerat. ⁊ ecce importuna cogitatio illū exagitat. an ſellam cū iumento habere debeat. ⁊ hoc ip̄m viro dei indicauit. ⁊ deinceps nō p̄ſumpſit. Unde de eo pōt dici illud Prouer. xx. Lucerna dn̄i ſpiraculum hominis hic ꝑ grām, tandem per gloriam. Amen.

In feſto ſancti Bartholomei apoſtoli Sermo xlviij.

Creſcit in templum

ſanctuꝫ in dn̄o. Ephe ij. ⁊ in epiſtola p̄ntis ſolēnitatis. Apocali. iij. ca. dicit̄. Qui vicerit: faciā illū colūnam in templo dei mei: ⁊ foras nō egredie̾t amplius ⁊ ſcribam ſup̄ eū nomē dei mei ⁊ nomē ciuitatis noue hieruſalem. Sup̄ quo talem moueo queſtionē. Utrū btūs bartholome' ꝑ fructuoſam fidei p̄dicationē creuerit in tēplū dei edificationem. Ad iſtā q̄ſtionē r̄ndent duo doctores noui teſti. Primus eſt beat' Auguſti. ſermone. v. de dedicatiōe eccl̄ie: dicens ſic. Quanta ſanctos apoſtolos debem' veneratione extollere. in q̇bus videm' eccleſie fūdamēta cōſiſtere. Jdeo igit̄ magnanimitas inuicta nomē ſortita eſt fundamēti q̇a ſicut fundamentū in p̄mo loco edificij ponit̄: ita ꝑ eos p̄mitus religio xp̄iana initiū ſumpſit: per eos fides nouella ſurrexit: ⁊ qua ſi ſupra molem ſolidā vaſta firmitate conſedit. hec ille.

Secūdus eſt btūs theodor' in ſermōe hui' diei dicēs ſic. Uide bartholomeū lingue aratro rōnalia rura ſulcantē paradiſum ⁊ vineas dn̄i plantantē ſiluas euellere ⁊ ſepeꝫ circūponere. Sed reſpuūt egroti medentē. orbi manuducentē naufragi gubernatorē. mortui viuificatorē. hec ille. Sciendū ꝙ neceſſe fuit vltra legē antiquā dari legē nouam propter duodecim rōnes. Primo rōne iuſtificationis. Lex enim antiqua non iuſtificabat hominem. Gal'. ij. Si data eſſet lex q̄ poſſet iuſtificare xp̄s gratis mortuus eſſet. i. ſine cauſa. Jdeo dicit̄ Johan. iij. Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto: ita exaltari oportet filium hoīs: vt omīs qui credit in ip̄m nō pereat. ſed habeat vitam eternā. Ex quo ptꝫ ꝙ lex noua iuſtificat ⁊ ſaluat: Secundo rōne ꝑfectionis. Sicut enī nō ſufficit homī ꝙ ſit natus ad humane ſp̄ei cōſeruationeꝫ: ſed oportet ꝙ fiat vir etate perfectus: ita ad perfectam ſalutem nō ſufficit ſtatus legis antique in quo genus humanū aſſimilatur puero ſub pedagogo Gal'. iij. Sed oportet ꝙ cōſtituatur ſub lege noua. in qua ſcḋm apoſtoluꝫ genus electū aſſimilat̄ viro ꝑfecto. q̇ de ſeipſo dicit. i. Corinth. xiij. Cum eſſem paruul' loquebar vt paruulus ⁊c̄. quando autē factus ſum vir euacuaui q̄ erāt paruuli. Tertio ratione ꝓmiſſionis. Nam lex antiqua nō promittebat niſi caduca. Nā Exo. iij. ca. quando deus dedit legeꝫ moyſi ꝓmiſit regnū chananeoꝝ. Lex autē noua ꝓmittit eterna. que in exordio ſue predicationis xp̄s manifeſtauit. Math. iiij. Penitentiā agite: appropinq̄bit regnum celorum. Quarto rōne ꝓhibitiōis Nam lex antiqua nō ꝓhibebat malum ꝑfecte. quia ꝓhibebat ſolū manū. i. iniuriam exteriorem. Lex autem noua cohibet manuꝫ ⁊ aīm. vbi enī illa dicit ſolū. nō occides. nō mechaberis iſta clamat. Qui viderit mulierem ad cōcupiſcendū eā: iaꝫ mechatus eſt in corde ſuo. Et qui odit fratrem ſuū homicida eſt Unde ſeruantibus legeꝫ antiquā ⁊ a ſpernātibus nouā iuxta blaſphemiā pharīſei xp̄us dicit. Mathei. v. Niſi abūdauerit iuſticia veſtra pluſꝙ̄ ſcribarum ⁊ phariſeoꝝ nō intrabitis in regnū celoꝝ. Quinto rōne dilectiōis. Nam lex antiqua eſt lex timoris quo homo declinat a malo: vlterius non peccando Lex autem noua eſt lex amoris. quo remittit̄ peccatum perpetratū. Un̄ Luce. vij. dicit chriſt' de magdalena. Remittūtur ei peccata multa. quoniam dilexit multum. Jdeo Auguſti. ꝯtra Fauſtū dicit ſic. Parua dr̄a legis ⁊ euāgelij timor ⁊ amor. Sexto rōe aſſimilatōis.

In lege veteri patres antiqui aſſimilanť aīa
libus terreſtrib⁹: patres ṽo noui teſtamenti
aſſimilanť auibus celeſtib⁹. Vñ in parabo-
la de nuptijs. Mat. xxij. dicit Xp̄us. Venite
ad nuptiaſ. ſ. celeſtes. q: tauri mei occiſi ſūt. i.
ꝓphete ⁊ patriarche veteris teſtamēti: quoꝝ
caput Abel: vltimus Johēs baptiſta. Alti-
lia. i. patres noui teſtamēti. ſ. Xp̄s Stepha-
7 nus ⁊c. Septimo rōne inheſionis. Lex eñ
antiqua cōtinet nouā ⁊ noua cōtineť in vete
ri. Ezech. i. Rota erat in rota. q: ſm̄ Greg.
8 ibidez eccl'ia erat in ſynagoga. Octauo rō-
ne ſaluatiōis. Lex eñ antiqua nō ſatiat quē
admodū noua. q: illa dat paleas ⁊ herbas:
iſta vero dat frumentū. Unde Cryſ. ſup il-
lud. Mar. iiij. Cum terra ꝓducit ex ſe fructū
ꝑmū fructificat herbā: deinde ſpicā: poſt ſpi-
cam frumentū ⁊c. dicit ſic. Per herbā intelli-
gitur genus humanuz in ſtatu legis nature.
Per ſpicam ſtatus legis ſcripture. Per gnū
ſtatus legis gratie. de quo grano d: Joh. xij.
Niſi granū frumenti. i. Xp̄s cadens in terra
id eſt in cruce, mortuū fuerit ipſum ſolū ma-
net. ſ. iuſtum ⁊ beatū. Sic aūt mortuū fuerit
ſ. redimendo. multū fructū affert. ſ. ſaluando
9 genus humanū. Nono rōne collatōis. Lex
eñ antiqua dať in lapide. lex noua. i. ſp̄us vi
te datur in corde. Ezech. xxxvi. Auferā a vo-
bis cor lapideū. ſ. legis ātique. ⁊ dabo vobis
cor carneum. ſ. legis gratie. ⁊ ſpm̄ meum po-
10 nam in medio veſtri. i. ſpiritū ſctm̄. Decimo
rōne refectionis. Lex eñ antiqua eſt lex one
roſa. lex aūt noua eſt lex ſuauis. Mat. xi. dic
Xp̄us. Venite ad me omēs qui laboratis ⁊
onerati eſtis: ⁊ ego reficiam vos. tollite iugū
meum ſuper vos. i. legem nouā. iugū eñ me
11 um ſuaue eſt: ⁊ onus meū leue. Undecimo
rōne p̄ſtationis. Lex eñ antiqua ꝓphetizā
do in ꝓphetis: figurando in figuris ꝓmitte-
bat ventura. Lex autem noua preſentat pro
miſſa perfecta. illa in vmbra. iſta in veritate
Illa ꝓmittebat filium dei naſciturū: iſta pre-
ſentat xp̄m natum. paſſum. reſurrexiſſe. in ce
lum aſcendiſſe. Mar. vlti. Illa fugit de egy-
pto tranſiens mare rubrum: iſta pertranſiēs
in ſanguine chriſti. Illa colūna ignis ⁊ nu-
bis ducitur: iſta ſp̄ūſancto. Illa ſuſcipit man
na de celo: iſta comedit corpus chriſti ſupra
celum. Illa bibit aquam de petra: iſta aquaz
de latere chriſti. Illa tranſit per Jordanem:
iſta per baptiſmum. Illa vadit ad patriam
terreſtrem vbi non diu durat: iſta ducit ad ce
12 leſtem perpetuaz. Duodecimo ratione glo
rificationis. Nam ſtatus eccleſie dei ſm̄ Dy-
oniſi. de eccleſiaſtica hierarchia. conſtituitur
in triplici ſtatu. ſcilicet in vmbra legis anti-
que. In luce gratie legis noue. In ſplendore
glorie future. Et ſicut perfectiſſimus eſt ſta-
tus glorie: ita perfectior eſt ſtatus gratie ꝙ
ſtatus legis antique. Hec enim mandabat
ſuos ad lymbum: iſta vero tranſmittit ad ce
lum. In cuius ſignum baptizato domino a-
perti ſunt celi ſuper eum ad inſinuandum ꝙ
celum merito ſue paſſionis aperitur baptiza
tis. Unde Stephanus primus martyr poſt
chriſtum non vidit ſe deſcenſurum ad lym-
bum: ſed aſcenſurum ad celum. Ideo clama
uit Actuum. vij. Ecce video celos apertos:
⁊ ieſum ſtantem a dextris virtutis dei. Be
atus Bartholomeus diligenter aduertens
tantam excellentiam noue legis ad chriſtuz
acceſſit cuius ſe militem exhibuit: portans
inſignia eius in clypeo corporis ſui. ſcilicet
campum album per caſtitatem. Daniel. vij.
Veſtimentum eius candidum ſicut nix. Et
Treñ. iiij. Candidiores niue nazarei eius ni
tidiores lacte. Portans in circuitu clipei ſui
liſtam rubeam: per corporis ſui paſſionem ⁊
ſanguinis ſui effuſionem. Apocalip. vij. Vi-
di alterum angelum aſcendentez ab ortu ſo-
lis habentem ſignum dei viui. ſcz ſanguinis
conſperſionem in medio clipei. habens bul-
lam auream per caritatis ſplendorem. Joh.
xv. Hoc eſt preceptum meum vt diligatis in
uicem: ſicut dilexi vos. Fultus itaqꝫ hoc cly-
peo annunciauit opera dei mirabilia. neceſſa
ria. terribilia. ⁊ glorioſa. Unde dicit pſalmi.
Annunciauerunt opera dei: ⁊ facta eius in-
tellexerunt. Mirabilia opera dei iam facta:
quoad paſſionem. redemptionem. reſurectio
nem. aſcenſionem annunciauit. pſal. Mira-
bilia opera tua: ⁊ anima mea cognoſcet ni-
mis. Et Daniel. xiij. Placuit mihi predicare
ſigna eius quia magna. Et Thobie. xiij. Diſ
perſit vos inter gentes vt enarretis mirabi-
lia eius. Neceſſaria opera dei quoad iuſtifi-
cationes impiorum annunciauit. Eccleſiaſt.
xxxviij. Da locum medico: ⁊ non diſcedat a
te: opera enim illius ſunt tibi neceſſaria. Et
i. Regum. xix. Opera illius bona ſunt valde
Terribilia opera dei quoad punitiones ini-
quoꝝ annunciauit. vnde dicit p̄s. Dicite deo
ꝙ terribilia ſunt opera tua dñe. ſcilicet veni-
enti ad iudicium. Exodi. xxxiij. Signa faciaz
que viſa ſunt ſup terram. ⁊ cernat pp'lus iſte
op⁹ dñi terribile. Glīoſa opa dei quoad glīfi

cationeȝ iuſtoꝝ annūciauit. Eccle. xi. Glorioſa ⁊ inuiſa opera illius. Bern. ꝙ glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei. Ibi vna erit ligua iubilatio indefeſſa vnus affectus. amor eternus. Patebit veritas. implebit charitas. ⁊ erit integra corporis ⁊ anime ſocietas. fulgebit ſicut ſol humanitas glorificata. angeloꝝ ⁊ hoīm vnū erit gaudiū. vnū colloquiū. vnū cōuiuiū nō languebit amor. nō liquefiet dilectio. p̄ſentibꝰ oībus bonis: nulla erit dilationis afflictio. Hec ille. Ideo beatus Bartholomeus creſcit in templum ſanctum in dn̄o.

Creſcit in tēplum ſanctum in dn̄o.
- Per conuerſionem.
- Per imitationem.
- Per aſſumptionem.
- Per predicationem.
- Per paſſionem.
- Per glorificationem.
- Per impetrationem.

Primo beatus bartholo

meus creſcit in templum ſanctum in dn̄o per conuerſioneȝ. Sciendum ꝙ vt dicit p̄s Cōuertentur ad dn̄m vniuerſi fines terre. Conuerſio iſta fit ſepteȝ modis. Primo ꝑ pudorem ⁊ erubeſcentiaȝ. Joel. ij. Sol cōuertetur in tenebraſ: ⁊ luna in ſanguinē. quia aīa quādo cōuertitur ad dn̄m ꝑ pudorem quē habȝ de peccato ſuo. ſol. i. ratio cōuertitur in tenebras. i. ad cōſiderationeȝ ſuoꝝ pctōꝝ ⁊ luna i. ſenſualitas in ſanguinem. i. ad cōfuſionem Roma. vi. Quem fructuȝ habuiſtis tunc in quibus nunc erubeſcitis. Secūdo per timorem ⁊ iuſticiam. pſal. Qui conuertit mare in aridam. quia ꝯſideratio amaritudinis diſtricti iudicij facit cor aridum ab humore peccati. Tertio per ſpem venie. Exo. xv. Miſit lignuȝ in aquas marath. que in dulcedinē verſe ſunt quia cū aīa cōſiderat paſſionē chriſti quam in ligno habuit: tunc affectiones eius amare cōuertūtur in ſpem diuine miſericordie. Quarto per amorem ſpiritualis leticie Joh. ij. Guſtauit aquā vinū factum. quia lachryme amoris ſunt ſignum leticie ſpiritualis. p̄s. Vinū letificat cor hominis. Quinto per dolorem cōtritionis p̄s. Qui cōuertit petram in ſtagna aquarum ⁊ rupem in fontes aquarum quod fit cū aīma obdurata cōuertitur ad deum per lachrymoſam cōtritioneȝ Sexto per ruborem cōfeſſionis. Job. xxiij. Lapis calore ſolutus in es cōuertitur. quia lapis eſt duricia anime peccatricis. es qđ eſt ſonorum deſignat ſonoritatem confeſſionis. Calor eſt dolor in confitendo. Septimo ꝑ laborem ſatiſfactionis. Daniel. iij. Fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantē qđ fit cū anima ꝯuertitur ad deū ꝑ equam ſatiſfactionem. Angelus ſignificat grām. fornax aīam peccatoris. ignis vehementiam tribulationis. refrigerium cōſolationem que plene ſatiſfacienti cōfertur. ij Corinth. pmo. Sicut abundant paſſiones chriſti in nobis: ita per chriſtum abundat conſolatio noſtra.

Beatus bartholomeus ex nobilibus parētibus ortus ſ. rege in die diutino detentꝰ idolorum errore: tandem audita fama ⁊ ſanctitate ac miraculis ieſu xp̄i in Judeam venit. vbi ad xp̄m conuerſus ꝑpetuo ei adheſit: et magnam penitentiam ꝑ peccatis ſuis egit.

Secundo beatus bartho

lomeus creſcit in templum ſanctuȝ in dn̄o ꝑ imitationem. Sciendum ꝙ bartholomeꝰ interpretatur filius ſuſpendentis aquas. Dicitur eñi a bar qđ eſt filius ⁊ tholos quod eſt ſummitas: ⁊ moys qđ eſt aqua. inde bartholomeus i. filius ſuſpendentis aquas. i. dei. q̄ mentes doctorū ſurſum eleuat: vt aquas doctrinarum inferius fundant. Et eſt nomē ſyrum: nō hebreuȝ. per quod notatur dignitas eius. qua in filium dei adoptatus eſt. i. Theſſal. v. Omnes eñi vos filij lucis eſtis et filij dei nō eſtis noctis neqȝ tenebraruȝ. quia hereditatem illā quā chriſtus naturaliter poſſidet nos per ip̄m velut filij adoptiōis participamus. p̄s. Tu es qui reſtitues hereditateȝ meā mihi. Et Roma. viij. Si filij ⁊ heredes heredes quidem dei: coheredes autē chriſti. Sicut aūt quis in poſſeſſionem terrene hereditatis octo modis pōt introire: ita in poſſeſſionem celeſtis hereditatis octo modis pōt introire. quibus modis poteſt in filium dei adoptari ꝑ grām. Primo adoptatur quis in filium per vite puritatē ⁊ innocentiā. ij. Cori. vi. Immundū ne tetigeritis: ⁊ ego recipiam vos et ero vobis in patrē: ⁊ vos eritis mihi ī filios ⁊ filias. Tales eñi q̄ expreſſe imitanť illū filiuȝ naturalē q̄ eſt ſpeculū ſine macula. Sapiē. vij. Merētur in filios adoptari Deutero. xiiij. Filij eſtote dn̄i dei veſtri. non vos incidetis: nec facietis caluiciū ſup mortuos. ſcȝ per peccati corruptioneȝ. per qđ fit inciſio ⁊ plaga grauis in aīma. ⁊ ſequitur. qm̄ populus ſanctus es dn̄o deo tuo. Talibus eñi cōpetit primus modus intrandi in poſſeſſionē

alicuius hereditatis.ſ.iure ꝓpinquitatis. Nu=
meri.xxvij. Hereditas dabitur eis ꝙ proximi
ſunt ei,eritq; hoc filijs iſrael ſanctũ id eſt fir=
mũ lege perpetua. Incorruptio aũt facit ꝓ=
ximum dei. Sapien.vij. Spiritusſanctus pro=
pter ſuã mũdiciã in aĩas ſanctas ſe trãſfert,
amicos dei ⁊ ꝓphetas cõſtituit. Hanc autem
vite mũdiciam aſſequitur homo per baptiſ=
mum.i.Corinth.vi. Et hoc quod aliquãdo fui
ſtis.ſ.peccatores. ſꝫ abluti eſtis: ſed ſanctifi
cati eſtis. Ad tales ergo iure ꝓpinquitatis
deuoluitur hereditas.ps. Nouit dñs dies i=
maculatorum: ⁊ hereditas eoꝝ ineternũ erit.
Beatus Bartholomeus a xp̃o fuit bapti=
zatus ſicut ceteri apl'i. Johan xiij. Qui lotus
eſt nõ indiget niſi vt pedes lauet. Et iterum
Jam vos mũdi eſtis. Poſt baptiſmũ aũt ſer
nauit innocentiam vite. Cum eñ Indi que=
rerẽt ab idolo ſuo aſtaroth. Quis eſt iſte bar
tholomeus.ait. Amicus eſt dei oĩpotentis
⁊c̃. Etiam in die penthecoſtes accepit ſpm̃
ſanctum. Act' i. Uos aũt baptizabimini ſpũ
ſancto. Secũdo adoptatur quis in filiũ per
fidei cõſtantiam. Gal' iij. Om̃s filij dei eſtis
per fidem in xp̃o ieſu. Talis eñ meret' introi
re in celeſtem hereditatẽ iure cõmutationis.
Quia enim fides eſt de his ꝙ nõ videntur.ſ.
de eternis.que autẽ videntur ſunt tẽporalia.
ideo fides facit cõmutationem tẽporalium ꝓ
eternis.⁊ hoc per paupertatẽ voluntariam.
vt patet de Abraham. Hebre.xi.qui fide obe
diuit in locũ exire quẽ accepturus erat in he=
reditatem:⁊ exinde neſciens quo iret. Et Ja
co.ij. Nonne deus elegit pauperes in hꝯ mũ=
do diuites in fide ⁊ heredes regni qð repro=
miſit diligentibus ſe. De iſta cõmutatiõe di=
citur Deutero.xviij. Non habebunt ſacerdo=
tes ⁊ leuite partẽ ⁊ hereditatem cũ reliquo iſ
rael.dñs eñ ipſe eſt hereditas eoꝝ. Beatus
bartholomeus hanc ꝑmutationẽ fecit. Ma
thei.ix. Ecce nos reliquimus oĩa ⁊ ſecuti ſu=
mus te ⁊c̃. Cũ eñ filiam lunaticam regis in
die ſanaſſet:⁊ rex ei multa precioſa donaria
mãdaſſet.mane ſeq̃nti i aurora clauſo oſtio
apparens regi ait. Cur me tota die cũ auro ⁊
argento queſiuiſti.iſta munera ſunt neceſſa=
ria his qui terrena requirũt. Ego nihil terre=
num.nihil carnale deſidero:qui hec omnia ꝓ
pter amorem dñi mei Jeſu chriſti contempſi
⁊c̃. Tertio adoptatur quis in filium per vir
tutem ⁊ iuſticiam.i.Johan.iij. Omnis ꝙ iu=
ſticiam facit ex ipſo natus eſt. In hoc mani=
feſti ſunt filij dei ⁊ filij dyaboli. Oĩs qui non
eſt iuſtus non eſt ex deo. Talis enim iuſtus
meretur introire celeſtẽ hereditatẽ iure em=
ptionis.ps. Juſti autẽ hereditabunt terram
⁊ inhabitabunt in ſeculum ſeculi ſuper eam.
Et Math.v. Beati qui eſuriunt ⁊ ſitiunt iu=
ſticiam. Et Eſa.lv. Omnes ſitientes venite
ad aquas.ſ.celeſtis glorie,quia torrente vo=
luptatis tue potabis eas. Et qui nõ habetis
argentum ꝓperate ⁊ emite. Beatus bartho
lomeus iuſticie operibus intendit.quod eiꝰ
corporis diſpoſitio demonſtrauit.ſicut idolũ
berith nomine preſtatum eſt dicens. Capilli
eius nigri ⁊ criſpi.caro eiꝰ candida.oculi grã
des.nares equales ⁊ directe.barba ꝓlixa.ha
bẽs canos paucos.ſtatura equalis.collo bio
albo.i.veſte longa ſine manicis.purpura ve=
ſtitur.induitur pallio albo.qð per ſingulos
angulos gemmas habet purpureas. Uigin
tiſex anni ſunt ex quo veſtes eius ⁊ ſandalia
nec veteraſcunt.nec ſordidant':ſicut nec filio=
rum iſrael:quorum veſtimenta nõ inuetera=
uerunt.⁊ pedes eorum non ſunt attriti vt di
citur.ij.Eſdre.ix.c. Quarto adoptatur quis
in filium per compaſſionem ⁊ miſericordiam
Eccle.iiij. In iudicando eſto pupillis miſeri=
cors:⁊ eris tu velut filius altiſſimi obediens
Talis enim miſericors meretur introire cele
ſtem hereditatem iure matrimonialis confe
derationis. Maritus eñ debet habere par=
tem hereditatis vxoris.⁊ econuerſo. Uñ ſꝫm
legem non licebat viro vxorem de alia tribu
ducere:ne ad aliam tribum tranſiret heredi=
tas. Numeri vlti. Qui ergo deſpõſauerit mi=
ſericordiam filiam dei iuſtum eſt vt heredi=
tatem percipiat. Ecleſi.xliiij. Illi viri miſeri=
cordie ſunt:quorũ pietates nõ defuerunt:et
cum ſemine ipſorum perſeuerat bona heredi
tas. Beatus bartholomeꝰ miſericordie ope=
ribus valde intentus fuit. Cum enim prece=
piſſet idolo Aſtaroth vt demon inde exiens
idolum ipſum cõminueret:ſtatim exiens om=
nia idola templi per ſeipſum cõfregit:deinde
oratione fuſa ab apoſtolo omnes infirmi ꝓ=
tinus curati ſunt.ps. Tibi derelictus eſt pau
per:orpha.tu eris adiutor. Contr.bra.pecca.
⁊ ma. Quinto adoptatur quis in filium per
tribulationũ tolerantiam. Hebre.xij. Quem
eñ diligit dñs caſtigat.flagellat autem oẽm
filium quem recipit. Quis enim filius quem
non corripit pater.ꝙ ſi extra diſciplinã eſtis
cuius participes facti ſunt omẽs,ergo adul=
teri ⁊ non filij eſtis. Talis enim tribulatus ⁊
flagellatus acquirit hereditatẽ celeſtem ſcꝫ=

lapis p̄cioſus pulcherrimꝰ: ⁊ cõfortat cor in
ꝑiculis. Sic btã virgo eſt refugiũ nr̃m in ꝑi-
culis noſtris. Per. A denotat ꝙ ip̃a ẽ ada-
mas q̇ hꝫ virtutẽ recõciliatiuã. Sic btã ꝟgo
recõciliauit humanũ genꝰ cũ deo. Per. R de
notat ꝙ ip̃a eſt rubinꝰ ſiue carbũculus q̇ eſt
valde ſplẽdidus. ⁊ naſcit in viſceribꝰ ſaphiri
hñtis ſplendorẽ ⁊ colorẽ celeſtẽ. Jſte ſaphi-
rus eſt btã virgo: in cuiꝰ viſceribꝰ opatõe ſpũſ
ſancti gñatꝰ eſt rubinꝰ. ſ. Jeſus xp̃s. Per. J.
denotat ꝙ ipſa eſt iaſpis q̇ reddit hoĩem ip-
ſum ferentẽ tutũ ſine timore. Sic btã ꝟgo fa
cit nos ſecuros a demonibꝰ. Per. A. denota
tur ꝙ ipſa eſt alectorius. q̇ facit hominem for
tunatum ad habendos honores. Sic beata
virgo cõtribuit nobis maiores honores. Ber
nar. Si mariã diligenter inſpicias: nihil ꝟtu-
tis: nihil honoris: nihil ſplendoris: nihil glo-
rie. qd̃ ex ip̃a non ſplendeat. hec ille.

Sexto in beata virgine ẽ

gratia omis vite virtualis. Sciendũ ꝙ cõ-
uerſatio et vita beate virginis fuit cũ paren-
tibus ſuis. fuit in templo: fuit cũ angelo. fuit

cuz ſponſo ſuo. fuit cũ Elizabeth. fuit cũ xpõ filio ſuo. fuit cũ cetu apoſtolico. fuit cum Johãne cuſtode ſuo. Primo fuit cũ parentib⁹ ſcȝ Joachim et Anna. q̃ eaȝ in timore dñi nutrierũt. toto ablactationis tẽpe. ſ. trienij quo nil mundanũ nil terrenũ cõcupiuit: ſed ſpũs ſanctus magnã abſtinentiã ipſam docuit. a cibo: potu: ſomno. Eccl. iij. Cor ſapiens et intelligẽs abſtinebit ſe a peccatis. Secundo fuit in tẽplo: qr quarto anno etatis ſue cũ oblationib⁹ ad templũ et parentib⁹ ſuis fuit adducta. que q̃ndecim pſalmos graduales dixit. iuxta q̃ndecim gradus aſcenſionis tẽpli. quos btã virgo ſine humano: nõ tñ ſine diuino auxilio cõſcendit: quã parentes ei⁹ pfecta oblatione cũ ceteris virginibus in tẽplo dimiſerunt. Tertio fuit cum angelo. qr virgo quottidie in omĩ ſanctitate pficiens: ab angelo viſitabat: et viſione diuina omĩ die fouebat. a mane eñ vſqȝ ad tertiã orõnib⁹ inſtabat. a tertia vſqȝ ad nonã texebat. a nona ab oratiõe nõ ceſſabat quouſqȝ angelus apparens ſibi eſcã miniſtrabat. Quarto fuit cuȝ ſponſo ſuo Joſeph q̃ nupſit. xiiij. etatis ſue anno. vt habes in legendis. ibi. Quartodecimo aũt etatis ſue ãno pontifex etc. vſqȝ de ea naſciturũ dei filiũ nũciauit. Quinto fuit cum Elizabet cognata ſua tribus menſibus Luce. i. Sexto fuit cũ xpõ filio ſuo. iens in egyptũ et inde rediens vſqȝ ad nuptias in q̃bus aquã cõuertit in vinũ. Luce. ij. et Joh. ij. Septimo fuit cũ cetu aplĩco ab aſcenſione xpĩ vſqȝ ad egreſſum eoȝ de hierlm. Act. i. Octauo fuit cũ Johãne cuſtode ſuo: ante aſſumptionẽ eius in celuȝ. Jdeo Aug⁹. dicit Toto affectu ad auxiliũ btẽ virginis cõferamur. Omẽs eñ ſua patrocinia imploremus vt dũ nos eam ſupplici obſequio frequentamus in terris. ipa nos per ſecula cõmendare digneť in celis. Amen.

In feſto ſancti Mathei apoſtolo et euangeliſte. Sermo. lij.

VJdit ieſus matheũ Mathei. ix. et in euangelio preſentis ſolẽnitat. Beda in omẽl. ſuper Math. dicit ſic. Non eſt mirandum qȝ ad primaȝ dñi iubentis vocem. terrena q̃ curabat lucra reliquerit. opibuſqȝ neglectis illius cõcomitatui quẽ nil diuitiarum habere cernebat adheſerit. Jpſe eñ dñs foris eum verbo vocauit. intus inſtinctu inuiſibili vt ſe quereretur edocuit. infundens illius mẽti gratie lumen ſpũalis quã intelligeret qȝ is qui a tẽporalibus auocabat in terris. incorruptibiles dare valeret theſauros in celis. hec ille. Super quo talem moueo queſtionẽ. Vtruȝ beatus Matheus de theloneo vocatus fuerit. ſtatim aſſumptus ad ſtatuȝ perfectionis et apoſtolatus. Ad iſtam queſtionẽ reſpondent quattuor doctores noui teſtamenti.

Primus eſt beatus Hieronimus ſup Matheum dicens ſic. Matheus de publicano repente fit apoſtolus. Secundus eſt Beda ſuper Lucam dicens ſic. Matheus de publicano in apoſtolum de thelonèario in euangeliſtam eſt repente mutatus. hec ille. Terti⁹ eſt Ambroſius ſup Lucã dicens ſic. Tanta cupiditate ſequẽdi dñm ductus eſt. vt in nullo pſus huius vite reſpectũ vel cogitationẽ ſibimet reſeruauerit. Siquidem ipſe domin⁹ qui hunc exterius humana collocutione vt ſe ſequeretur vocauit: intus diuina inſpiratiõe vt mox vocantem ſequereť accendit. ipſe inuiſibiliter quomodo obſequenduȝ eſſet edocuit. Propter qð ille merito obedientie dum humana contẽnens negocia deſerit dñico fidelis diſpenſator factus eſt. hec ille. Quartus eſt ſanctus Thomas quolib. v. dicẽs ſic Queſtio iſta ex verbis euangelij determinari poteſt. Si eñ loquamur de apoſtolatu manifeſtum eſt ex verbis euangelij ſm narrationẽ Mathei. Marci. et Luce. qȝ dñs poſt vocationeȝ Mathei aliquãto ſpacio temporis interiecto ex ſuis diſcipulis duodecim apoſtolos vocauit et elegit. inter quos vnus fuit Matheus. Et ſic pȝ qȝ ſtatim a pñcipio fuit vocatus ad diſcipulatum xpĩ. non autem ad apoſtolatum chriſti. niſi ſm preordinationẽ chriſti qui eum in apoſtolum ſumendũ diſponebat. Et ſm hoc intelligẽda ſunt verba Hieronimi. Bede et Ambroſij ſupradicta. Si autem loquamur de pfectione euangelica. Sic manifeſtum eſt qȝ ſtatim a principio vocat⁹ eſt ad ſtatum perfectionis. dicit eñ Luce. v. qȝ ſurgens relictis omĩbus ſtatim ſequutus eſt eum. quod etiam ad diſcipulatum chriſti pertinebat. ſm illud quod dicitur. Luce. xiiij. Niſi quis renunciauerit omĩbus que poſſidet: non poteſt meus eſſe diſcipulus. Summum eñ in vita humana poteſt accipi dupliciter. Vno modo ſm comparationeȝ ſtatus ad ſtatũ. ſm qȝ in humana vita vnus ſtatus eſt maior alio: et aliquis ſummus. et ſic nihil phibet fieri aliquem repente ſummuȝ. id eſt

attingere ad ſtatum ſummū. ⁊ hoc apparet
tam in ſpirituali vita ꝙ in ſeculari. Inueniū
tur em̄ aliqui q̄uis pauci ſtatim a puericia
ad ſtatum religionis qui eſt perfectiſſimus
conuolaſſe vel proprio arbitrio. Sicut btūs
Johannes baptiſta. ⁊ beatus Benedictus.
vel etiam deuotione parentum. ſicut illi qui
monaſterijs traduntur a parētibus. Sic em̄
non oportet vt in ſeculari vita exerceat ante
ꝙ ad religionem tranſeat. Sicut etiam non
oportet ꝙ aliquis exerceatur in laycali vita
anteꝙ clericus fiat. Similiter etiaʒ aliqui re
pente aſſumūtur ad regnum: vel ab ipſa pue
ricia. Sicut Salomon ⁊ Joſias reges Juda
vel etiam ex vltimo ſtatu. Sicut Saul. Et Ec
cleſiaſtes. vi. dicitur. Quod de carcere cathe-
niſqꝫ quis interdum ad regnum ingreditur.
Alio modo poteſt accipi ſummum ſ̄m com
parationem graduum: qui ſunt perfectio vni
us hominis. Et ſic dicit Gregorius. ꝙ nemo
repente fit ſummus. Dicit enim Auguſtin⁹
ſuper canonica Johānis. ꝙ caritas nō mox
vt naſcitur perfecta eſt. Nam vt perficiatur
naſcitur. cum fuerit nata nutritur. cum fuerit
nutrita roboratur. cum fuerit roborata perfi
citur. hec Thomas. Sic ergo beat⁹ Mathe
us ſubito de ſtatu peccati conuerſus eſt ad
ſtatum virtutis ⁊ perfectionis euangelice. qꝛ
Jeſus vidit Matheum. ſcilicet interna inſpi
ratione. Vnde Beda in omelia hodierna di
cit ſic. Ex lectione euangelica audiuimus. qꝛ
ſedentem in theloneo Matheum. ac tempo
ralibus curis intentum. repente domin⁹ mi-
ſeratus vocauit. ⁊ de publicano iuſtum. De
thelonerario diſcipulum fecit. quem etiam ꝓ
ficientibus eiuſdem gratie incrementis. De
cōmuni diſcipulorum numero ad apoſtola-
tus gradum promouit. Hec ille. Hec autem
omnia conuenerunt beato Matheo. qꝛ vidit
Jeſus Matheum.

Vidit Jeſus Matheum.
- Obedientem.
- Diſtribuentem.
- Euangelizantem.
- Conuincentem.
- Suſcitantem.
- Erudientem.
- Subuenientem.

Primo vidit ieſus Matheum Obedientem. Vnde Beda in omel.
hodierna dicit ſic. Vidit inquit Jeſus homi
nem ſedentem in theloneo Matheū nomi-
ne. Vidit autem non tam corporeo intuitu:
ꝙ interne miſerationis aſpectu. quo ⁊ Pe
trum negantem vt reatum ſuum agnoſcere
ac deflere poſſet aſpicere dignatus eſt. quo
populum ſuum egyptiaca ſeruitute depreſ-
ſum vt eriperet reſpexit. dicens ad Moyſen
Videns vidi afflictionem populi mei qui eſt
in egypto ⁊ gemitum eius audiui. ⁊ deſcen-
di liberare eos. Vidit ergo hominem miſera
tus eſt eum qui humanis tantum ſtudijs de
ditus: necdū euangelico nomine dignus ex
titerat. Vidit ſedentem in theloneo pertina-
citer videlicet animo lucris temporalibus inhiā
tem. Et relictis omnibus ſurgens ſequutus
eſt eū. Intelligens ergo Matheus quid ſit
veraciter dominū ſequi relictis om̄ibus ſeq̄-
tur. Sequi enim imitari eſt. Ideo qꝫ vt pau-
pereʒ chriſtum non tam greſſu ꝙ affectu cō
ſectari potuiſſet. reliquit propria qui rapere
ſolebat aliena. Perfectam qꝫ nobis abrenun
ciantis formam tribuens non ſolum lucra re
liquit vectigalium. Verūetiam rationes im
perfectas atqꝫ incompoſitas dereliquit. Hec
ille. In hoc notatur in Matheo obedientie
velocitas. Pro hac velocitate obedientie q̄-
dam occaſionem erroris ſibi aſſumpſerunt.
ſicut recitat Heronimus in originali ſup ma
theum dicēs ſic. Arguit in hoc loco Porphi
rius ⁊ Julian⁹ auguſtus. vel imperitiam hy
ſtorici mentientis. vel ſtulticiam eorum qui
ſtatim ſequuti ſunt ſaluatorem quaſi irratio
nabiliter quēlibet vocantem hominem ſint
ſequuti cum tante virtutes tantaqꝫ ſigna ꝓ
ceſſerint que apoſtolos anteꝙ crederent vi-
diſſe non dubium eſt. Certe fulgur ipſe ⁊ ma
ieſtas diuinitatis occulta que etiaʒ in huma
na relucebat facie ex primo ad ſe vidētes tra
here poterat aſpectu. Si enim in magnete la
pide hec eſſe virtus dicitur. vt anulos ⁊ feſtu
cas ſibi copulet quanto magis dn̄s omniuʒ
creaturarum ad ſe trahere poterat quos vo-
lebat. hec ille. Ubi aſſignat ſex cauſas quare
beatus Matheus tam velociter ſequut⁹ eſt
chriſtum. non ex animi ſui leuitate ſed ex di
uine virtutis bonitate. Primo quia fuit ver
bi dei virtuoſa operatione conuerſus. Se-
cundo quia fuit interna inſpiratione afflat⁹.
Tertio miraculoruʒ operatione permotus
Quarto ſplēdore faciei illuſtratus. Quin
to glorioſa maieſtate electus. Sexto poten
ti virtute attractus. Quidam enim conuer-
tuntur ad chriſtum ad vnam dei vocem. ſeʒ
ad interiorem inſpirationem. Quidam vero

non conuertuntur niſi habeant duas. ſcilicet
interiorem inſpirationem ⁊ exteriorem ex-
hortationem. Quidam autem non conuer-
tuntur niſi cum illis duabus habeant tertiaꝫ
ſcilicet diuitiarum largitionem. Quidam tā-
dem non conuertuntur: niſi cum illis tribus
habeant quartam. ſcilicet diram flagellatio-
nem. ⁊ tunc flagellati ad deum currunt. pſal.
Multiplicate ſunt infirmitates eoruꝫ poſtea
accelerauerunt. Beatus Matheus ſubito ſe
quutus eſt chriſtum greſſu corporis. affectu
mentis. ⁊ effectu corporis. Unde Ambroſi
us dicit. Sequebatur Matheus chriſtum le
tus ⁊ alacer: ⁊ exultabat dicens. Jam nō pu
blicanuꝫ gero iam non porto leui. Exui leui
poſtꝙ chriſtū indui. hec ille.

Secundo vidit ieſus ma

theum diſtribuentem. Unde Beda in omlia
hodierna dicit ſic. Factum eſt autem diſcum
bente illo in domo. multi publicani ⁊ pecca-
tores venientes diſcumbebant cum Jeſu.
vnius publicani conuerſio. multis exemplū
penitentie tribuit. Non enim dubitandū eſt
quia publicani ⁊ peccatores eſſe deſierant q̄
cum ieſu diſcumbebant. Non enim ſi in pec
catis perſeuerare decernerent ei qui ſine pec
cato eſt conueſci auderent. Matheus ipſe
cōuiuium illi magnum parauit. Congruam
quippe beneficijs celeſtibus vicem repen-
dit. vt a quo perhēnia bona ſperaret. illi ſua
temporalia commodaret. eūqꝫ corporalibus
reficeret epulis. quo ipſi donante guſtum ſpi
ritualis acceperat ſuauitatis: Nec hoc tantū
ei corporaliter exhibuit. ſed multo gratius il
li conuiuium in domo pectoris ſui per fideꝫ
ac dilectionem parauit. hec ille. Ecce ꝙ ma
gna liberalitas beati Mathei circa chriſtū.
quia ſtatim fecit ei conuiuiū magnum in do
mo ſua. Fuit enim magnum quadrupliciter.

Primo ratione voti. quia cum magno affe
ctu ⁊ deſiderio ipſum recepit. Secundo ra-
tione miſterij. quia illud fuit indicatiuuꝫ ma-
gni miſterij. Quod exponit glo. ſuper Lucā
dicens. Qui domicilio chriſtum interno reci
pit maximis delectationibus exuberantium
paſcitur voluptatum. Itaqꝫ dominus liben-
ter ingreditur. ⁊ in eius qui crediderit recum
bit affectu hec ille. Tertio ratione documē-
torum. quia ibi magna documēta exhibuit
chriſtus qui dicit ſe veniſſe ad medendum ⁊
ſanandum: cum ait. Non egent qui ſani ſunt
medico: ſed qui male ſe habent. Item ad
miſerendum. cum ait miſericordiam volo et
non ſacrificium. Etiam ad vocandum Cum
ait. Non veni vocare iuſtos: ſed peccatores
ad penitentiam. Unde Beda in omelia ho-
dierna dicit ſic. Hoc eſt bonorum operuꝫ ſpi
ritale cōuiuiū quo diues populus eget: pau-
per epulatur. Et erat turba publicanoꝝ ⁊ ali
orum qui cum ipſis erant recumbentes. Vi-
debant publicanū a peccatis ad meliora cō-
uerſum locum inueniſſe penitentie. ⁊ ob hoc
etiam ipſi non deſperant ſalutem. Hec ille.

Quarto ratione inuitatorum. quia magni
diſcumbentes inuitati ſunt ſcꝫ chriſtus. diſci
puli eius. ⁊ pharisei. Unde Beda vbi ſupra
dicit ſic. Murmurabunt ſcribe ⁊ phariſei di-
centes ad diſcipulos eius. Quare cum publi
canis ⁊ peccatoribus manducatis ⁊ bibitis?
Cōuiuantibus cuꝫ domino publicanis. pha-
riſei murmurantes de ieiunio gloriantur. vbi
primo quanta ſit legis ⁊ gratie diſtantia de
claratur. quia qui legem ſequuntur ieiune
mentis famem patientur eternam. Qui ve-
ro verbum in interioribus anime receperunt
alimenti celeſtis ⁊ fontis vbertate recreati.
eſurire ⁊ ſitire non poſſunt. hec ille. Quan
do enī phariſei murmurabant ꝙ ad hominē
peccatorem diuertiſſet. Matheus vſus eſt
magna patientia. Fuit enim patiens: quia
phariſei dicebant ipſuꝫ eſſe peccatorē q̄ erat
iuſtificatus. publicanū q̄ erat mūdatꝰ. pn̄tia
xp̄i indignū q̄ iaꝫ dignꝰ erat effectꝰ. ſ ad iſta
in nullo fuit cōmotꝰ. Non in aīo ex vlla turba
tione. Non in ſigno ex vlla tumultuoſitatis
oſtenſione. Non in ore ex vllo impatienti ſer
mone. Non ex facto ex vllo iniurioſo ope ⁊c.

Tertio vidit ieſus Ma-

theum euāgelizantē. Unde Beda in omelia
hodierna dicit ſic. Nec ſolū ꝑdicādi. verū etiā
ſcribendi euāgeliū miniſteriū cōmiſit illi do-
minus. vt q̄ terreſtriū curā omiſerat. celeſtiū
eſſe talentoꝝ diſpēſator inciperet. Qō ob id
vtiqꝫ ꝓuidētia ſuperna fieri diſpoſuit vt nul
lum enormitas peccatoꝝ. nullū numeroſitas
ſcelerum a ſperanda venia reuocaret. cū hūc
tantis mundi nexibus abſolutum tam cele-
ſtem factū cōſpiceret vt cōicato cum angeli-
cis ſpiritibꝰ vocabulo euangeliſta noīaret ⁊
eſſet. hec ille. Euangelium beati Mathei eſt
valde commendabile propter quattuor.

Primo ratiōe prefigurationis. Nam inter
quattuor euangeliſtas Matheus fuit prefi-
guratꝰ in forma hominis. vt patet. Ezech. i.

⁊ Apoc.iiij. In pͥncipio eni̅ euangelij ſui oñ-
dit xp̄i incarnationē. In medio p̄dicationeꝫ.
In fine paſſionē. Unde Beda in omelia ſu-
per matheū dicit ſic. Huic eni̅ ſpeciali pͥuile-
gio datum eſt vt incarnationis dñice myſte
ria que cuncti a ſeculo ꝓphete p̄cinebant. ip
ſe pͥmus oīm iam facta deſcripſerit. ⁊ creden
tibus legēda tranſmiſerit. Secūdo rōne in
ſtructionis. fuit eni̅ ꝑ xp̄m īmediate inſtru-
ctus. Ioh̄ xv. Omnia q̄ audiui a patre meo
nota feci vobis. Qui etiā oīa miracula xp̄i vi
dit. Tertio rōne reuelationis. Fuit eni̅ a vir
gine in ſpecialem familiarē aſſumptus q̄ ſuā
genealogiam ſibi reuelauit. ⁊ cubiculū ſuum
īmaculatum. ideo tanq̄ fidelis notarius ait.
Liber generatiōis Ieſu xp̄i ⁊c̄. Et iterū. Cū
eſſet deſponſata ⁊c̄ i.ca. Quarto rōne opa
tionis. Nam beat᷒ barnabas iſtud euangeli-
um in magna reuerentia habuit: qꝛ ip̄m ſecū
portauit vt a demonibus ꝓtegeret. ſuꝑ infir
mos poſuit vt ſanarētur ſecū in ſepulcro po-
ni iuſſit: vt ſecurius moreret. Unde Iohan
nes cōſobrinus Barnabe ait. Sanctus aūt
barnabas dum ad p̄dicationis officiū per di
uerſas vrbes pagraret. hoc euangeliū ſecum
portabat. ⁊ vbiqꝫ ſuꝑ infirmos ponebat: qui
cōtinuo ſanabantur. a quocūqꝫ languore de-
tinebant. Hec ille. Hoc euangeliū abbreui-
auit beat᷒ Marcus euāgeliſta. qꝛ Matheus
deſcripſit incarnationē dñi ſm̄ ſtirpem regiā
Regis aūt eſt nō eſſe ſine comitum obſeqo.
Etiam eccleſia valde frequenter recitat euā-
gelium beati Mathei. Unde Beda in ome-
lia hodierna dicit ſic. Pulcro vero preſagio
Matheus q̇ doctor gentiū erat futurus in pͥ
ma ſua cōuerſatione peccantiū poſt ſe gregē
ad ſalutē trahit. ⁊ euangelizandi officiuꝫ qȯ
ꝑficiente merito virtutuꝫ erat expleturus a
pͥmis iam fidei ſue rudimentis incipit. Non
eni̅ ſolum q̇ verbo fratrē ſuū erudit. ſed etiā
qui exēplo ad meliora cōuertit: doctoris mi-
niſterium gerit. Hec ille. Licet aūt Paulus
eccleſiam dei ſupra modū expugnauerit. Da
uid adulteriū ⁊ homicidiū ꝑpetrauerit. Ma
theus lucris turpibus inhiauerit. tn̄ iſtoꝝ pe
nitentia valde deo placuit. vt nō ſolū dn̄s eo
rū culpis ignoſceret. ſed in eis etiā dona ſua
multiplicius cumularet. Nam ſeuiſſimū per-
ſecutorem fecit fideliſſimū predicatorē. Ad-
ulterum ⁊ homicidam fecit ꝓphetam. lucris
inhiantem ⁊ cupidum fecit euangeliſtam et
apoſtolum. Ideo ergo horum triuꝫ dicta no-
bis frequentius recitantur: vt nullus qui cō-
uerti voluerit deſperet de venia. Quādo tā-
tos in culpa tales conſpicit fuiſſe in gr̄a ⁊c̄.

Quarto vidit Ieſus ma

theum cōuincentem. Unde Criſo. ſuꝑ Ma
theum dicit ſic. Matheus ſanctoꝝ quideꝫ p̄-
cipue tn̄ peccatoꝝ euangeliſta fuit qui nō tm̄
ſermone ſed etiā ipſa vite ſue correctione pec
catoribus euangeliū predicauit. Nunq̄ eniꝫ
in theloneo cōſtitutus qui pecunias collige-
re perituras cōſueuerat. euāgeliſta fieret vt
ſermones in eternū manſuros ↄſcriberet: ni
ſi exemplo ſuo peccatores ad penitentie mi-
ſericordiam inuitaret. qui aliquādo fuit cau-
tus terrenarum longotheca rōnum nunc eſt
diligentiſſimus diſpenſator ſpūalium prece
ptorum. Tunc quidē multos pauperes fecit
fraudando pecuniā. nūc aūt innumerabiles
diuites fecit p̄dicando iuſticiā. hec ille. Pre
dicauit eni̅ euangelium iuxta mandatuꝫ xp̄i
quadrupliciter. Primo ſapiēter oīa figmē-
ta demonū detegendo. Nam magi volebant
tanq̄ dij adorari. ⁊ iđo duos dracones ignē
ſpirantes miſerunt. Sed beat᷒ mathe᷒ ſigno
crucis demones fugauit. Sacerdotes idolo
rum ſibi voluerunt ſacrificare. Sed ip̄e docu
it ſoli deo eſſe ſacrificandū. ⁊ oīa q̄ attulerūt
reſpuit. ⁊ inde eccleſias edificari p̄cepit ⁊c̄.

Secūdo prudenter ⁊ diſcrete. quia cū ei op
tio daret. vt aut Ephigeniā virginē regi vxo
rem daret aut mortē ſubiret. predicauit pru-
denter ne virgo alteri q̄ deo in ſponſam co-
pularetur. magis eligens mori q̄ virginem
violari. Tertio fideliter. qꝛ honoreꝫ dñi ſui
ſibi noluit vſurpare nec ſacrificiuꝫ qȯ ſibi im
pendere volebant acceptare. quia licet quis
multos cōuertat nō tamē hoc ſibi aſcribat. ſꝫ
diuine virtuti. Math̄. x. Non eni̅ vos eſtis q̇
loquimini. ſed ſpūs patris veſtri q̇ loquitur
in vobis. Quarto cōſtanter. quia nec pro-
miſſis potuit emolliri. cum rex dimidium re-
gni ſui ſibi dare ꝓmitteret nec minis deter-
reri. nec ſupplicijs ſuperari. ſed miſſam deuo-
te perficiens mortem accepit ꝑ nomine dñi
ſui Ieſu xp̄i ⁊c̄.

Quinto vidit Ieſus ma

theum ſuſcitantē. Filius eni̅ regis mortu᷒
plangebatur ab oībus: in qua ſuſcitatiōe fue
runt quattuor. Primo magoꝝ impotentia
qui eū ſuſcitare nequerunt: ſed ſuaſerunt re-
gi q̄ in deoꝝ ↄſortiū raptus eſſet. Et ideo ſi
mulacrum ⁊ templuꝫ ſibi edificaret. Secū-
do orationis efficientia. Nam Eunuchus re

gine candacis aduocauit apoſtolū. Qui fuſa
orōne ad dn̄m: illū ꝓtinus ſuſcitauit. Ter-
tio cōuerſionis inſtantia. Naꝫ quicqd ei alla
tum fuit in auro ⁊ argento in eccleſiam fabri
candam expendi voluit. q̄ intra triginta die-
rum ſpaciū cōſummata fuit. in qua apoſtolꝰ
trigintatribus annis ſedit ⁊ totam egyptuꝫ
ad fidem cōuertit. Unde beda in omelia ho
dierna dicit ſic. Qualis matheus factꝰ ſit. do
cet ipſa gens ethyopum: quā de vltimis ter-
re finibꝰ ad eccleſie ſancte ſocietatē predicā-
do conuertit. ablutāqꝫ fonte baptiſmatis de
fuſca formoſam reddidit qꝛ nigredine vitio-
rum illam exuit. ⁊ ornatu virtutū illam deco
rauit. hec ille. Quarto miraculoꝝ refulgen-
tia. Nam multos mortuos ſuſcitauit. cecos
illumiāuit. leproſos mūdauit. regē cū vxore
⁊ omni populo baptizauit.

Sexto vidit Jeſus Ma-

theum Erudientem. Unde Beda in omelia
hodierna dicit ſic. Matheus interpretat̄ ad
ditus ſiue aſſumptus ſignificans. qꝛ aſſum-
ptus eſt per dilectionem a dn̄o ⁊ additꝰ ad
numerū gradꝰ apoſtolici. hec ille. In ſua eru
ditione oſtendit ſe habere quadruplicē digni
tatem. Primo angeli. in eo ꝙ multa predi-
cauit de gloria paradiſi terreſtris a quo ho-
mo eiectus fuerat ⁊ per xp̄m ad paradiſum
celeſtem fuerat reuocatus. quaſi ip̄e eſſet an
gelus cherubin in illo collocatus. Secūdo
apoſtoli. quia int̄. xij. apoſtolos ꝯnumeratus
eſt. vt pꝫ Luce. ix. ca. Mar. iij. ca. Tertio eu-
angeliſte. qui fuit figuratus inter quattuor a
nimalia oculis vndiqꝫ plena. deum aſſidue
laudantia. Apoc. iiij. Quarto martyris. ꝓ
fide xp̄i moriēdo. ⁊ ꝓ eius veritate ſanguinē
ſuū fundendo. Ita ꝙ iſte quattuor ꝓprieta-
tes in nullo ſimul inueniūtur. Cherubin eñ
fuit angelus. ſed non apoſtolus nec euange
liſta. nec martyr. Petrus fuit apl's ⁊ martyr
ſed nō euangeliſta. Johannes fuit apoſtolꝰ
et euangeliſta. ſed nō martyr. Stephanꝰ fuit
martyr: ſed nō apl'us nec euangeliſta. Ma-
theus autē fuit angelus. apoſtolus. euange-
liſta. ⁊ martyr. vt pꝫ in eius legenda.

Septimo vidit Jeſus ma

theum Subuenienteꝫ. Uñ quattuor modis
ſubuenit. Primo benedicendo. Nam intre-
pidus ⁊ cōſtans ad patientiā oēs ⁊ cōſtan-
tiaꝫ cōfortauit. et Ephigeniā corā ſe ex timo
re proſtratā cū ceteris virginibus pluſꝙ du-
centis benedixit. Secūdo defendendo. Cū
eñ rex miſiſſet ſpiculatorem qui matheū iux
ta altare ſtantē ⁊ orantem occideret. populꝰ
cucurrit ad domū regis ipaꝫ incēſurus cū oī
familia eius: ſed apl's apparuit preſbyteris
⁊ clericis catholicis vt populum retraherent
qd̄ ⁊ fecerunt. apoſtoli martyriū cū gaudio
celebrantes. Tertio preſeruando. Cū enim
rex animū Ephigenie inflectere nequiret to-
tam eius domū igne copioſo vallauit vt eaꝫ
cum ceteris virginibus ꝯcremaret. apl'olus
aūt eiſdem apparēs oēm ignem ab eius do
mo excuſſit. Quarto informando. Nam ig-
nis in domū regis irrumpens ſolo rege cuꝫ
vnico filio euadente: cuncta conſumpſit. Sta
timqꝫ filius eiꝰ arreptus a demonio crimina
patris confitens ad ſepulcrū apoſtoli ꝓpera
uit. Pater vero turpiſſimus leproſus effectꝰ
⁊ inſanabilis manu ꝓpria ſe gladio īteremit
Apparuit aūt apl'us pplo admonens vt fra
trem ephigenie ab ip̄o apl'o baptizatum. re-
gem ſibi cōſtitueret. Qui ꝑ annos ſeptuagi-
ta regnauit ⁊ filiū ſuū ſibi ſubſtituens xp̄ia-
num cultum magnifice ampliauit. Et totam
Ethiopie ꝓuinciaꝫ eccleſijs xp̄i repleuit. me-
ritis ⁊ interceſſione beati apoſtoli. Amen.

In feſto angelorum. Sermo. liiij.

Obis angeli vidēt

v Mathei. xviij. ⁊ in euangelio pre
ſentis ſolennitatis. Beatus ber
nardꝰ ſup cantica ſermōe. v. dicit ſic. Angelꝰ
curat ſatagitqꝫ in libertate ſpūs adminiſtra-
re officiū pietatis futuroꝝ bonoꝝ. ꝓmptum
mortalibus alacrēqꝫ ſeſe miniſtrū exhibens:
vtpote ſuis ineternū futuris ciuibus ⁊ cohe-
redibus ſupne iocūditatis. Hec ille. Super
quo talem moueo queſtioneꝫ. Utrū cuilibet
hoī vnus angelꝰ deputet̄ ad virtutē quo ſecu
rius aſſequat̄ eternā ſalutē. Ad iſtā qōem
rn̄dent tres doctores noui teſti. Primꝰ eſt
btūs Hiero. exponēs illō Math. Angeli eo
rum ſemꝑ vidēt faciē patris: qꝛ dicit ſic. Ma
gna eſt dignitas aīarū: vt vna queqꝫ hēat
ab ortu ſue natiuitatis in cuſtodiā ſui ange-
lum delegatū. Secūdus eſt btūs Augu. lib.
Soliloquioꝝ. ca. xxiij. dicens ſic. Diligūt nēꝑ
pe angeli ciues ſuos per quos ſue ruine ſciſ-
ſuras inſtaurari expectāt. Ideoqꝫ magna cu
ra ⁊ vigilanti ſtudio aſſunt nobis oībus ho
ris ⁊ locis ſuccurrentes ⁊ ꝓuidentes neceſ-
ſitatibus nr̄is: ⁊ ſollicite diſcurrētes int̄ nos
⁊ te dn̄e. gemitus noſtros et ſuſpiria noſtra

referentes ad te. vt impetrẽt nobis faci'ẽ tue
benignitatis ꝓpitiationẽ: ⁊ referãt ad nos de
ſideratam tue grẽ benedictionẽ. Ambulant
nobiſcum in oĩbus vijs noſtris: intrãt ⁊ exe⸗
unt nobiſcũ attẽte. cõſiderantes ꝙ pie ꝙ ho
neſte in medio praue nationis couerſemur.
quãto ſtudio quantoq; deſiderio queramus
regnum tuũ ⁊ iuſticiam ei⁹. quanto timore ⁊
tremore ſeruiamus tibi ⁊ exultemus in leti⸗
cia cordis noſtri. adiuuãt laborãtes: ꝑtegũt
quieſcentes. hortantur pugnantes: coronãt
vincentes: congaudẽt gaudentibus: cõpatiũ
tur ꝑ te inquã patientibus. Grandis eſt eorũ
cura de nobis: ⁊ magn⁹ feruor dilectiõis eoꝝ
erga nos. ⁊ hoc totũ ꝓpter honorẽ tue inexti
mabilis charitatis qua dilexiſti nos. Diligũt
eñ quos tu diligis: cuſtodiũt quos cuſtodis
odiunt quos odiſti. hec ille. Tertius eſt ſã⸗
ctus Tho. pte i. q. cxiij. articulo. ix. dicens ſic.
Homo in ſtatu vite iſtius cõſtitutus eſt qua
ſi in quadam via qua tendere dꝫ ad patriaꝫ.
in qua quidẽ via pericula multa homini im⸗
minent. tam ab exteriori ꝙ ab interiori. ſm
illud ps. In via hac qua ambulabã: abſcõde
runt ſuperbi laqueuꝫ mihi. Et ideo ſicut homi
nibus ꝑ viam nõ tutã ambulantibus dantur
cuſtodes: ita ⁊ cuilibet homĩ ꝙ diu viator eſt
cuſtos ãgelus deputaẜ. Quãdo aũt iam ad
terminũ vie ꝑuenerit. iam nõ habebit cuſto⸗
dem. ſed in regno habebit angeluꝫ corregnã
tem: in inferno demonem punientem. hec il⸗
le. Sciendũ ꝙ in rebus agendis cognitio
et affectus homis multipliciter variari ⁊ de⸗
ficere poſſunt a bono. ⁊ ideo neceſſariũ fuit ꝙ
hominibus angeli ad cuſtodiã deputarentur
per quos regulareñ ⁊ moueren̄ ad bonuꝫ
Unde pono octo cõcluſiones. Prima con
cluſio. licet homo poſſit ſeipm̃ cuſtodire ꝑ li⸗
beruꝫ arbitriũ ⁊ ꝑ naturalẽ cognitionẽ legis
naturalis: tamẽ adhuc eſt ſibi neceſſaria cu⸗
ſtodia angeloꝝ. Patet quia per liberũ arbi⸗
trium poteſt aliqualiter homo malũ vitare.
ſed nõ ſufficiẽter. quia infirmaẜ circa affectũ
boni ꝓpter multiplices aĩe paſſiões. Simili
ter etiã cognitio vl̃is legis naturaľ q̃ hoĩ na
turaliter adeſt aliqualiť dirigit hoĩem ad bo
num ſed nõ ſufficienter. q: in applicãdo vl̃ia
principia iuris ad ꝑticularia opera cõtingit
hominẽ multipliciter deficere. Uñ diciẜ Sa
pien. ix. Cogitatões mortaliũ timide ⁊ incer
te ꝓuidentie nr̃e: ⁊ iõ neceſſaria fuit homi cu
ſtodia angeloꝝ. ſm qõ diciẜ in ps. Angelis
ſuis de⁹ mãdauit de te vt cuſtodiãt te in oĩb⁹

vijs tuis ⁊c̃. Secũda ꝯcluſio. lꝫ multi hoĩes
pereant in peccato cadẽtes: nõ tñ priuantur
cuſtodia angeloꝝ. Patet. q: ſicut hoĩes a na
turali inſtinctu boni diſcedunt ꝓpter paſſio⸗
nem pcti. ita etiã diſcedunt ab inſtigatiõe bo
noꝝ angeloꝝ q̃ fit inuiſibiliter ꝑ hoc ꝙ hoĩes
illuminant ad bene agendũ. Unde ꝙ hoĩes
pereunt nõ eſt imputandũ negligẽtie ange⸗
loꝝ: ſed malicie hoĩm. Tertia cõcluſio. licet
adam in ſtatu innocentie nullis anguſtiare
tur ꝑiculis. tñ habebat angelũ ſibi ad cuſto⸗
diam deputatũ. Patet qm̃ homo in ſtatu in
nocentie nõ patiebaẜ aliqd̃ periculũ ab inte
riori. q: interi⁹ erãt oĩa ordiata. ſed iminebat
ei periculũ ab exteriori ꝓpter inſidias demo
num. vt rei ꝓbauit euentus. ⁊ ideo indigebat
cuſtodia angeloꝝ. Quarta cõcluſio. pueris
in materno vtero exiſtentib⁹: ⁊ extra vterum
angelus ad cuſtodiã deputaẜ. Patꝫ q: puer
ꝙdiu eſt in materno vtero: nõ totaliter eſt a
matre ſeꝑatus. ſed ꝑ quandã colligationẽ q̃⸗
dãmõ eſt adhuc aliquid eius ſicut fruct⁹ pen
dens in arbore eſt aliqd̃ arboris. iõ angelus
q̃ eſt cuſtodia matris: cuſtodit ꝓlem in vtero
mr̃is exñtem. ſ; in natiuitate qñ ſeꝑatus eſt a
mr̃e angel⁹ ei ad cuſtodiã deputaẜ. Quĩta
cõcluſio. lꝫ pueri non illumineñ ꝑ modũ do
ctrine: tñ mox nati cuſtodiuntur ab angelis.
Pꝫ q: offm̃ cuſtodie ordinaẜ quidẽ ad illuĩa
tionẽ doctrine: ſicut ad vltimũ ⁊ ꝑncipalẽ ef⸗
fectũ. nihilomin⁹ tñ hꝫ mľtos alios effectus
q̃ pueris cõpetũt. ſ. arcere demões ⁊ alia no⸗
cumẽta tam corporalia ꝙ ſpũalia ꝓhibere.
Sexta ꝯcluſio. hoĩes ꝑſciti ⁊ etiã infideles
⁊ antixp̃us: hñt angelos ſibi ad cuſtodiã de⸗
putatos. Patet. q: hoĩes ꝑſciti ⁊ infideles ⁊
antixp̃s ſic nõ priuãẜ interiori auxilio natu⸗
ralis rõnis. ita etiã nõ ꝑuãẜ exteriori auxilio
toti nature hũane diuinit⁹ cõceſſo. ſ. cuſtodia
angeloꝝ ꝑ quã ⁊ ſi nõ iuuẽtur ꝙtum ad hoc
ꝙ bonis opibus vitã eternã mereanẜ. iuuã⸗
tur tñ ꝙtũ ad hͦ ꝙ ab aliq̃b⁹ malis retrahun
tur q̃bus ſibijp̃is ⁊ alijs nocere pñt. Nã ⁊ ip
ſi demones arceñ ꝑ bonos angelos ne noce
ant ꝙtum volũt. Septĩa cõcluſio. xp̃s nõ i⸗
diguit cuſtodia angeloꝝ. Patet. q: xp̃us ſm
ꝙ hõ imediate regulabaẜ a v̄bo dei. vñ non
indigebat cuſtodia ãgeloꝝ. Et iterũ ſm aĩaꝫ
erat ꝯp̄henſor. ſed rõne paſſibilitatꝭ corꝑis e⸗
rat viator. ⁊ ſm hͦ nõ debebaẜ ei ãgel⁹ cuſtos
tanꝙ ſuꝑior. ſed angel⁹ miſter tanꝙ inferior.
Uñ d: Math. iiij. Et acceſſerũt angeli ⁊ mi
niſtrabãt ei. Octaua cõcluſio. Angelus cu⸗

ſtos nūꝙ totaliter dimittit hoīem cuſtoditū
Patet qꝛ cuſtodia angeloꝝ eſt quedā execu-
tio diue ꝓuidentie circa hoīes facta. Sꝫ nec
hō nec res aliqua totalr diue ꝓuidentie ſub
trahit. Inquantū em̄ aliqd participat de eſſe intm̄
ſubdit vlī ꝓuidētie entiū. ſed tn̄ de⁹ ſm ordi
nem ſue ꝓuidētie dr hoīem derelinquere in-
quantū ꝑmittit hoīez pati aliquē defectū cul
pe vel pene. Sic angel⁹ cuſtos nunꝙ totalr
dimittit hoīez. ſed ad aliqd interdū eū dimit
tit. put. ſ. nō impedit qn ſubdat alicui tribula
tioni. vel etiā qn cadat in pctm̄ ſm ordinē di
uinoꝝ iudicioꝝ. ⁊ ſm hoc dr Iere. li. Ex pſo-
na angeloꝝ. Curauim⁹ babylonē ⁊ nō ē cura
ta derelinquam⁹ ergo eā. ⁊ Eſa. v. Auferā ſe-
pem ei⁹ ⁊ erit in conculcationē. glo. i. angeloꝝ
cuſtodiā. vn̄ angeli eoꝝ cuſtodes nō impedi
erūt qn tribulationib⁹ ſubderētur. Et ſic cuilꝫ
hoī deputat vn⁹ angelus ad cuſtodiā Iō dic
verbū ꝓpoſitū. Vobis angeli vidēt. i. ad ve-
ſtrā vtilitatē angeli vos cuſtodiūt. ſm ordi
nē diue ꝓuidētie quā neceſſe ē īpleri ī hoīb⁹.

Vobis angeli vidēt.

Ad militandum.
Ad cōſociandum.
Ad cuſtodiendum.
Ad miniſtrandum.
Ad preſentandum.
Ad conſolandum.
Ad deportandum.

Primo vobis angeli vi-
dent. i. vigilant ad militandum. Iob. xxxviij.
Nunqd noſti ordinē celi ⁊ pones rōnez eius
in terra? Ubi dicit ꝙ rōe naturali ſecreta an
geloꝝ ſcire nō poſſum⁹. ſed ꝑ reuelationē di-
uinam: vt paul⁹. aut ꝑ eruditionē humanaꝫ.
vt Dyo. q a paulo vſqꝫ in tertiū celū rapto e-
rudit⁹ eſt. Dyo. aūt. vi. Cele. hierar. diſtinguit
tres hierarchias āgeloꝝ. In ꝑma ponit tres
ordines. ſ. Seraphin ꝑmos. Cherubin medi
os. Thronos vltimos. In media vero ponit
Dn̄ationes quidē vt ꝑmos. Uirtutes vt me
dios. Ptātes vt vltios. In vltima vero ꝑnci
patus vt ꝑmos Archangelos vt medios.
Angelos vt vltimos. Cuius aſſignatiōis rō
eſt. qꝛ hierarchia eſt ſacer ꝑncipatus. In no-
mine autē ꝑncipatus duo intelligūtur. ſ. ipſe
ꝑnceps. ⁊ hic eſt vnus puta de⁹. nō ſolū an-
geloꝝ ſed etiā oīm hoīm. ⁊ toti⁹ rōnalis crea
ture q ſacroꝝ pticeps eſſe pōt: ⁊ mltitudo or
dinata ſub ꝑncipe. ⁊ ſic vna hierarchia dicit
ſm ꝙ multitudo vno ⁊ eodē mō pōt guber-
nationem ꝑncipis recipe. q vero nō pn̄t ſm
eūdē modū gubernari a ꝑncipe ad diuerſas
hierarchias ptinent. Sicut ſub vno rege ſūt
diuerſe ciuitates q diuerſis regūtur legib⁹ et
miſtris. Angeli aūt diuinas illumiatiōes ꝑ-
cipiūt in intelligibili puritate. iō in eis diſtin
ſtuit triplex hierarchia. quia ſuꝑiores angeli
hn̄t vlīorez cognitionē ꝟitatis ꝙ inferiores
Hec aūt vlīs acceptio cognitionis ſm tripli
cem gradū in angelis diſtinguit. Nā rōnes
rerū de qbus angeli illumiant. pn̄t cōſiderari
tripliciter: Primo ſm ꝙ ꝓcedūt ab vlī ꝑn-
cipio qđ eſt de⁹. ⁊ iſte mod⁹ cōuenit ꝑme hie
rarchie: q īmediate ad deū extēdit: ⁊ in veſti-
bulis dei collocat. vt dicit Dyo. vij. c. Celeſt.
hierarchie. Secūdo ꝟo put hui⁹ rōnes depē
dent ab vlībus cauſis creatis q iam aliquo
mō multiplicant. ⁊ hic mod⁹ cōuenit ſcđe hie
rarchie. Tertio aūt modo ſm ꝙ hui⁹ rōnes
applicant ſingulis reb⁹ ⁊ put dependēt a ꝓ-
prijs cauſis. ⁊ hic mod⁹ ꝯuenit tertie hierar-
chie. Ad ꝑmaꝫ hierarchiā ptinet ꝯſideratio
finis. ſm ꝙ accipit rōnes rerūꝫ in ipo deo. ⁊
hec cōtinet tres ordines. ſ. ſeraphin: cherubī:
thronos. qꝛ in reſpectu ad finē pn̄t cōſiderari
tria. Nā ꝑmo aliqs ꝯſiderat finē. ſcđo ꝟo ꝑ-
fectam finis cognitionē accipit. tertio ꝟo in-
tētionē ſuā in ipo defigit. ⁊ qꝛ de⁹ eſt finis cre
aturarū ſicut dux ē finis exercit⁹: vt dr. xi. me
tha. Pōt aliqua ſilitudo hui⁹ hierarchie in re
bus hūanis inueniri. Nā quidā ſunt q h̄ hn̄t
dignitat̄. vt ꝑ ſeipos accedere poſſint ad re
gē vel ducē: valde familiariter. quidā ꝟo ſuꝑ
hoc hn̄t vt etiā ſecreta ei⁹ cognoſcāt. Alij ꝟo
ſuꝑ hoc hn̄t vt ſp circa ipm inhereāt. quaſi ei
cōiuncti. hāc ſimilitudinē accipere poſſum⁹ ī
ordinib⁹ ꝑme hierarchie. Nā throni eleuant
ad hoc ꝙ deū familiariter in ſeipſis recipiāt.
ſm ꝙ rōnes rerū in ipo īmediate cognoſce-
re pn̄t. Nomē em̄ thronoꝝ dr ꝑ cōuenientiā
ad materiales ſedes in qb⁹ cōſiderant quat-
tuor. Primo ſitus qꝛ ſedes ſuꝑ terrā eleuā
tur. ⁊ ſic throni eleuant vſqꝫ ad hoc ꝙ ī deo
īmediate rōes rerū cognoſcūt. ſcđo firmitas:
qꝛ ī ſedib⁹ mālib⁹ aliqd firmiter ſedet. Thro
ni aūt ecōuerſo firmāt ī deo. Tertio ſuſcepti
bilitas: qꝛ ſedes ſuſcipit ſedētē: ⁊ ī ea deferri pt
ſic throī ſuſcipiūt deū ī ſeipis. ⁊ eū qdāmō ad
īferiores defert. Quarto capacitas. qꝛ ſedes
ex vna pte eſt apta ad ſuſcipiendū ſedentez.
ſic throni ꝑ ꝓmptitudinē ſūt apti ad ſuſcipiē
duꝫ deū ⁊ famulandū ipi. Vn̄ Greg dic ſic.
Throni dei ſūt hi q tāta ditat̄ grā replent. vt

in eis dñs ſedeat ⁊ per eos iudicia ſua decernat. Cherubin vero ſupeminent diuina ſecreta cognoſcũt. Nomẽ em̃ cherubin iponit a q̃dã exceſſu ſcie. Vñ interptat plenitudo ſcie. qd̃ Dyoñ. expoït q̃tũ ad q̃ttuor. Primo q̃dẽ q̃tũ ad pfectã dei viſionẽ. Scd̃o ad plenã ſuſceptionẽ diui luis. Tertio q̃tũ ad h̃ q̃ i ipo cõteplant pulcritudinẽ ordis rerũ a deo deriuatã. Quarto q̃tũ ad h̃ q̃ ipi pleni exñtes hm̃ cognitõe et eã copioſe in alios effundũt. vñ Greg. dic̃ ſic. Cherubi plenitudo ſcie dr ⁊ ſblimiora illa agmĩa cherubĩ vocata ſũt. q̃ tãto pfectiori plena ſũt ſcia q̃to claritatẽ dei viciniꝰ cõteplant. Seraphĩ vero excellũt in h̃ qd̃ ẽ oim ſũmũ. ſ. ipſi deo vniri. Nomen em̃ ſeraphin nõ imponit tm̃ a caritate: ſ a caritat exceſſu quẽ importat nomẽ ardoris vel incẽdij vñ Dyoñ. vij. c. Cele. iere Exponit nomẽ ſeraphin ſm̃ ꝓprietates ignis in q̃ eſt exceſſus caliditat. In igne aũt tria ꝯſideramꝰ Primo q̃ eſt ſurſum: ⁊ q̃ eſt ꝯtinuꝰ: p qd̃ ſignificat q̃ ille ordo indeclinabilit mouet in deũ. ſcd̃o vtus actiua eiꝰ. q̃ eſt calidus cũ quadã acuitate eiꝰ. q̃ eſt maxĩe penetratiuꝰ in agẽdo. ⁊ ptingit vſq̃ ad mĩma. ⁊ iterũ cũ quodã excedẽti feruore. ⁊ p h̃ ſignificat actio hmõi angelorũ quã in ſubditos potent exercẽt eos in ſimilẽ feruorẽ excitãdo ⁊ totaliter eos p incẽdiũ purgando. Tertio ꝯſiderat in igne claritas eiꝰ. ⁊ hi angeli hñt in ſeipſis inextinguibilẽ lucẽ etiã alios pfecte illuiando. vñ greg. dic̃ ſic. Seraphin vocant illa agmĩa q̃ ex ſingulari ꝓpinq̃tate cõditoris ſui incõparabili ardẽt amore. Ad ſecũdã hierarchiã ptinet diſpoſitio vlis de agendis ſm̃ cauſas rerũ vles. ⁊ hec ꝯtinet tres ordines: q̃m ad rõnẽ gubernatõis ptinẽt tria. Primo diffinitio eorũ q̃ agẽda ſunt. qd̃ ẽ ꝓpriũ dñationũ q̃ dñi eſt ſolũ pcipe de agẽdis. iõ greg. dic̃. Qd̃ q̃dã angelorũ agmĩa ꝓ eo q̃ eis cetera ad obediẽdũ ſubiecta ſunt: dñationes vocant. Nomen dñationũ ſignificat tria. Primo quãdã libtatẽ q̃ eſt a ſeruili ꝯditõe ⁊ pedeſtri ſubiectione: ſicut plebs ſubijcit: ⁊ a tyrãnica oppſſiõe quã etiã interdũ maiores patiũt. Secũdo quãdã regidã ⁊ inflexibilẽ gubernatõẽ. q̃ ad nullũ ſeruilẽ actũ inclinat. neq̃ ad ſtatũ aliquẽ ſeu actum ſubiectorũ vel oppſſorũ a tyrãnis. Tertio appetitũ ⁊ pticipatõẽ veri dñij qd̃ eſt in deo. ſicut ſunt regales curie dñi ⁊ ſic dñatiões iperãt diuia miſteria alijs angel. ſicut innuit. Zach. v. vbi vnꝰ angelꝰ iperauit alteri dicẽs. Curre ⁊ loq̃re ad puerũ iſtũ ⁊c̃

Scd̃o ad rõnẽ gubernatiõis ptinet ꝓbẽ facultatẽ ad iplendũ qd̃ ptinet ad vtutes ſm̃ q̃ vtus iportat quẽdã exceſſuz fortitudis. ⁊ ſic dic̃ Dyoñ. Qz nomen vtutũ ſignificat q̃ndã virilẽ ⁊ incõcuſſam fortitudinẽ. Primo q̃dẽ ad oẽs apparitiões diuias eis ꝯuenictes Secundo ad ſuſcipiendum diuina. ⁊ ita ſignificat q̃ ſine aliquo timore aggrediuntur oĩa q̃ ad eos pertinent. qd̃ videt ad animi fortitudinem pertinere. Iſti em̃ ſunt velut iuſticiarij in domo regis quorũ eſt ardua operari. Unde Greg. Uirtutes vocant illi ſpũs per quos ſigna ⁊ miracula frequentius fiũt.

Tertio ad rõnem gubernationis ptinet ordinare qualiter ea que precepta vel diffinita ſunt impleri poſſunt vt alij exequant. ⁊ hoc pertinet ad ptãtes. Nomen em̃ ptãtis ordinationẽ quãdã deſignat. ſm̃ illud apl̃i. Ro. xiij. Qui ptãti reſiſtit dei ordinationi reſiſtit. ⁊ ideo Dyoñ. dicit. Qz nomen ptãtum ſignificat quãdam ordinationẽ circa ſuſceptionẽ diuiorũ ⁊ circa actiões diuias. q̃s ſupiores in inferiores agunt. eas ſurſum ducẽdo. Ad ordinẽ g̃ ptãtũ ptinet ordiare quõ a ſubditis ſũt agẽda. et p h̃ arcentur mali ſpũs. ſic p ptãtes terrenas arcẽtur malefactores. vñ greg. Ptãtes vocant hij q̃ h̃ potẽtius pre ceteris perceperũt vt eorũ ditiõi ptãtes aduerſe ſubiecte ſint. Ad tertiã hierarchiã ptinet applicatio diſpõnis ad effectũ q̃ eſt executio opis Executio vero angelicorũ miſteriorũ ꝯſiſtit in ãnũciãdo diuia. ⁊ hec hierarchia ꝯtinet tres ordines. In executõe em̃ cuiuſlibet actꝰ ſunt q̃dam quaſi incipiẽtes actionẽ: ⁊ alios ducẽtes. ſicut in cãtu pcẽtores: ⁊ in bello illi q̃ alios ducũt ⁊ dirigũt. ⁊ h̃ ptinet ad pncipatus Nam pncipari. vt Greg. dicit. Eſt inter reliquos priorẽ exiſtere. quaſi primi ſunt in executione eorũ q̃ impant. Et ideo Dyoñ. dicit Qz nomen pncipatuũ ſignificat ductiuum in ordine ſacro. Illi em̃ q̃ alios ducũt pmi int eos exñtes. pncipes ꝓprie vocant. ſm̃ illud ps. Preuenerũt pncipes ꝯiuncti pſallentibꝰ Hij em̃ etiã bonis ſpiritibꝰ pncipant. ⁊ ad loca determĩata vel negocia regis ſpãliter deputant p modũ legatorũ. Alij ſũt q̃ maiora nũciãt ⁊ hij archãgeli dicunt. ſicut gabriel q̃ nũciauit beate virgini incarnationem filij dei. Alij vero ſunt q̃ ſimpliciter exequũtur. ⁊ hij angeli dicuntur qui immediate nobis annũciant per modum curſorũ ⁊c̃.

Secundo vobis angeli vi

dent ad cōſociandū. vn̄ Math. xxij. dr̄. Erūt
hoīes ſicut angeli dei in celo. Nam p donū
grē hoīes mereri poſſunt tantā glīam vt an-
gelis equenť ſm̄ ſingulos āgelorū gradꝰ qđ
eſt hoīes aſſumi ad ordines angelorū. Unđ
Greg. ſup Ezech. dicit ſic. Sunt nōnulli qui
parua capiūt. ſed tn̄ h̄ annūciare fratribꝰ nō
deſiſtūt. Iſti em̄ in angelorū numerū currūt.
Nam qdam ſimplices ⁊ illitterati vbo ⁊ exē-
plo qntum pn̄t alios edificant: ⁊ iſti aſſumū-
tur ad ordines angelorū. Quidā aūt magna
intelligūt ⁊ ſollicite alios admonēt: ⁊ iſti aſ-
ſumunť ad ordinē archangelorū. Greg. Sūt
q ſecretorū celeſtiū ſūma ⁊ cape pualēt ⁊ nū-
ciare. hij cū archāgelis. Quidā p vite pfecti
onē aliorū merita tranſcendūt: ⁊ iſti aſſumū-
tur ad ordinē pncipatuū. Grego. Sūt q ele-
ctorū merita trāſcendūt: ⁊ electis fratribꝰ pn-
cipanť: ⁊ hij cū pncipatibꝰ meritū ſortiūtur.
Similr̄ illi q bn̄ rexerūt pſonam ſuā: aſſumū
tur ad ordinē angelorū. Qui bn̄ rexerūt ciui-
tatē ſuā vel eccl'iam: ad ordinē archāgelorū.
q vero bn̄ puinciā ſuā: ad ordinē pncipatuū
Quidā aūt expellūt de corporibꝰ ⁊ aīabꝰ alio
rū demones ⁊ pctā. iſti aſſumūtur ad ordi-
nē ptātum. Grego. Sūt q malignos ſpūs
vtute orōnis ⁊ vi accepte ptātis fugāt. ⁊ hij
cū ptātibꝰ. Quidā ſigna ⁊ miracl'a opantur:
⁊ iſti aſſumūtur ad ordinē virtutū. Grego.
Sūt q mira faciūt ſigna ⁊ valenť operanť: ⁊
hij cū virtutibꝰ. Quidā oībus in ſe vitijs do-
minanť. ⁊ iſti aſſumūť ad ordinē dn̄ationū.
Greg. Sūt q in ſemetipis oībꝰ vitijs dn̄anť
vt ipſo iure mūdicie: dij inter hoīes vocenť.
Un̄ ad moyſen dr̄. Ecce ꝯſtitui te dn̄m pha
raonis. ⁊ hij cū dn̄ationibꝰ. Quidā ſunt val-
de ſpūales. ⁊ iō de alijs iudicare pn̄t. i. Corī.
ij. Spūalis hō iudicat oīa: ⁊ ipe a nemīe iu-
dicať. iſti aſſumūť ad ordinē thronorū. Gre-
go. Sūt in qbus velut in throno ſuo dn̄s pſi
dens aliorū facta examīat. p qs dū ſctā eccl'ia
regiť plerūqꝫ de qbuſdā ſuis actibꝰ infirmis:
om̄s electi iudicanť: ⁊ hij cū thronis. Quidā
dei ⁊ pximi charitate flagrāt: iſti aſſumūtur
ad ordinē cherubin. Grego. Sūt q dei ⁊ pxi
mi charitate amplꝰ ceteris pleni ſunt. ⁊ hij
meritorū ſuorū ſortē: inter cherubin numerū
acceperūt. qꝛ cherubin plenitudo ſcīe dr̄. ⁊ iu
xta paulū. Plenitudo legis ē charitas. Qui-
dā ſunt in igne amoris cōuerſi. ⁊ in ſolo dei
deſiderio anhelātes: iſti aſſumūtur ad ordinē
ſeraphin. Greg. Sūt q ſupne ꝯtēplationis a
more accenſi in ſolo cōditoris ſui deſiderio
anhelant. nihil in hoc mundo iā cupiūt. ſolo
eternitatꝪ amore paſcunť. terrena queqꝫ abij
ciūt. cūcta tpalia mēte trāſcendūt. amāt ⁊ ar
dēt atqꝫ in ipo ſuo ardore reqeſcunt: amādo
ardēt. loquēdo accendūt. ⁊ quoſcūqꝫ vbo tā
gūt: ardere ptinꝰ in dei amore faciūt: q iſti ni
ſi intra ſeraphin numerū: ſortem ſue vocatio
nis acceperunt. Hec ille. Et ſic pꝫ ⁊c̄.

Tertio vobis angeli vi-
dēt ad cuſtodiendū. Un̄ Ber. tractās illđ v
bum. Angelis ſuis deꝰ mādauit de te ⁊c̄. dicit
ſic. Magna dilectio charitatꝪ. Quis qbꝰ. de q
⁊ qd mādauit. Siqdē deꝰ mādauit. ⁊ angel
ſuis mādauit. ⁊ de te hoīe mādauit. ⁊ vt cuſto
diant te in oībꝰ vijs tuis mādauit. Quantā
reuerentiā dꝫ tibi h̄ vbū inferre: afferre deuo-
tionē: offerre fiduciā: reuerētiā p pn̄tia. deuo-
tionē p beniuolētia: fiduciā p cuſtodia. In q
uis diuerſorio in quis angulo reuerētiā exhi
be āgelo tuo ne audeaſ illo pn̄te qđ me pn̄te
non auderes h̄ ille. Effectꝰ angelice cuſtodie
circa hoīes ē qdruplex. Primꝰ eſt remotōis
ſcꝫ remouēdo ne hō cadat in malū culpe. ⁊ h̄
facit angelꝰ tribꝰ modis. Primo increpādo
pctm̄ pteritū. vt ab eo hō rcedat. vt pꝫ Iudic.
ij. vbi cū angelꝰ filios iſrael de puaricatiōe in
crepaſſet: ipi eleuauerūt vocē cū fletu ⁊c̄. Se
cūdo eripiēdo a pctō pn̄ti vt pꝫ in eductiōe
Loth ⁊ vxoris eiꝰ de ſodomis. i. de pcti ꝯſue-
tudīe. Gen̄. xix. Tertio impediēdo pctm̄ fu
turū ne fiat. vt pꝫ. Nu. xxij. in balaā q ad ma-
ledicendū iſrl' pgens ab angelo impeditꝰ eſt
Secūdus eſt pfectiōis. ſ. in bonū grē ⁊ hoc
facit angelꝰ in aīa tribꝰ modis. Primo om̄e
īpedimentū ad bonū remouēdo. vt pꝫ Exo.
xij. vbi angelꝰ pcuſſit pmogenita egypti. Se
cūdo pigritiā excitādo. vt pꝫ zach. iiij Ange-
lus dn̄i excitauit me quaſi hoīem q excitať a
ſōno. Tertio in via pn̄te ducēdo ⁊ reducēdo
vt pꝫ Thob. v. vbi angelꝰ duxit Thobiā ⁊ re-
duxit. Tertiꝰ eſt iuſtificatiōis. ⁊ h̄ facit āge-
lus tribꝰ modis. Primo mouēdo ad cōtritio
nē. vt pꝫ Thob. xi. vbi ad documentū ange-
li de felle p qđ intelligiť ꝯtritio: liniuit pr̄i ocu
los. ſ. cordiſ. Scđo purgādo labia ad ꝯfeſſio-
nē. vt pꝫ Eſa. vi. Ubi p angelū labia Eſaie
purganť. Tertio gaudēdo ad ſatiſfactionē.
Luce. xv. Gaudiū eſt angelis dei ſup vno pec
catore pn̄iam agente. Quartus eſt ptectio
nis ne. ſ. hō totiens vel in tot mala cadat ad
quot diabolꝰ incitat. ⁊ hoc facit angelꝰ tribus
modis. Primo ptātem demonis refrenādo

pȝ Thob. viij. vbi angelus religauit demonez
in deſerto ſupiori. ⁊ Apocꝗ. xx. Angelꝰ ligauit
demonē ⁊ miſit eū in abyſſum ⁊c̄. Scd̄o ꝯcu
piſcentiā debilitādo. vt pȝ Geñ. xxxij. vbi an-
gelus tetigit neruū femoris Jacob ⁊ emar-
cuit. Tertio memoriaȝ paſſionis xp̄i noſtris
mētibus imprimēdo. vt pȝ Ezech. ix. Signa
thau ſup frontes viroꝝ gementiū ⁊c̄.

Quarto vobis angeli vi-

dēt ad miſtrandū. Heb. i. Oēs ſunt admini-
ſtratorij ſpūs. in miſteriū miſſi. ꝑpter eos ꝗ
hereditatē capiūt ſaluꝗ. Ber. Dñe ꝗd eſt hō.
qꝛ īnotuiſti ei. aut filiꝰ hoīs. qꝛ reputas eū. de-
niqꝫ mittis ei vnigenitū tuū. īmittis ſpm̄ tuū
ꝓmittis vultū tuū ⁊ ne quid vacet in celeſti-
bus ab ope ſollicitudīs: illos etiā btōs ſpūs
ꝑpter nos m[?]ttis in miſteriū nr̄m. Hec ille.
Seraphin eñi mittūtur ad cordiū inflāmati
onez. vt pȝ. iiij. Reg. ij. In angelis ꝗ in curru
igneo ⁊ equis igneis apparuerunt. Et Eſa.
vi. Volauit ad me vnꝰ de ſeraphin. Cherubin
mittūtur ad ſciaruȝ eruditionē. vt pȝ Apocꝗ.
x. In angelo ꝗ hēbat librū in manu. ⁊ Apo.
xviij. In angelo a cuiꝰ claritate terra illumia
ta eſt. Throni mittūtur ad iudicij īformatio-
nez. hñt eñi informare iudices vt legē intelli
gant. vt. dr̄ Act. viij. Accepiſtis legē in diſpo
ſitiōe angeloꝝ. Dñationes mittūtur ad ſen-
ſuū ſub dñio rōnis ſubiugatiōez. vt pȝ Geñ.
xvi. Vbi angelꝰ dixit agar ancille vt ad dñaȝ
ſuā rediret: ⁊ ſe ſibi humiliaret. Virtutes mit
tuntur ad miraculoꝝ opationē. vt pȝ Thob.
xi. In angelo Raphaele ꝗ Thobiā illumina
uit. ⁊ filiū a deglutiōe piſcis eripuit ⁊c̄. Pote
ſtates mittūtur ad demonū ⁊ tēptationū re
preſſionem. vt pȝ. Exo. xiij. vbi angelus dñi ī
terpoſuit ſe inter egyptios ꝑſequētes filios
iſrael. ⁊ ipm̄ exercitū. Principatus mittūtur
ad p̄ncipū inſtructionē. vt pȝ Dañ. x. Vbi po
nūtur tres p̄ncipes. ſ. ꝑſaruȝ. grecoꝝ. ⁊ iudeo
ruȝ. quos oēs angelꝰ dñi inſtruxit ⁊c̄. Archā
geli mittūtur ad ſinguloꝝ rectoꝝ eruditionē:
⁊ ad ſecretoꝝ maioꝝ reuelationez. Vñ Ga-
briel archangelus Zachariā pontificē docuit
⁊ natiuitatē xp̄i virgini annūciauit. Luce. i.
Angeli mittūtur ad ſingulariū ꝑſonarū cor-
roborationē. defenſionē: ⁊ reuelationē. vt pȝ
iij. Reg. xix. vbi angelus portauit helye ſub-
cinericiū panē ⁊ vas aꝗ ⁊ comedit ⁊ ambu-
lauit in fortitudine cibi illiꝰ vſqꝫ ad montem
dei oreb. Et ſic pȝ ⁊c̄.

Quito vobis angeli vidēt

ad ꝯſolandū. qꝛ ipi ſunt tribulatoꝝ cōſolato
res. Zach. i. Angelꝰ loqbat̄ in me vba ꝯſola-
toria ⁊ bona. ⁊ Thob. v. Forti aīo eſto ⁊c̄. et
Apoc. vij. dr̄. Vidi q̄ttuor angelos ſtātes ſu
per quattuor angulos terre: tenētes quattu-
or vētos terre ne flarēt ſup terrā. Sūt n. q̄ttu
or angeli ꝑpter q̄druplex miſteriū gr̄e ꝯfortā
tis hoīes. ꝗ ſtāt ſup quattuor angulos terre.
qꝛ refrenāt q̄ttuor malas affectōes ſeu paſſi
ones aīe: ex ꝗbꝰ oīs tribulatio ⁊ tēptatio cō-
ſurgit ad p̄cipitandū hoīes in pctīs. Nā ꝗli-
bet hō eſt q̄ſi ꝗdaȝ ciuitas in q̄dro poſita. ī cu
ius quolȝ angulo eſt vna porta. Primꝰ angu
lus eſt ad orientē. Scd̄us ad occidētez. Ter-
tius ad meridiē. Quartꝰ ad aꝗlonē. In q̄libȝ
porta ſunt duo angeli. ſ. vnꝰ bonꝰ. ⁊ vnꝰ malꝰ.
bonꝰ ad gubernationē ⁊ ꝓfcm̄ malꝰ ad exer-
citiū ⁊ defcm̄. angelꝰ bonꝰ dat̄ vt hoīem erudi
at ⁊ dirigat ꝯtra fallaciā. exhortet̄ ⁊ īcitet ad
bonū cōtra blādicias: ⁊ defendat ab oppſſio
ne cōtra violētiā. angelꝰ malꝰ dat̄ ad pugnā.
vt cū hoīe ꝯgrediat̄. Et ſicut deꝰ ſciebat ꝙ hō
ꝑ tēptationē in pctm̄ erat deijciēdus. Ita etiā
ſciebat ꝙ ꝑ liberū arbitriū reſiſtere poterat tē
ptatori. Hoc aūt reꝗrebat cōditio nature ho
minis vt ꝓprie voluntati relinꝗret̄. ꝫm illud
Eccle. xv. Deꝰ reliꝗt hoīez in manu ꝯſilij ſui.
Vñ Aug. dicit. xi. ſup Geñ. ad lr̄am. Nō mi
hi videt̄ magne laudis futurū fuiſſe hoīez. ſi
ꝑpterea poſſet bene viuere. qꝛ nemo male vi
uere ſuadebat cū ⁊ ī natura poſſe ⁊ in ꝑtāte
hēret velle nō cōſentire ſuadēti. hec ille. mo-
dus pugne h̄ eſt. Prima porta eſt oriental̄:
ꝑ quā diabolꝰ nitit̄ ſubuertere aīam ⁊ ſecum
trahere ad infernū quā expugnat ꝑ p̄mā ani
mi paſſionē. ſ. ꝑ gaudiū. ꝑ qd̄ oīa pctā mūda
ni gaudij ⁊ vane leticie ꝯgrediūtur cū aīa: di
centia illud Sap. ij. Venite ḡ ⁊ fruamur bo
nis ꝗ ſunt ⁊ vtamur creatura tanꝙ in iuuen
tute celeriter: vino p̄cioſo ⁊ vnguentis opti-
mis nos impleamꝰ: ⁊ nō p̄tereat nos flos tē
poris. Coronemꝰ nos roſis anteꝙ marceſcāt
nullū pratū ſit qd̄ nō p̄tereat luxuria noſtra.
nemo ſit expers luxurie nr̄e. vbiqꝫ relinꝗmꝰ ſi
gna leticie. qm̄ hec eſt ꝑs nr̄a. ⁊ h̄ eſt ſors no
ſtra. hec ibi. Aſmodeꝰ ꝗ p̄eſt huic vano gau-
dio: inſtruit quattuor acies vt aīaȝ expugnet
In p̄ma ponit ludos vanos. hiſtrionatꝰ. ſce
nas. cantꝰ. choreas. ſonos laſciuos inſtrumē
toꝝ muſicaliū. haſtiludia ⁊c̄. In ſcd̄a ponit
vanitates iuuenū. ornatus veſtiū. fucatiōes
mulierū. cantilenas amoris. ꝓcatiōes mulie
rum. ⁊ p̄cipue adoleſcentularuȝ. ambaſiatas

vetularū donaria vtriuſqȝ facta. In tertia po-
nit comeſſatiōes. ebrietates. ipudiciciā in ge
ſtibus. ſcurrilitatē in locutionib⁹. ineptā leti-
ciā: ſaltatōes: imūdicias. In q̄rta ponit forni
catōes. ſtupra inceſt⁹. adulteria. abuſus vxo
ruȝ. ſodomias. ſacrilegia ſ cū monialib⁹. An
gelus bon⁹. ſ. Raphael refrenat ⁊ retinet tē
ptatiōes diaboli ꝯfortando aīam p dolorēȝ
⁊ triſticiā ſm deū. qm̄ illumiat mentē vt ipſa
doleat cognita veritate. vt pȝ Thob. viij. vbi
dr̄ ꝙ raphael religauit demoniū in deſerto ſu
periori. imittit aūt iſte angel⁹ iiij. radios ſplē
doris. ſ. cognitōēȝ ſui. q̄ mēs humana plorat
ꝯſpiciens in ſe dei imaginē deformatā. culpe
ſubiugatā. gr̄a p̄uatam. gl̄ia exulatā. inferno
obligatā. Cognitōēȝ pctī cōſpiciēdo in ſe pec
catoꝝ turpitudinē: m̄ltitudinē magnitudīēȝ:
ingratitudinē: cognitionē mūdi cōſpiciendo
ꝙ gaudia mūdi alliciūt: decipiūt: faſtidiūt: de
ficiūt. cognitōēȝ dei cōſpiciendo: ꝙ de⁹ eſt cre
ator: redēptor: iuſtificator: gl̄ificator. Vn̄ ber
nar. Clamat mūdus ego deficio. clamat caro
ego inficio. clamat demō: ego decipio. clamat
xp̄s: ego reficio. Vide q̄ quem ſeq̄ris. Ex his
ſplendorib⁹ lumē refulſit in tabernac'lo men
tis. vn̄ orit̄ tremor ad deuȝ iuſtū. ⁊ amor ad
deū piū. Hic āgel⁹ ſp clamat mūdi ꝯteptuȝ: lu
xurie: auaricie: ſupbie: deſpectū: ⁊ oīȝ ꝯcupiaꝝ
odiū. Clamat aūt dicēs illō Apoc. xiiij. Ceci
dit: cecidit Babilō ciuitas illa magna. mater
fornicationū. q̄ a vino ire fornicatiōis ſue po
tauit oēs gētes In his xbis clamat oīa mū
dana gaudia ꝯtēnenda. Primo auariciā. cū
dicit Cecidit ⁊c. Ba. q̄ interp̄taē cōfuſio. ⁊ ſi-
gnificat mūdi facultatē qua mūdani oculos
ſuos ſtaterūt declinare in terrā quos ad celū
de⁹ creauit erectos. Auaricia em̄ cecidit. q: p̄
terit figura hui⁹ mūdi. i. Cor. vij. dicit aūt bis
cecidit. q: cadit corp⁹ auari p mortē corpora
lē. ps. Dormierūt ſomnū ſuū ⁊ nihil inuene-
rūt oēs viri diuitiarū in manib⁹ ſuis. Cadit
aīa auari p mortē eternalē. Luce xvi. Mor-
tuus eſt diues ⁊ ſepultus eſt in inferno. Cla
mat. ij. ꝯtēnendā ſupbiā ⁊ mūdanaȝ gl'iam.
cū dicit Ciuitas illa magna. Supbus nanqȝ
magnū ſe reputat. verūtn̄ ſupbis de⁹ reſiſtit.
Ja. iiij. vn̄ ad ſupbū dr̄ Jere. l. Ecce ego ad
te ſupbe: dicit dn̄s exercituuȝ. q: veniet dies
tuus tp̄s viſitatiōis tue: ⁊ cadet ſupb⁹ ⁊ cor-
ruet. ⁊ nō erit q̄ ſuſcitet eū. Clamat. iij. cōtem
nendam carnis ꝯcupiſcentiam. cū dicit Ma
ter fornicationuȝ ⁊c. q: vinū ſup modū pota
tum mentē alienat. ſic nimia delectatio viſibi

liuȝ creaturarū aīam a deo ſeparat. ⁊ hec eſt
turpiſſima ⁊ ſp̄ualis fornicatio qua aīa a vi-
ro ſuo. ſ. deo recedēs creature ſe ſociat: ⁊ ip-
ſam plus ſuo creatore diligit. Oſee. iiij. For-
nicati ſunt ⁊ nō ceſſauerūt. qm̄ dn̄m relique-
runt in nō cuſtodiendo. Scd̄a porta eſt occi
dentalis p quā dyabol⁹ q̄rit pimere aīam: ex
pugnādo ipam p ſcd̄am aī paſſionē. ſ. p do-
lorem mūdi p quā oīa triſtabilia ⁊ doloroſa
ſeculi cōgrediūtur cū aīa. ſicut ipſa dicit'i ps.
Dolores inferni circūdederūt me: p̄occupa-
uerunt me laquei mortis. Abadō ſiue exter-
minās, diabol⁹ dr̄ionis. vt dr̄ Apoc. ix. Inſtru
inde exiliens cū ipſo euanuit. Phil.iij. Omīa arbitrat⁹ ſum vt ſtercora. vt xp̄o lucrifacerē. Undecimo in predicatione. Nam turbis irruentib⁹ in ieſum vt audirent verbū dei ipſe ſtabat ſecus ſtagnum genezareth ⁊ aſcendit in vnā nauez ⁊ docebat de nauicula turbas. Lu.v. Sic btūs Franciſcus dū ſemel Gaiete in maris littore predicaret turbis irruentibus pre deuotione in vnā herentē littori nauiculā ꝓſiliijt ſolus. que ſeipſam nulla ope lōgius a terra ꝓtraxit. tādiu autem fixa in fluctibus manſit. quouſq̧ vir ſanctus turbis expectantibus in littore p̄dicauit. Finito ſermone dataq̧ bn̄dictōe populis nauicula ꝓprio ductu ad locum ſuū remeauit. Duodecimo in multiplicatione. Nam xp̄s in deſerto multiplicauit panes q̄nq̧ ſibi oblatos vt ex illis ſatiarenť q̄nq̧ milia hoīm. vt dicič. Joh. vi. Sic btūs Franciſcus dum nauem quorūdā mercatoꝝ conſcendens cum ſocio paupere elemoſynā ſibi diuinitus oblatā adeo multiplicauit vt omibus in naui exiſtentib⁹ ꝑ mēſem ſuffecerit alias nihil habētibus. Decimotertio in receptione. Nam xp̄s libēter peccatores recipiebat ⁊ cū eis māducabat. Un̄ phariſei murmurabant dicētes. q: hic peccatores recipit ⁊ māducat cū illis. Lu.xv. Sic btūs Franciſcus ſpū dei afflatus aduertens quēdam ex fratribus ſuis nimietate abſtinētie pene deficere. Unde tētatione diaboli fratri illi periculum īminebat. pius paſtor licet eſſet nox vocauit fratrem appoſuit panem. priorq̧ comedit ⁊ ad manducādū fratrē illū inuitauit. Unde vt dixit fratribus nō cibus: ſed caritas illum comedere coegit. etiam illū militem cōuertit qui cum ad prandium vocauit. vt ſup̄ dictuȝ eſt. Decimoquarto in orōne. Nam xp̄us docuit diſcipulos ſuos orare dicēs. ſic ergo orabitis. Pater noſter qui es in celis ſanctificeť nomen tuū ⁊c. Math. vi. Sic btūs Franciſcus rogantes fratres orare āmonuit dicens. Cuȝ orabitis dicite. Pater noſter qui es in celis ſanctificeť nomen tuum ⁊c. Et ad omēs eccleſias dicite. Adoramus te xp̄e ⁊ benedicimus tibi: q: per crucem tuā redemiſti mundum. qō illi obſeruabant fideliter. Quindecimo in perfectione. Nam xp̄us legem euangelicam maxime perfectionis tradidit diſcipulis ſuis dicens. Nolite ꝑoſſidere aurū neq̧ argentuȝ neq̧ pecuniam in zonis veſtris. non peram in via: neq̧ duas tunicas: neq̧ calciamenta: neq̧ virgam. Mat.x. Btūs Franciſcus eandem regulam tradidit fratribus ſuis. vt patet in regula ſua. Unde cum quidam fratres ſui verſus partes ſyrie tranſfretaſſent: quidam ſaracenus pietate cōmotus pecuniā eis obtulit ꝓ neceſſario victu. quibus recuſantib⁹ miniſtrauit neceſſaria ſingula ⁊c. Decimoſexto in operatione. Nam xp̄s mittens diſcipulos ſuos in mundū dedit eis virtutē operandi miracula. vt dicič. Mat.x. Qui etiam confirmabat legem ſuaȝ multis miraculis. Un̄ dicič Marc.i. Stupebant ſuper doctrina ei⁹ Erat em̄ docēs quaſi poteſtatē habēs. btūs Franciſcus regulam ſuā confirmauit multis miraculis. vt pȝ in legenda. pȝ etiam ex viſione diuina de micis quib⁹ paſcebat fratres ſuos. Septimodecimo in informatiōe. Nā xp̄us informauit diſcipulos ſuos fugienduȝ ocium ⁊ verba ocioſa. De omī em̄ verbo ocioſo qō locuti fuerint homīes reddent rōnem in die iudicij ⁊c. Mat.xij. Btūs Franciſcus ocium docuit eſſe fugiendū. ⁊ rebellē carneȝ ⁊ pigram diſciplinis cōtinuis ⁊ fructuoſis laboribus domandā. crebris cedendam flagellis. ⁊ vili pabulo ſuſtentādaȝ. Unde dixit volo fratres meos laborare ⁊ exercitari ne ocio dediti per illicita corde aut lingua vagentur. Et ſicut xp̄s non habuit lectū in quo dormiret: ſed aut ſup terrā aut aſſerem dormiebat ſicut in naui dormiuit qn̄ mare fuit tempeſtuoſum. Mat.viij. Sic btūs Franciſcus ſuper nudam humū laſſato corpuſculo ſedens dormiebat. ligno vel lapide ad caput poſito. Decimooctauo in correptione. Nam ſicut xp̄s corripuit diſcipulos ſuos inter quos orta fuit cōtentio quis eoꝝ videreť eſſe maior dicens eis. Qui preceſſor eſt in vobis erit ſicut miniſtrator. Luce.xxij. ⁊ Mat.xx. Sic beatus Franciſcus hac de cauſa voluit vocari fratres ſuos fratres minores ⁊ prelatos ſui ordinis dici miniſtros vt verbo euāgelij vtereť qō obſeruare ꝓmiſerat. Cūq̧ dn̄s Hoſtienſis q̄ poſtea fuit Gregorius nonus exq̄rere t ab eo an ſibi placeret q̧ fratres ſui ordinis ꝓmouerenť ad eccl'iaſticas dignitates. Rn̄dit. dn̄e minores ideo dicti ſunt ne p̄ſumant fieri maiores. Decimonono in trāſfiguratione. Nā ſicut xp̄s vt cōfortaret diſcipulos ſuos in lege quam eis tradiderat oñdit gl'iam ſuā in tranſfiguratione corporis ſui corā eis. Mat.xvij. Sic btūs Franciſc⁹ vt aīaret fratres ſuos ad obſeruantiā regule. rapt⁹ ſupra ſe in quodā ſecretiſſimo loco aſſumpď tribus ſocijs fratribus ſuis. ⁊ in quoddā mi

randuꝫ lumen totus abſorptus: que circa ſe
⁊ filios ſuos futura erãt clare cõſpexit. Poſt
hoc reuerſus ad fratres ait. Cõfortamini in
dño neqꝫ q: pauci eſtis cõtriſtemini quia in
magnã multitudinẽ faciet vos creſcere deus
ſueqꝫ benedictiõis gr̃a multipliciter dilata-
bit. Uigeſimo in deportatione. Nam ſicut
xp̃s magno honore ⁊ laudibus venit hierl'm
vbi receptus eſt cum gaudio. Mat. xxi. Sic
btũs Franciſcus de loco nocerie Aſſiſiũ per
ſolẽnes nũcios ad hoc aſſiſinatis populi de-
uotione tranſmiſſos reductus eſt. Uigeſi-
moprimo in honoratione. Nam ſicut turba
ſtrauit ramos arboꝝ ⁊ veſtimenta ſua in via
vt honorẽ dño exhiberet. Joh. xij. Sic quidã
vir de aſſiſio eruditus a dño cũ ꝑ ciuitatẽ ob
uiabat Franciſco deponebat palliũ ſternebat
ipſius pedibus veſtimentũ dicens eũ dignũ
tali honore qui in ꝓximo ab oĩbꝰ foret ma
gnifice honorãdus. Uigeſimoſecũdo in cõ
mendatione. Nam ſicut xp̃us in cena cõmẽ
dauit gregẽ ſuũ patri. vt dicit. Joh. xvij. Sic
btũs Franciſcus anxio ſpũ precatus eſt dñz
ꝓ filijs. cui rñſum eſt a dño. Ego vocaui ſer
uabo ⁊ paſcam. ⁊ alijs excidentibꝰ alios ſub
rogabo. ita vt ſi nati non fuerint faciaꝫ illos
naſci. Et ꝙtiſcũqꝫ fuerit impulſibus pauper
cula hec religio cõcuſſa ſalua ſemꝑ meo mu
nere permanebit. Uigeſimotertio in cõfor
tatione. Nam ſicut xp̃s in orto orabat patrẽ.
⁊ apparuit ei angelus mira claritate confor-
tans eum. Luce. xxij. Sic btũs Franciſcꝰ in
quodã nemore clamoroſis gemitibꝰ diuinaꝫ
ꝓ peccatoribꝰ interpellans clementiã. deplo
rans etiã quaſi corã poſitã dñicam paſſio
nẽ viſus eſt nocte orãs manibus ad moduꝫ
crucis ꝓtenſis toto corpore ſubleuatus a ter
ra ⁊ nubecula quadã fulgente circũdatus. vbi
incerta ſibi ⁊ occulta diuine ſapiẽtie reuelata
ſunt quaſi preſagia quedã future exaltatiõis
Uigeſimoquarto in exprobratione. Nam
ſicut xp̃us in ciuitate hierl'm in domo Anne
⁊ Cayphe multipliciter fuit deriſus. Math.
xxvi. Sic beatus Franciſcus in ꝑncipio ſue
cõuerſionis exiẽs de fouea in qua aliquãdiu
latuerat ⁊ abiecto pauore verſus ciuitatem
Aſſiſij viam aggreſſus eſt. Quem cuꝫ ciues
cernerent faciẽ ſqualidum ⁊ mente mutatuꝫ
ac per hoc alienatum putarent a ſenſu luto
platearum ⁊ lapidibus impetebant ⁊ tanꝗ̃
inſano ⁊ dementi clamoroſis vocibꝰ inſulta
bant. ſed vir dei tanꝗ̃ ſurdus ꝑtranſibat. pa-
ter autẽ eius ꝑ tractũ domi primo verbis dein
de verberibꝰ afflixit. Uigeſimoquinto in fla-
gellatione. Nam ſicut xp̃s fuit grauiſſime fla
gellatus in pretorio pilati. Joh. xviij. Sic be
atus Franciſcus exiſtens in domo cuiuſdaꝫ
cardinalis fuit atrociter a demonibus verbe
ratus. Uigeſimoſexto in deductione. Nam
ſicut xp̃s fune ligato ad collũ baiulans ſibi
crucẽ deductus eſt ad locũ ſupplicij vbi tamẽ
ſalutifera verba aſtãtibus dixit. Joh. xix. Sic
btũs Franciſcus ſpũs dei inflãmatus in pla
tea ciuitatis Aſſiſij populo ſolẽniter cõuoca
to cũ multis fratribus quos ſecũ adduxerat.
maiorẽ introiuit eccl'iam. funeqꝫ ad collũ li-
ligato. nuduꝫ cũ femoralibus ſolis in oculis
oĩm ſe trahi precepit vſqꝫ ad lapidem in quo
malefactores plectendi ducebant. Sup quẽ
conſcendẽs licet quartanarius eſſet ⁊ debilis
acerbi frigoris tẽpore. cum multo vigore ani
mi predicauit. Uigeſimoſeptimo in crucifi
xione. Nam ſicut xp̃s in monte caluarie cru-
cifixus fuit impreſſis in corpus eiꝰ quinqꝫ vul
neribꝰ. Joh. xix. Sic btũs Franciſcus in mõ
te aluerne ex viſione crucifixi ſeraphici quinqꝫ
vulnera in corpus ſuum excepit. Uigeſimo
octauo in nudatione. Nam ſicut xp̃s nudus
in cruce remanſit vſqꝫ ad mortem. Joh. xix.
Sic btũs Franciſcus morti appropinquãs
ad ſanctã Mariaꝫ de portiũcula portari ſe fe
cit. vbi ſuper nudam humũ in moduꝫ crucis
ſe totum nuduꝫ in ſpũs feruore ꝓſtrauit. fa-
cieqꝫ leuata ad celum. pſ. illũ. Uoce mea ad
dñm clamaui ⁊c. vſqꝫ. Me expectãt iuſti do
nec retribuas mihi: orando dixit. ſicqꝫ expi-
rauit. Uigeſimonono in penetratione. Naꝫ
ſicut xp̃s ianuis clauſis ad diſcipulos intra-
uit. eoſqꝫ ſalutauit. ⁊ bñdixit. Joh. xx. Sic be
atus Franciſcus in arelatẽſi capitulo cui in
terfuit ſanctus Anthoniꝰ de padua mira dei
v̓tute viſibilis apparuit in aere ſubleuatus
extenſis velut in cruce manibꝰ bñdicens fra
tres. Nouuꝫ miraculi genus ⁊c. Trigeſimo
in apparitione. Naꝫ ſicut xp̃s deſcẽdit in ho
ſpitiuꝫ emaus in forma peregrini vbi ad mẽ
ſam cũ duobꝰ diſcipulis ſedit. Luc. xxiiij. Sic
btũs Frãciſcus in die paſce cũ morã faceret
in heremitorio quodaꝫ valde ſecreto memor
illius qui diſcipulis eũtibꝰ in emaus ip̃o die
in ſpecie peregrini apparuit a ſuis fratribꝰ vt
peregrinus ⁊ pauper elemoſynã petijt. Quã
cũ accepiſſꝫ humiliter ſacris eos informauit
eloquijs ꝙ tranſeuntes per mundi deſertuꝫ
tanꝗ̃ peregrini ⁊ aduene veriqꝫ hebrei paſca
dñi. i. tranſitũ ex hoc mundo ad p̃rem in pau

pertate ſpūs ꝯtinue celebraret. Propter qđ mira conſolatione ſpūs repleti ſunt fratres.

Decimo in chriſto ieſu valet noua creatura. ſ. btūs Franciſcus ratione ſublimationis. Eius em̄ gloria fuit preoſtenſa quadrupliciter. Primo in ſede ſublimi vidit em̄ quidam frater ſocius beati Franciſci ſedem vnam in celo ceteris digniorez precioſis ornatam lapidibus. ⁊ omni gloria refulgētem cui dictuz eſt. Sedes iſta humili ſeruaꝛ Franciſco. Secundo in ſtella vidit em̄ quidam ſocius eius animā illam ſanctiſſimam ſub ſtelle prefulgide ⁊ candida ſubuectaz nubecula. ſup aquas multas in celum recto tramite ſurſum ferri. Tertio in luna plena. Vidit em̄ quidam ſocius eius animā illam ſanctiſſimam inſtar lune plene valde lucide in celum attolli. diuerſis circūdatam fulgoribus. Quarto in ſole refulgente. Vidit em̄ qdaz ſocius animā illam ſanctiſſimā in ſpecie ſolis quē duodecim lucidiſſimi radij circundabant. Ideo dicit. Eccl. l. Quaſi ſtella matutina in medio nebule: ⁊ quaſi luna plena in diebus ſuis lucet. ⁊ quaſi ſol refulgēs. ſic iſte effulſit in templo dei. Et Job. xxxi. Vidi ſolē cum fulgeret ⁊ lunam incedentē clare: ⁊ letatus ſuz in abſcōdito. Ecce quomodo in xp̄o ieſu valet noua creatura. ſ. btūs Franciſcus. hic per gratiā. tandē ꝑ gloriam. Amen.

In feſto ſctī Luce euāgeliſte. Sermo. lvi.

Dignus eſt operarius mercede. Luce. x. ⁊ in euangelio p̄ſentis ſolēnitatis. btūs Paul⁹ aplūs. i. Cor. iij. dicit ſic. Unuſquiſqꝫ ꝓpriā mercedē accipiet ſm ꝓpriū laborem. Sup quo talē moueo qōnē. vtrū btūs lucas ſm ſuā virtuoſaz operationē meruerit vite eter glificationē. ad iſtā qōnē rn̄dent duo doctoctores noui teſti. Prim⁹ eſt Matheus. xx. dicēs. Voca operarios ⁊ redde illis mercedez ſuam. Secūdus eſt Paulus. Ro. iiij. dicēs Et q operaꝛ merces nō imputaꝛ ſm grām ſ ſm debitum. Sciendū ꝙ circa meritū vite eterne. ponit ſctūs Tho. pma ſecūde. q. cxv. cōcluſiones qttuor valde neceſſarias. Prima cōcluſio eſt. Homo inquātū per ꝓpriam voluntatē cooperaꝛ grē dei ſibi infuſe mereꝛ a deo mercedē ſui laboris ⁊ operis. Patet. qꝛ meritū ⁊ merces ad idē referunꝛ. Id em̄ merces dicit qđ alicui recōpenſaꝛ ꝓ retributiōe operis vel laboris quaſi quoddā preciū ipſi⁹ Unde ſicut reddere iuſtū precium ꝓ re accepta ab aliquo eſt opus iuſticie. ita etiā recōpenſare mercedē opis vel laboris eſt act⁹ iuſticie. Juſticia aūt eſt equalitas quedā. vt dꝛ v. ethi. Ideo ſimpliciter eſt iuſticia inter eos quoꝝ eſt ſimpliciter equalitas eoꝝ vero quorū nō eſt ſimpliciter equalitas nō eſt ſimpliciter iuſticia: ſed quidaz modus iuſticie. ſicut eſt quoddam ius paternū vel dn̄atiuū vt ibidem dicit. Et ideo in his in qbus eſt ſimpliciter iuſtū ē etiā ſimplr rō meriti ⁊ mercedis In qb⁹ āt ē ſm qd iuſtū: ē rō meriti ſz qd. inqntū ibi ſaluaꝛ rō iuſticie. Sic ei fili⁹ mereꝛ aliqd a patre ⁊ ſeru⁹ a dn̄o. Manifeſtum eſt aūt ꝙ inter deum ⁊ hoīem eſt maxima ineqlitas. In infinitū em̄ diſtant ⁊ totuz bonum hoīs eſt a deo. Unde nō ē iuſticia ſm omodam equalitatē ſ ſm ꝓportionē quādaz. inquātū. ſ. vterqꝫ operaꝛ ſm modū ſuuz. Modus aūt ⁊ mēſura humane virtutis eſt a deo Et ideo meritū hoīs apud deū eſſe non pōt niſi preſuppoſita diuina ordinatiōe. ſ. vt hō id cōſequaꝛ a deo per ſuam operationē quaſi mercedē ad qđ deus ei virtutē operādi dedit per liberum arbitrium ſic res naturales hoc conſequūtur per proprios motus ⁊ operationes ad qđ a deo ſunt ordinate. Unde Jeremie. xxi. dicit. Et merces operi tuo. ſcilicet ſi dei ordinationez impleueris. Secūda cōcluſio eſt. Nemo ſine gratia dei poteſt mereri vitam eternam. Patet. quia homo poteſt conſiderari ſm duplicem ſtatum. ſcilicet ſm ſtatum nature integre qualis fuit in Adam ante peccatū. ⁊ ſic nō poteſt mereri abſqꝫ grā vitā eternā. ſ. ꝑ pura naturalia. rō eſt: qꝛ meritum hoīs dependet ex preordinatione diuina. Actus autem cuiuſcunqꝫ rei non ordinatur diuinitus ad aliquid excedens proportionem virtutis que eſt principium actus Hoc enim eſt ex inſtitutione diuine ꝓuidencie vt nihil agat vltra ſuam virtutem. Vita autem eterna eſt quoddam bonum excedens proportionem nature create qꝛ etiaz excedit cognitionē ⁊ deſideriuz ei⁹. ſm illud i. Cor. ij. Nec oculus vidit nec auris audiuit nec in cor hominis aſcendit. Ideo nulla creatura eſt ſufficiens principium actus meritorij vite eterne niſi addatur aliquid ſupernaturale diuinum quod cōmuniter gratia dicitur.

Secundo poteſt conſiderari homo ſm ſtatum nature corrupte. ſicut eſt in nobis ante reparationem gratie. ⁊ ſic dico ꝙ nemo ſine

gratia poteſt mereri vitam eternā ꝓpter im/pedimentum peccati. Cum em̄ peccatū ſit q̄/dam dei offenſa excludens a vita eterna. nul/lus in ſtatu peccati exiſtens vitā eternā pōt mereri: niſi priꝰ deo recōcilietur dimiſſo pec/cato. quod fit per gratiam. Ro. vi Gratia dei vita eterna. Ex quo infringunt octo errores qui notantur in clementinis de hereticis. c. ad noſtrā. Primus eſt ꝙ homo in vita pre/ſenti tantū ⁊ talem ꝑfectionis gradū poteſt acquirere ꝙ reddetur penitus impeccabilis. ⁊ amplius in gratia ꝓficere nō valebit. Naꝫ vt dicunt. Si q̄s in gratia ſemper poſſet ꝓfi/cere. tunc poſſet aliquis perfectior xp̄o inue/niri. Secūdus eſt ꝙ nō oportet hoīem ieiu/nare aut orare poſt ꝙ gradū perfectionis hu/ius fuerit aſſequutus. quia tunc ſenſualitas eſt tam ꝑfecte ſpiritui ⁊ rōni ſubiecta. ꝙ ho/mo poteſt libere corpori ſuo cōcedere quicq̄d ei placet ⁊ libet. Tertius eſt ꝙ illi q̄ ſunt in predicto gradu ꝑfectionis ⁊ ſpiritu libertatꝫ non ſunt ſubiecti alicui obedientie humane. nec tenentur ad aliqua p̄cepta eccleſie. quia vt aſſerunt vbi ſpūs dn̄i ibi libertas. Quar/tus eſt ꝙ homo in vita preſenti tantam bea/titudinem poſſet aſſequi ſm oēm gradū ꝑfe/ctionis ſicut eam obtinebit in vita beata.

Quintus eſt ꝙ q̄libꝫ intellectualis natura in ſe eſt ita beata ꝙ non indiget lumine glo/rie ip̄am eleuante ad deū videndum ⁊ eo be/ate fruendum. Sextus eſt ꝙ exercere ſe in actibus virtutū eſt actus hominis imperfecti. ⁊ ꝙ perfecta vita licentiat a ſe virtutes ⁊c̄.

Septimus eſt ꝙ mulieris oſculum cuꝫ ad hoc nō inclinet natura eſt mortale peccatuꝫ. Actus autē carnalis cū ad hoc natura incli/net nullum pctm̄ eſt. ⁊ maxime cū taleꝫ actū exercens de hoc temptatur. Octauus eſt ꝙ in eleuatiōe corporis dn̄i noſtri Jeſu xp̄i nō debet talis aſſurgere. nec ei reuerentiaꝫ exhi/bere aſſerentes ꝙ eſſet quid imꝑfectionis ſi quis a puritate ⁊ altitudine ſue cōtemplatio/nis tm̄ deſcenderet. ꝙ circa myſteriuꝫ ſeu ſa/cramentum eucharistie: aut circa paſſionem humanitatis xp̄i aliqua cogitaret hec ibi.

Tertia concluſio eſt. homo in grā conſtitu/tus pōt mereri vitam eternaꝫ de condigno. Opus em̄ meritoriū hoīs cōſideratur du/pliciter. Uno mō ſm ꝙ ꝓcedit ex libero ar/bitrio ⁊ ſm ſubſtantiaꝫ opis. ⁊ ſic nō pōt ibi eſſe cōdignitas ꝓpter maximā inequalitatē. ſed eſt ibi congruitas ꝓpter quandā equali/tatem ꝓportionis. Videt em̄ cōgruū vt hoi operanti ſm ſuā virtuteꝫ. deus recōpenſet ſm excellentiā ſue virtutis. Alio mō ſm ꝙ ꝓce/dit ex grā ſpūſſancti ⁊ ſic eſt meritorium vite eterne de cōdigno. Sic em̄ valor meriti attē/ditur ſm virtutē ſpūſſancti mouentis nos in vitā eternā. ſm illō Joh. iiij. Fiet in eo fons aque ſalientis in vitā eternā. Attendit etiā p̄cium opis ſm cōdignitatē grē ꝑ quam ho/mo cōſors factus diuine nature adoptatur ī filiū dei cui debet hereditas ex ipſo iure ad/optionis. ſm illud Ro. viij. Si filij ⁊ heredeſ Eſt em̄ ſpūſſanctus pignꝰ hereditatis nr̄e. ij Cor. i. Quarta concluſio. grā in nobis eſt p̄ncipium meriti ⁊ mercedis principalius ꝑ charitatē ꝙ per alias virtutes. Actus em̄ hu/manus habet rōnem merēdi ex duobꝰ. Pri/mo quidē ⁊ p̄ncipaliter ex diuina ordinatōe. ſm ꝙ actꝰ dicit eſſe meritorius illius bōi ad qđ hō diuinitus ordinatur. vt dicit p̄ma con/cluſio. Secūdo vero ex parte liberi arbitrij. ſcꝫ in quātuꝫ hō habꝫ p̄ ceteris creaturis vt ꝑ ſe agat volūtarie agens. Et q̄tum ad vtrūq; p̄ncipalitas meriti penes charitatē ꝯſiſtit ꝓ/pter duo. Primo qꝛ vita eterna in dei frui/tione conſiſtit. Joh. xvij Hec eſt vita eterna vt cognoſcant ⁊c̄. Motus aūt humane men/tis ad fruitioneꝫ diuini boni eſt ꝓprius actꝰ charitatis. ꝑ quā oīs actꝰ aliarū virtutū or/dinantur in hūc finē. ſm ꝙ alie virtutes im/perantur a charitate. ideo meritū vite eterne p̄mo ꝑtinet ad charitatē ad alias autē virtu/tes ſcđario ſm ꝙ earū actꝰ a charitate īꝑant Joh. xiiij. Si q̄s diligit me diliget a pr̄e meo ⁊ ego diligā euꝫ ⁊ manifeſtabo ei meipſum.

Scđo qꝛ illđ qđ ex amore facimꝰ maxīe vo/luntarie facimꝰ. Uñ etiā ſm ꝙ ad rōneꝫ me/riti req̄ritur ꝙ ſit voluntariū p̄ncipaliter me/ritū charitati attribuit. Fidei em̄ actꝰ non eſt meritoriꝰ niſi fides ꝑ dilectionē opet. vt dicit Gal. v. Silr actꝰ patiētie ⁊ fortitudis nō eſt meritoriꝰ niſi q̄s ex charitate hec operetur. ſm illud. i. Cor. xiij. Si tradidero corpꝰ meū ita vt ardeā charitatē aūt nō hūero. nihil mihi ꝓ/deſt. hec Tho. Btūs Lucas maxīa floruit charitate quadrupl'r. Primo q̄a fuit plenꝰ ſpūſcō. vt dicit Hiero. in ꝓlogo ſup Lucam. Qui ſeminat in eo charitatē. ſm illud Ro. v. Charitas dei diffuſa eſt in cordibꝰ nr̄is ꝑ ſpi/ritū ſcm̄ q̄ datꝰ eſt nobis. Scđo qꝛ ardēti de/ſiderio ſociabat xp̄o pegrino. ſm Greg. Un Luce. xxiiij. dicit. Nonne cor noſtrū ardens erat in nobis dum loqueret nobis in via et aperiret nobis ſcripturas. Tertio quia obſe

quium charitatis in xp̄o in via exhibuit. ſm Greg. cum dixit. Mane nobiſcum dñe q̄m adueſperaſcit ⁊c. Luce. xxiiij. Quarto quia gaudiū ceteris diſcipulis pre triſticia ⁊ timore in cenaculo clauſis retulit. ſm Grego. Et ſurgentes eadem hora regreſſi ſunt hieruſalem ⁊c. vſq3 ibi regreſſi ſunt hierl̄m ⁊c. ⁊ vſq3 in fractione panis. Cum em̄ ſacramentū dominici corporis ⁊ ſanguinis ſit myſteriū maxime charitatis quo xp̄s coīcauit poſt reſurrectionem ſuā Lucam ⁊ Cleopham. ſignum eſt ꝙ hij duo diſcipuli ardebant ſumma charitate. ꝑ quos charitas dei ⁊ ꝓximi deſignatur. Un̄ meruerūt videre xp̄m iam in carne glorificatū. Jō dr̄. Dign⁹ eſt opari⁹ mercede.

Dignus eſt operarius mercede.

- Supernorum.
- Angelorum.
- Prophetarum.
- Apoſtolorum.
- Occiſorum.
- Doctorum.
- Immaculatorum.

Primo dignus eſt operarius. ſ. beatus Lucas. mercede Supernorū. Sciendum ꝙ potiſſimū in lege noui teſtamenti eſt gr̄a ſpūſſancti. q̄ datur per fidē xp̄i Et ideo ꝓcipaliter lex noua eſt ipſa gratia ſpūſſancti que datur xp̄i fidelibus. Ro. iij. Ubi eſt gloriatio tua? excluſa eſt ꝑ quā legē. Factorū? nō. ſed per legem fidei. Ipſam eni3 fidei gratiam legem appellat. Et expreſſius Ro. viij. dicitur. Lex ſpūs vite in xp̄o Jeſu liberauit me a lege peccati ⁊ mortis. Un̄ auguſtin⁹ dicit in libro de ſpū ⁊ littera. ꝙ ſicut lex factoꝝ fuit in tabulis lapideis. Ita lex fidei ſcripta eſt in cordibus fidelium. Et ibidē dicit. Sunt leges dei ab ipſo deo ſcripte ī cordibus ipſa p̄ntia ſpūſſancti. Habet tamē lex noua quedam q̄ ſunt diſpoſitiua ad gratiam ſpūſſancti ⁊ ad vſum huius gratie pertinētia que ſunt quaſi ſecūdaria in lege noua. de quibus inſtitui oportuit fideles xp̄i tā circa credenda ꝙ circa agēda. Ro. i. Non em̄ erubeſco euangelium. Uirtus em̄ dei eſt in ſalute3 omni credēti. ꝓpterea neceſſariū fuit vt chriſtus eligeret quoſdam q̄ euangelium cōſcriberent: ꝗ̄tum ad ea q̄ pertinent ad gr̄am ſpirituſſancti. vel ſicut diſpoſitiua ꝗ̄tum quidē ad intellectū per fidē per quam dat̄ gr̄a ſpirituſſancti: ſicut pertinentia ad diuinitatem et humanitatem xp̄i. ꝗ̄tum vero ad voluntatē: ſicut pertinentia ad contemptum mundi. per quem hō fit capax gratie ſpirituſſancti. qua3 mundus. id eſt mundi amatores capere nō poteſt. Johan. xiiij. Uel ſicut ordinantia huius gratie vſum qui eſt in operibus virtutu3 ad que multipliciter ſcriptura noui teſtamēti exhortatur. Inter ceteros aute3 ad hoc miniſterium electos. ſ. beatus Lucas aſſumptus eſt qui fuit vnus de ſeptuaginta duobus diſcipulis quos chriſtus immediate genuit in eſſe fidei. vt Greg. dicit. Et eccleſia approbat dum hodie legit euangelium. Luce. x. ca. Deſignauit domin⁹ ⁊ alios ſeptuagītaduos diſcipulos. ⁊ miſit illos binos ante faciē ſua3 in omnem ciuitatem ⁊ lo. quo. et ip. ven. Cōuenienter autem ad chriſti euangelium conſcribendū aſſumptus eſt. q2 Lucas interpretatur conſurgens vel eleuans vel lux. Ipſe enim conſurrexit ab amore mundi omnia tēporalia relinquendo: eleuauit ſe in amorē dei cum a chriſto fuit electus. vt de eo dicatur illud Ecc̄. xv. c. Elegit eum ex omni carne ⁊ dedit illi cor ad precepta ⁊ legem vite ⁊ diſcipline docere Jacob teſtamentum. ⁊ iudicia ſua iſrael. ꝓpter quod fuit lux mundi eo ꝙ mundum illuminauerit vniuerſu3. Mathei. v. c. Uos eſtis lux mundi. Lux aute3 mundi eſt ſol qui habet in ſitu ſublimitatem. Ecc̄. xxvi. Sol oriens in mūdo in altiſſimis dei. In aſpectu delectabilitatem. Eccleſiaſtes. xi. Dulce lumen ⁊ delectabile eſt oculis videre ſolē. In motu velocitatem. ij. Eſdre. iiij. ca. Magna eſt terra ⁊ excelſum eſt celū. ⁊ velox curſus ſolis. In effectu vtilitatem. quia ſm philoſophum. homo generat hominē ⁊ ſol. Sic beatus Lucas habuit ſublimitate3 per celeſtium contemplationem. Luce. xi. Beati oculi qui vident que vos videtis ⁊c. Delectabilitatem per dulcem conuerſationem. Juxta illud. Noſtra conuerſatio in celis eſt. Uelocitatem per feruentem predicationem qui per totam Syriam verbu3 dei predicauit. vbi ꝙ plurimos populos ad fidē xp̄i cōuertit. Utilitatem per euangelij cōſcriptionē. quod quidem eſt autenticum quatuor modis. Primo patris eterni precordinatione. Jere. xxxi. Ecce dies veniunt dicit dn̄s. ⁊ feriā domui iſrael ⁊ domui Juda fedus nouū. nō ſm pactum quod pepigi cum patribus eorum ⁊c. Sed hoc erit pactum quod feriam cū domo iſrael. Poſt dies illos dicit domin⁹. dabo legem meam in viſceribus eorum. vbi loquitur de doctrina euangelica. Secundo filij ſuper

ni corroboratione. Luce.xxi. Celum ⁊ terra
tranſibunt. verba autem mea non tranſibūt.
quoniam vſqꝫ in finem ſeculi ſunt duratura.
Math. xxiiij. Predicabitur euangelium hoc
regni in vniuerſo orbe. ⁊ tunc veniet conſum
matio. Nam predicatio euangelij xp̄i poteſt
intelligi duobus modis. Uno modo quātuꝫ
ad diuulgationeꝫ noticie xp̄i. ⁊ ſic predicatū
fuit euangelium in vniuerſo orbe etiam tēpo
re apoſtolorum. vt Criſoſtomus dicit. et ſm
hoc quod additur ⁊ tunc erit conſummatio.
intelligitur de deſtructione Hieruſalem. de
qua tunc ad litteraꝫ loquebatur. Alio modo
poteſt intelligi predicatio euangelij in vniuer
ſo orbe cum pleno affectu ita ſcꝫ ꝙ in quali-
bet gente fundetur eccleſia. quod quideꝫ erit
poſt perſecutionem antixp̄i. Sicut Auguſti-
nus dicit in epiſtola ad Eſichium. Nondum
eſt predicatum euangelium in vniuerſo orbe
ſed hoc facto veniet conſummatio mundi.

Tertio ſpiritusſancti inſpiratione. Unde
Hierony. in prologo ſuper Lucam dicit. Sā
cto inſtigāte ſpiritu in achaia hoc ſcripſit eu
angelium. Quarto eccleſie xp̄i approbatio-
ne qui iuſſit illud legi ꝑ omnes eccleſias. Er
ergo beatus Lucas fuit operari⁹ xp̄i miſſus
ab eo in meſſem ſuā. Ideo dignus eſt remu
nerari mercede supernoꝝ. ſ. beatifica viſione
patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti. ⁊ gaudijs oīum
beatorum.

Secundo dignus eſt ope-

rarius. ſ. beatus Lucas mercede Angelorū.
Unde Apoc. xiiij. dicitur. Uidi alterū ange-
lum volantem ꝑ mediū celum habentē euan
gelium eternū vt euangelizaret ſedentib⁹ ſup
terram ⁊ ſuper omnē gentem ⁊ tribum ⁊ lin
guaꝫ ⁊ pplm dicēs voce magna. Timete deū
⁊ date illi honorem qꝛ venit hora iudicij ei⁹.
Et adorate eū qui fecit celuꝫ ⁊ terrā: mare ⁊
oīa que in eis ſunt. ⁊ fontes aquarū. hec ibi.

Iſte eīm angelus fuit beatus Lucas. quia ſi
cut in angelo tanꝙ in ſpeculo relucent archa
na diuine ſapientie. Sic in beato Luca relu
cent ſacramēta fidei catholice. Uere eīm dici
tur angelus ꝓpter quattuor. Primo ratōe
reuelationis. Nam vt dicit Dyo iiij. ca. Cele.
hierar. diuina debent ferri ad homīes mediā
tibus angelis. Unde lex vetus data fuit per
angelos in manu mediatoris. Gal. iij. Et ſte
phanus dicit Act. vij. Accepiſtis legem in
manu mediatoris. Licet eīm ſoli⁹ ꝑncipis ſit
ſua auctoritate legeꝫ inſtituere. tñ q̄nqꝫ legē
inſtitutā ꝑ alios ꝓmulgat. Et ita de⁹ ſua au-
ctoritate legē inſtituit. ſed ꝑ angelos promul
gauit. ita etiā vt ordine quodaꝫ doctrina xp̄i
ad omēs ꝑueniret: ipſe diſcipulos ſuos īme-
diate docuit. qui poſtmodū alios v̄bo ⁊ ſcri-
pto docuerunt. Prouer. ix. Miſit ancillas ſu
as ꝓuocare ad arcē. Ideo beat⁹ Lucas ꝗ le-
gem xp̄i nobis v̄bo ⁊ ſcripto tradidit. eſt ve
lut angelus medi⁹ inter deum ⁊ nos. ſm illud
Malach. ij. Legē xp̄i. ſ. requirūt ex ore ei⁹ qꝛ
angelus dn̄i exercituū eſt. Scd̄o rōe annū-
ciationis. Nā vt dicit Dyo. iiij. ca. cele. hierar.
Diuinū ieſu benignitatis myſteriū. angeli ꝑ
muꝫ edocti ſūt. poſtea ꝑ ipſos ad nos cogni
tionis grā tranſiuit. Sic ergo diuiniſſimus
Gabriel Zachariā quidē docebat ꝓphaꝫ eē
futurū ex ipſo. Mariā aūt quō in ipſa fieret
thearchicū ineffabilis dei formatiōis myſte
rium. Sicut aūt ſolus angelus virgini hec ſa-
cramēta annūciauit. ſic ſolus Lucas hec my
ſteria nobis reuelauit. Uñ Hiero. in ꝓlogo
ſup Lucā dicit ſic De hinc in ꝑncipio euan-
gelij ſui Iohis natiuitate ꝑſumpta cui euan
geliū ſcriberet. ⁊ in quo electus indicaret. cō-
teſtans in ſe cōpleta eſſe ꝗ eſſent ab alijs in-
choata ⁊c̄. Tertio rōne cognitiōis. Nā cor-
pus xp̄i eſt panis angeloꝝ. ꝑs. Panē ange-
lorum māducauit hō. quoꝝ beatitudo eſt in
plena deguſtatiōe ipſius ꝑ beatificā cogniti-
onem. Sic beat⁹ Lucas velut angelus degu
ſtauit ꝑmo hūc panē in quo plene cognouit
ſacramentū dn̄ice reſurrectionis. Luc. xxiiij.
Cognouerūt dn̄m in fractiōe panis. Quar
to rōne inuitatiōis. Uñ Apoc. xix. dicit. Ui
di vnū angelum ſtantē in ſole ⁊ clamauit vo
ce magna oībus auibus ꝗ volant ꝑ medium
celū. dicens. Uenite ⁊ cōgregamini ad cenā
dei magnā ⁊c̄. Iſte angelus eſt btūs Lucas
ꝗ ſtat in ſole i. in plena ⁊ ꝑfecta cognitiōe ſa
cramēti euchariſtie ſup omēs euāgeliſtas. qꝛ
ſacramētum euchariſtie in quo fuit ſumma
benignitas demonſtrata. diligentiſſime ī ſuo
euāgelio patefecit. ideo dignus fuit paſci tali
pane velut mercede angelorum.

Tertio dignus eſt opera-

rius mercede Prophetarum. Sciendū ꝙ ꝓ-
phete aſſtant btm̄ Lucā quattuor. Primo
euangeliſte. Uñ Eſa. xli. dr̄. Prim⁹ ad ſyō di
cet. Ecce aſſum. ⁊ hierlm euāgeliſtam dabo.
Recte btūs Lucas fuit euangeliſta ꝗ opus
euāgeliſte ꝯpleuit ij Thimo. iiij. Tu vero vi-
gila in oībus labora. Opus fac euangeliſte.

Quod quidē eſt euangelium p̄dicare. Eſa. xl. c.
Super montē excelſum aſcende tu q̄ euange
lizas ſyon. Exalta in fortitudine vocē tuā q̄
euangelizas hier̄lm. Exalta noli timere. Dic
ciuitatibꝫ iude. Ecce deus veſter ꝛc̄. Opꝰ eu
angeliſte eſt euangeliū ſcribere. Opus euan
geliſte eſt ſm̄ euangeliū viuere. Beatus Lu
cas euangeliū p̄dicauit in Syria, in Anthio
chia in Alexandria. Unde fuit ep̄s alexādri
nus euangeliū ſcripſit. Scd̄m euangelia vixit
imitatꝰ xp̄m. q̄ cepit facere ꝛ poſtea docere.
Act. i. Secūdo aſſimilatur boui. Ezechie. i.
Facies bouis a ſiniſtris ipſorū quattuor. Et
Apoca. iiij. Secūdum aīal ſimile vitulo. In
ter cetera ſancta aīalia btūs Lucas p̄ bouē
ſiue vitulū deſignat. Bos enī q̄tum ad q̄ttu
or cōmendatur. Primo q̄tum ad ſacrificiū
quia deo in ſacrificiū in tēplo imolabat. Sic
btūs Lucas. dr̄ bos rōne ſacrificij qꝛ circa tē
plum ſemp̄ immoratus fuit. ꝛ in p̄ncipio ſui eu
angelij. agendo de Zacharie imolatiōe. p̄cur
ſoris in tēplo annūciatione ꝛ Marie in tem
plo purificatione. In medio agendo de xp̄o
duodēne in tēplo remanēte. ꝛ poſtmoduꝫ in
templo p̄dicante. In fine p̄ diſcipulos dn̄i in
tēplo laudantes cōſūmando. Secūdo bos
cōmendat quo ad inceſſum qꝛ nō ſaltādo va
dit. ſed mature incedit. Unde Greg. ſup illō
Ezech. i. Planta pedis quaſi planta pedis vi
tuli. dicit. ſ. mature incedens. fortis ꝛ diuiſa.
Sic btūs Lucas in ſuo euāgelio inceſſit ma
ture introducēdo p̄curſoreꝫ regis. poſtea cō
ceptionē regis. De cōceptiōe p̄ceſſit ad nati
uitateꝫ de natiuitate ad infantiā. de infantia
ad pueritiā. de pueritia ad iuuenturē. deinde
ad ſuā cōſummationē. Inceſſit fortiter, quia
alij euangeliſte fortiter inceperunt ſed nō for
titer finierūt. quia Matheus ꝛ Iohes nihil
agunt de aſcenſione. Marcus nihil de iudi
ciaria p̄tāte. Lucas aūt om̄ia iſta p̄ſequitur.
Inceſſit diuiſim. qꝛ narrationeꝫ p̄curſoris et
regis nō cōmiſcuit. ſed diuiſim poſuit. Agēs
enī de annunciatione p̄curſoris accedit ad
annūciationē regis. Agens de natiuitate p̄
curſoris. accedit ad natiuitatē regis. Agens
de predicatione p̄curſoris. accedit ad predi
cationē regis. Tertio bos cōmendatur quā
tum ad manſuetudinem. qꝛ iugo p̄reſſus ſti
mulo agitatus, clamoribꝰ laceſſitus nō mur
murat. nō reclamat. Sic beatꝰ Lucas p̄ſſus
iugo p̄nie. agitatꝰ ſtimulo p̄ſecutiōis tyrāni
ce. laceſſitus clamoribꝰ iniurie nō murmura
uit. ſed patientiā ſeruauit. ſm̄ illud. Nō mur
mur reſonat nō q̄rimonia ꝛc̄. Quarto bos
cōmendatur q̄tum ad laborem ꝛ vtilitateꝫ.
Eſt enim aīal valde laborioſum ꝛ vtile.

Sic beatus Lucas fuit laborioſus ꝛ vtilis
deſcribendo viā ꝛ formā p̄ueniendi ad vitaꝫ
eternam. Eſt enī liber ſuus. ſ. euangelij. de q̄
dicit Ezech. ij. Liber erat ſcriptus intus ꝛ fo
ris. ꝛ ſcripte erant in eo lamētationes. ꝛ car
men. ꝛ ve. Hic liber euangelij bt̄i Luce ē ſcri
ptus intus p̄ p̄fundi myſterij occultationeꝫ
ꝛ foris p̄ hyſtorie aptionem. in quo cōtinet
lamentum paſſionis, carmen reſurrectionis.
ꝛ ve eterne dānationis. vt pꝫ. xi. ca. vbi m̄tra
ve ponūtur. Tertio aſſimilat medico. Unō
Coll. iiij. dicitur. Salutat vos Lucas medi
cus chariſſimus. Recte enī fuit medicus. de
quo Ezech. xlviij. dicit. Erunt fructus eius ī
cibum: ꝛ folia in medicinā, quia in euangelio
ſuo ponit vnguēta p̄cioſa ꝛ ſuauia que ſunt
exēpla peccatoꝝ cōuerſoꝝ. ſicut de Magda
lena, de Matheo publicano. de filio p̄digo.
de publicano, de Zacheo. de latrone cōuerſo.
Ideo Hiero. in p̄logo ſup actus apoſtolorū
dicit. Lucam ita diuina ſubſecuta eſt gr̄a vt
nō ſolum corporibus: ſed etiā aīabus eiꝰ p̄fi
ceret medicina. Et Ecc̄. xxv. Unguentariꝰ fa
ciet pigmenta ſuauitatis. ꝛ vnctiones faciet
ſanitatis. Quarto aſſimilatur fluuio ſm̄ il
lud Ecc̄. xxxiiij. Ego quaſi fluuius dorix. Exi
ui de p̄adiſo dei mei. Dorix interp̄tatur medi
camentū, ꝛ ſignat q̄ euangeliū bt̄i Luce eſt
ſplendidū ꝛ medicinale lumie fidei. ꝛ medici
na charitatis. Un̄ ſicut Naamā ſyrus mun
datꝰ fuit a lepra in fluuio. vt dr̄. iiij. Reg. v. c.
Sic Lucas docet in euāgelio ſuo qualit pec
cator dꝫ curari a lepra. ſ. inobediētie que fuit
Symonis, Luc̄. vij. Supbie ꝛ ingratitudīs.
ſcꝫ decem leproſorum, Luce. vij. Et ſic pꝫ ꝛc̄.

Quarto dignus eſt ope
rius. ſ. btūs Lucas mercede ap̄lorū. Unde
in ſermone qui legitur de eo in eccleſia dicit
ſic, Lucas inter angeloꝝ ꝛ apoſtolorum cho
ros atq̄ candentia virginū lilia. ꝛ īmarceſſi
biles martyrū roſarum flores coruſcat. Ip
ſe enī coruſcat inter ap̄los quatuor modis
Primo rōne euangelice narratōis. Cū enī
btūs Lucas nō fuerit in oībus actibus ꝛ mi
raculis xp̄i ſuū euangeliū ſcripſit. ſm̄ quod a
poſtoli qui p̄ſentes fuerant ſibi intimauerūt
ꝛ retulerūt. ſicut ip̄e in p̄logo ſuo inſinuat di
cens. Sicut tradiderūt nobis q̄ ab initio ipſi
viderūt ꝛ miniſtri fuerūt ſermonis, Uiſum eſt

⁊ mihi aſſequuto a principio oīa diligēter ex ordine tibi ſcribere optime Theophile. vt cognoſcas eorum verboꝝ. de quibus eruditꝰ es veritatem. Secūdo rōne apoſtolice operationis. Nam actus apoſtoloꝝ cōſcripſit vt animaret noſtram operatiuam ad meritoriā actionem oſtendendo qualiter apoſtoli fuerūt fortes ad bene operādum. ⁊ ad quodlibꝫ aduerſum ſuſtinēdum. Unde Hieroñ. in ꝓlogo ſuper Lucam dicit. Cui Luce non īmerito etiam ſcribendoꝝ apoſtoloꝝ actuū poteſtas in miniſteriū datur. ꝙ legētibus ac requirentibꝰ deum breui volui ſermone comprehēdere q̄ ꝓlixius aliquid faſtidiētibꝰ ꝓdidiſſe. Tertio rōne lucide apparitionis. Nam eiꝰ euangeliuꝫ preclare approbat btūs Paulus quādo ad cōfirmationem dictoꝝ ſuoruꝫ Luce euangeliuꝫ adducit. Unde Hieroñ. lib. de viris illuſtribus dicit. Quidam ſuſpicantur quotienſcūqꝫ Paulus in epiſtolis ſuis dicit. ſm euāgeliū meū. de luce ſignificare volumine q: ipſe dicit. ij. Coꝝ. viij. Miſimus fratrē noſtrum ſcilicet Lucam. ſm glo. cuius laus eſt in euangelio per omnes eccleſias. Etiam vt Hieroñ ſuper epl'a ad Heb. in ꝓlogo dicit. Hanc epiſtolam fert apoſtolus ad hebreos conſcriptā hebraica lingua miſiſſe cuius ſenſum ⁊ ordineꝫ retinens. Lucas euangeliſta poſt exceſſum beati Pauli apl'i greco ſermone compoſuit. Quarto rōne fidelis aſſociationis. Nam Paulo in oībus tribulationibus ſemꝑ adheſit ⁊ ab eo nunq̄ diſcedens eidem in predicationis ſubſidiū fuit. ij. Thi. iiij. Lucas eſt mecum ſolus. In hoc ꝙ dicit mecum. ſcilicet tanq̄ adiutor ⁊ defenſor. Notatur qualiter ſibi ſubſidium preſtitit. in hoc ꝙ dicit ſolus. notat q̄ conſtanter eidē adheſit. ij. Coꝝ. viij. Ordinatꝰ eſt. ſ. Lucas ab eccleſijs comes peregrinatiōis noſtre in hanc grām que miniſtrat a nobis ad dñi gl'iam ⁊ deſtinatā voluntatem noſtram.

Quinto dignus eſt opera

rius. ſ. btūs Lucas mercede occiſorum. Unī in ſermone q̄ legit de eo per oēs eccleſias dicit ſic. Martyriuꝫ ſuo corpori aſſiduis lamentationibus crebriſqꝫ vigilijs mēbra ſua macerās ipſe induxit. Xp̄s eñ elegit lxxij. diſcipulos q: deus accepit de ſpū Moyſi. ⁊ dedit ſeptuaginta duobus viris qui regerent populum cum Moyſe. vt dicitur Nume. xi. Etiam ſeptuagintaduas palmas inuenerūt filij iſrael in deſerto. Unde dicitur. Exodi. xl. Preterea mundus diuiſus eſt in ſeptuagintaduas linguas. quibus diſcipuli chriſti debebant predicare euangelium. Unde Damaſ. papa. vt habet. diſtin. lxviij. ca. Coꝛepiſcopi. dicit ſic. Non amplius q̄ duos ordines inter diſcipulos dñi eſſe cognouimꝰ. i. duodecim apoſtoloꝝ ⁊ ſeptuagintaduoꝝ diſcipuloꝝ. ⁊ Anacletus papa. vt dicit diſtin. xxi. ca. in nouo. dicit. Videntes autem ipſi apoſtoli meſſem eſſe multam ⁊ operarios paucos rogauerunt dñm meſſis vt mitteret operarios in meſſeꝫ ſuam. Unde ab eis electi ſunt ſeptuagintaduo diſcipuli. hec ibi. Inter quos fuit btūs Lucas q̄ fuit datꝰ ab vniuerſa eccl'ia comes bti Pauli ad predicāduꝫ verbū dei. Hic eñ multas ꝑſecutiōes flagella ⁊ verbera atqꝫ acerrima tormēta cuꝫ btō paulo ꝓ noīe xp̄i ꝑpeſſus ē. vñ dr̄ i collecta. q̄ crucē mortificatōꝫ iugiter i ſuo corꝑe ꝓ tui noīs amore portauit

Sexto dignus eſt opera

rius. i. btūs Lucas mercede doctoꝝ. vñ btūs Hiero. in epl'a ad Paulinū dic. Oīa verba ſua aīe languētis ſunt medicina. ⁊ in ſmone q̄ legit ꝑ oēs eccl'ias de eo dr̄ ſic. Btūs Lucas velut in ſignis lucifer ab oriētalibꝰ renitēs nob lumē fidei ⁊ celeſtis itineris patēter ſcādere callē demōſtrat. ⁊ btūs Amb. ſuꝑ Luc dic ſic. Lucas oēs ſapie vtutes. euāgelij ſui cōplectit hiſtoria. docuit ei naturalia cū de ſpūſcō dñicā incarnatōꝫ extitiſſe reſerauit. vñ ⁊ Dauid naturalē docēs ſapiaꝫ ait. Emitte ſpm̄ tuū ⁊ crea. ⁊c. Itē cū docuit tenebras i xp̄i paſſiōe fcās. terrā tremuiſſe ſolē radios abſtraxiſſe. docuit moralia cū in ip̄is btitudinibꝰ mores docuit. docuit rōnabilia cū ait. Qui fidelis ē in mīmo ⁊ in magno fidel' ē. ſine hac triplici ſapia. ipſa fides. ip̄m miſteriū trinitat ee nō pōt. h̊ eſt naturali. rōnali. morali. hec Amb

Septimo dignus eſt ope

rarius. i. btūs Lucas. mercede immaculatorum. Sciendū ꝙ btūs Lucas īmaculataꝫ habuit vitā quadrupliciter Primo per innocentiā. Hieroñ. in ꝓlogo ſuper actus apl'orū dicit. Sine crimine domino maluit ſeruire. Secundo per continentiam. Idem vbi ſupra. Paulū ſequutus eſt apl'm vſqꝫ ad cōfeſſionē fidei in vginitate ꝑmanēs. Tertio ꝑ intelligentiā. Nam ſecreta ineffabilia q̄ angelus ⁊ ſola vgo ſciebat: ſolus Lucas diſſeruit Unde Bern. ait. Ideo conceptus Elizabeth nunciat Marie vt dum nunc ꝑcurſoris nūc

ſaluatoris edocetur aduent⁹.rerū tēpus ⁊ oꝛdinem tenens.ip̄a poſtmoduꝫ melius Luce ſcriptori ac p̄dicatori euangelij referet veritatem q̄ pene de oībus a p̄ncipio celitus fuerat inſtructa myſterijs.hec ille. Unde etiā beatus Lucas ſm Damaſcenum.imaginē beate virginis depinxit que rome habetur.

Quarto ꝑ pſeuerantiaꝫ.Hieronym⁹ vbi ſupra. Lucas octoginta ⁊.iiij.agens etatis annos:in Bithinia de ſeculo noſcitur emigraſſe. Unde meritis ſuis nos adiuuat.quia cuꝫ xp̄iani a turcis eſſēt obſeſſi apparuit eis vir quidā lucidus ⁊ coꝛruſcus.dicens ſe eſſe Lucam euangeliſtam p̄cipiens xp̄ianis vt contra hoſtes ad bella ꝓcederent. Sed cum illi trepidarent ante eos ſe poſuit et victoriā magnam fecit.ij.Machab.xv.Hic eſt fratruꝫ amatoꝛ ⁊ ppl'i iſrael.hic eſt q̄ ⁊c̄. Amen.

In feſto ſancte Urſule virginis ⁊ martyris.Sermo.lvij.

Intrauerunt cū ſpōſo ad nuptias. Math.xxv. ⁊ in euangelio p̄ſentis ſolennitatis.

Beatus Bernardus ſermōe.xxxij.ſup cantica.dicit ſic. Magnis ſpiritib⁹ magn⁹ occurret ſponſus.⁊ magnificabit facere cum eis.emittens lucē ſuā ⁊ veritatē ſuā.eoſq; adducens ⁊ deducēs in montē ſanctū ſuū ⁊ in tabernacula ſua. Regē in decoꝛe ſuo videbūt oculi eius q̄ imitatus eſt preeūtem ſe ad ſpecioſa deſerti.ad floꝛes roſarū ⁊ lilia cōualliū.ad amena oꝛtoꝛum ⁊ irrigua fontiū ad delitias cellarioꝝ ⁊ odoꝛamēta aromatū.poſtremo ad ipſa ſecreta cubilia. Iſti ſunt theſauri ſapientie ⁊ ſcientie penes ſponſum abſcōditi.hec vite paſcua.hee nuptie preparate in refectionem aīarum ſanctarū.Beatus vir qui impleuit deſideriū ſuū ex ipſis.hec ille. Super quo talē moueo q̄ſtionē. Utrū btā Urſula collegio ſue ſocietatis obtinuit aureolā dedicate xp̄o virginitatis. Ad iſtam q̄ſtionē rn̄dent tres doctoꝛes noui teſtī. Primus ē btūs Auguſtin⁹ in glo.ſup illud Exo.xxv.c. Facies aliā coronā aureolā ⁊c̄.dicēs ſic. Ad coronā ptinet canticū nouuꝫ q̄d virgines corā agno concinūt.q̄ ſequūtur agnū quocūq; ierit. Secundus eſt Beda.in glo.ſup illud Eſa.lvi. Hoc dicit dn̄s Eunuchis q̄ tenuerīt fedus meū dabo eis in domo mea locū ⁊ nomen meli⁹ a filijs ⁊ filiab⁹ dicēs ſic. Propriā gl'iam excellentem q; ſignat. Tertius eſt ſanctus Thomas.iiij.ſentē.diſti.xlix.dicens ſic.

Omne meritū actui virtutis debetur a charitate imperato. Uirginitas aūt ſm hoc ad genus virtutis ptinet.ſm q̄ ꝑpetua incoꝛruptio mētis:⁊ coꝛpoꝛis ſub electiōe cadit. Et iō illis tm̄ virginibus aureola debet̄ que ꝓpoſitum habuerunt virginitatis ꝑpetuo conſeruande.ſiue hoc ꝓpoſitum voto firmauerint ſiue nō. Et hoc dico ſm q̄ aureola ꝓpꝛie accipitur vt premiū quoddā merito debitū quāuis hoc ꝓpoſitum aliquādo fuerit interruptum.integritate tamē carnis manēte dūmodo in fine vite inueniat̄.quia virginitas mētis reparari poteſt q̄uis non virginitas carnis.hec Tho. Sciendū q̄ q̄ vult intrare cū ſpōſo ieſu xp̄o ad celeſtes nuptias ꝑ duodecim poꝛtas q̄ ſunt duodecim dona gr̄arum: opoꝛtet q̄ ingrediatur. Unde Apoc.xxi.dicitur. Uidi ciuitatē ſanctaꝫ et habebat murū magnū ⁊ altū:hn̄tem poꝛtas duodecim. Iſte murus eſt angeloꝝ cuſtodia.q̄ indignos ꝓhibent ab ingreſſu illius ciuitatis. Poꝛte ciuitatis ſunt dona gr̄arum q̄ nobis ſuggerūt:ꝑ que ingredimur ciuitatem illā. Ab oriente poꝛte tres. Prima eſt contēptus bonoꝝ tempoꝛalium Deuterono.i. Paruuli de quibus dixiſtis q̄ preda hoſtiū foꝛēt.ipſi ingredientur terrā. Unde ſupbi nō intrant. Eſaie xxxviij. Hoc dicit dn̄s de rege aſſirioꝝ nō intrabit ciuitatē hāc. Et Math.xviij. Niſi efficiamini ſicut paruuli nō intrabitis in regnū celoꝝ. Secūda poꝛta eſt cōfeſſio peccatoꝝ. p̄s. Introite poꝛtas eius in cōfeſſiōe. Exemplum de latrone cōfitente.cui dictū eſt Luce xxij. Hodie mecuꝫ eris in paradiſo. Tertia poꝛta eſt ſatiſfactio delictoꝝ. Eſa.xxvi. Aperite poꝛtas ⁊ ingrediat̄ gens illa.ſ.q̄ facit iudicium de ſeipſa.puniendo ſe ꝓ pctīs. Exemplum de Zacheo Luce xix.de his tribus poꝛtis dicit̄. Ezech.xlviij. Ab oriente poꝛte tres Poꝛta Dan. Poꝛta Beniamin. Poꝛta Ioſeph. Dan interpꝛetatur faciens iudiciū.⁊ ſignificat eū qui nō querit ꝓpꝛiam gl'iam. Iohan.viij. Ego gl'iam meā non quero. Beniamin interpꝛetatur fili⁹ dextre.⁊ ſignificat cōfitentem.p̄s. Me ſuſcepit dextera tua.ſ.ꝑ cōfeſſionē. Ioſeph interpꝛetatur additamentū ⁊ ſignificat ſatiſfacienteꝫ qui addit opꝛa bona in compenſationem maloꝝ. Ab auſtro poꝛte tres. Prima eſt caſtitatis mundicia. Apoc.xxi. Nihil coinquinatum ⁊ abhomīationem faciens intrabit in illam. Exemplum de Aaron. Exo.xxviij. Facias femoꝛalia quibus vtentur filij iſrael.q̄n ingreſſuri ſunt ta-

bernaculum. Et Nu. xxv. Purificati intrabūt caſtra. Secunda porta eſt ciborum abſtinētia. Leuit. x. Omne quod inebriare poteſt nō bibes tu ⁊ filij tui: quando ingreſſuri eſtis tabernaculuꝫ teſtimonij. Ezech. xliij. Uinū nō bibet omnis ſacerdos: quando ingreſſurꝰ eſt atrium interius. Tertia porta eſt operū innocentia. Prouer. xxx. Stellio manibus nititur: ⁊ moratur in edibus regis. De iſtis tribus portis dicitur Ezech. xlviij. ca. Ab auſtro porte tres. Porta Zabulon. Porta Symeō Porta Iſachar. Zabulon interpretatur habitaculum pulcritudinis. ecce caſtitas. Symeon interpretatur exaudibilis. ecce abſtinētia. Iſachar interpretatur vir mercedis. ecce ſancta exercitatio. Ab aqlone porte tres

Prima eſt ſuſtinentia ꝑſecutionum. Hebr. iiij. Ingrediemur enim in requiē nos qui credimus. Et. ij. Reg v. Cecus ⁊ claudus non intrabunt in templum dn̄i. Secūda eſt patientia tribulationuꝫ. Luce. xxiiij. Nonne ſic oportuit xp̄m pati. ⁊ intrare in gloriam ſuaꝫ.

Tertia eſt diligētia offenſionū. ſ. inimicos diligendo. Eph. i. Ambulate in dilectione ſicut ⁊ xp̄us dilexit vos. De iſtis tribus portis dicitur Ezech. xlviij. A ſeptentrione porte tres. Porta Ruben. Porta Iuda. Porta Leui. Ruben interpretatur preuidens ꝑncipium. ecce perſecutio propter fidem. Iuda interpretatur glorificans. ecce patientia.

Leui interpretatur appoſitus. ecce charitaſ que debet apponi tribulatiōibus. perſecutionibus. hoſtibus. Ab occidente porte tres.

Prima eſt elemoſynarum largitio. p̄s. Introibo in domū tuā in holocauſtis ⁊c̄. Prouerb xviij Domū hominis dilatat viam eius ⁊ ante principes ſpaciū ei facit. Ideo excluditur auarus. Mathei. xix. Facilius eſt Camelum per foramen acus intrare q̄ diuitem intrare in regnuꝫ celoꝝ. Secunda porta eſt paſſionis xp̄i meditatio. Geñ. xxiiij. Ingredere benedicte dn̄i quod fuit dictū helyeſer. quod interpretatur dei mei ſanctificatio. Hebre. ix. In ſecundo tabernaculo ſolus pontifex introibat nō ſine ſanguine. Tertia porta eſt bonorum celeſtium adeptio. Hebreo. vi. Confugiamus ad tenendam ſpem quam ſicut anchoram habemus aīme tutam ac firmam. ⁊ incedentem vſqꝫ ad interiora velaminis vbi precurſor introiuit ꝓ nobis Ieſus De iſtis tribus portis dicitur Ezeche. xlviij.

Ab occidente porte tres. Porta Neptalim Porta Gad. Porta Aſſer. Neptalim interpretatur dilatauit me. ecce pietaſ. Gad interpretatur temptatio. ecce paſſio chriſti. Aſſer interpretatur beati erunt. ecce ſpes. Ideo Apocalip. vlti. ca. dicitur. Beati qui lauant ſtolas ſuas vt ſit poteſtas eorum in ligno vite. ⁊ per has portas intrent in ciuitateꝫ. Beata Urſula feſtinauit ingredi in ciuitateꝫ ſummi regis per has portas cum collegio ſue ſocietatis. p̄s. Adducentur regi virgines poſt eam. proxime eius afferētur tibi in leticia et exultatione adducentur in templum regis. Ipſa autem velut regina aſtitit a dextris eiꝰ in veſtitu deaurato circumdata varietate. qm̄ inclinauit aurem ſuaꝫ ad legem xp̄i ⁊ oblita eſt domuꝫ patris ſui ideo concupiuit rex ſpeciem eius. quia vero ipſa cum ſodalibus ſuis parate erant. propterea intrauerunt cū ſponſo ad nuptias.

Intrauerunt cum ſponſo ad nuptias.
- Uocatione.
- Reuelatione.
- Sanctificatione.
- Uiſitatione.
- Laudatione.
- Aſſociatione.

Primo iſte beate virgīes intrauerūt cum ſponſo Ieſu xp̄o ad nuptias Uocatione. Unde Apoc. iiij. dicit. Uidi: et ecce oſtium aptum in celo. ⁊ vox ꝓma quam audiui tanq̄ tube loquentis mecum dicens Aſcende huc. ⁊ oſtēdam tibi q̄ oportet fieri. Xp̄us enī ad ſuas nuptias vocauit beatam Urſulam. cui oſtēdit qualiter ſe debeat ꝑparare tanq̄ virgo prudēs ⁊ nō vt virgo fatua In euangelio enī hodierno deſignant͂ q̄nqꝫ ſtulticie anime fatue. Prima ſtulticia eſt qꝛ virgines fatue neceſſaria ſaluti aīe nō ſumpſerūt. Uñ dicit͂. Fatue aūt nō ſumpſerūt oleū ſecum. ſ. grāarū actiōis quo ad deū. Luce. vij. Oleo caput meuꝫ nō vnxiſti. ſpūalis exultatōis. Mat. vi. Tu aūt cū ieiunas vnge caput tuū. i. mentē ſpūali leticia pugnaturus cū diabolo ne grauatꝰ faſtidio capiaris ab eo. Pietatꝭ ⁊ miē. Iere. xli. Noli nos occidere qꝛ habemꝰ theſauros in agro ſ. cōſciētie frumenti ſcꝫ charitatis. ⁊ mellis. ſ. dulcedinis eterne. ⁊ olei. ſ. cōpaſſionis ad paupes. Secūda ſtulticia earum fuit: quia mendicare voluerunt aliorum merita dicentes. Date nobis de oleo veſtro ⁊c̄. Querere enī aliorum merita q̄ vix iuſtis ſufficiunt ad ſalutē eſt magna fatuitaſ Unde ſubditur. Ne forte nō ſufficiat nob ⁊c̄.

Ezech.xiiij. Tres viri iſti. Noe. Daniel. ⁊ Job
Si fuerint in medio eius. non liberabunt fi-
lios ⁊ filias: ſed ipſi ſoli liberabuntur. Ter-
tia ſtulticia earum fuit. quia operari voluerūt
quando non potuerunt. Unde dicit. Dū au-
tem irent emere venit ſponſus. Apocalip.x.
Jurauit angelus per viuentē in ſecula ꝙ tē
pus amplius nō erit. ſ. ad meritorie operan-
dum. quia vt dicit Apoca.i. Dedit illi tēpus
vt penitentiam ageret ⁊ non vult penitere a
fornicatiōe ſua. Quarta ſtulticia earū fuit:
quia tarde venerunt. Unde dicitur. Nouiſſi
me veniunt. ⁊ relique virgines. i. valde tarde
quia porta iam clauſa erat. i. ſententia firma
ta vt nullus reprobor̄ ingrediatur. Quīta
ſtulticia earum fuit. ceca preſumptio. quādo
dixerunt. Dn̄e domie aperi nobis. Dn̄m vo
cāt cui ſeruire noluerunt. Malach.i. Si ego
dominus: vbi timor meus? Petunt ſibi ap-
riri ianuam celi cui noluerunt aperire oſtiū
cordis. Cant.v. Uox dilecti mei pulſantis. a
peri mihi ſoror mea ⁊c. Beata Urſula nō
fuit de numero virginum fatuarū. ſed de nu
mero prudentium deducendo ſecū nobilē fa
mulatum quinqꝫ puellarum. Unde.i. Reg.
xxv. dicitur. ꝙ cum Abigail pergeret obuiam
Dauid: quinqꝫ puelle fuerunt cū ea. Sic be-
ata Urſula veniens ad ſponſum ſuum xp̄m
decorū ⁊ fortem aſſumpſit in comitatu ſuo
quinqꝫ puellas. Prima eſt domina mūdi
cia. qua animā ſuam ab omni macula pecca
ti per baptiſmū mūdauit. Cant.iiij. Tota pul
cra es amica mea ⁊ macula non eſt in te. Nā
in Britānia rex quidam xp̄ianiſſimus fuit:
nomine Nothus qui quandam filiam gene-
rauit: ⁊ eam baptizari in fide ieſu chriſti fecit
⁊ Urſulā nominauit. Secunda eſt domīa
fides. qua credidit myſterium ſancte trinita-
tis. ⁊ myſterium xp̄i quo ad redemptionem
generis humani. Jere.iij.c. Patrem vocabis
me ⁊ poſt me ingredi non ceſſabis. Un̄ cum
rex anglie peteret a patre beate Urſule ipſā
copulari vnigenito ſuo. pater eius cepit pluri
mū anxiari. Tū quia xp̄i fide inſignitā cul-
tori idolor̄ tradere indignum duceret. Tum
quia ipſam nullatenus conſentire cognoſce-
ret. Tum quia regis ferocitatem plurimū for
midaret. Tertia eſt domina ſapientia. qua
fallacias mundi conuincebat. Judith.xi. Mi
rabantur omnes ad ſapientiā eius. Hec au
tem mirabili morum honeſtate ſapientia et
pulcritudine pollebat. ita ꝙ eius fama vbiqꝫ
volabat. Quarta eſt domina cōſtantia mē
tis. qua ſperauit adiuuari a deo in omnibus
aduerſitatibus. pſal. Dominus firmamentū
meum ⁊ refugium meum. deus meus adiu
tor meus ⁊ ſperabo in eum. Ipſa autem di-
uinitus inſpirata ſuaſit patri vt predicto re-
gi aſſenſum preberet. Quinta fuit domīa
orationis inſtantia. qua orabat vt ad fidem
chriſti aīmas perditas reduceret. p̄mo Ma
chabeor̄.iij.c. Non in multitudine exercitus
eſt victoria belli. ſed de celo eſt fortitudo.
Exemplum. Exo.xvij.ca. Quando Moyſes
leuabat manus vincebat populus. Et Heſ-
ter.xiiij. dicitur Heſter autē confugit ad do
minum pauens periculū quod imminebat.
Iſta autem orans dominum audiuit vt in
ſponſione matrimonij hanc conditionem ꝓ
poneret. Ut ipſe rex cum patre decem virgi-
nes electiſſimas ſibi ad ſolatium traderet. ⁊
tam ſibi ꝙ alijs mille virgines aſſignaret. et
comparatis trienibus inducias triennij ſibi
daret ad dedicationem ſue virginitatis. ⁊ ip
ſe iuuenis baptizatus in his tribus annis in
fide inſtrueretur ⁊c.

Secundo iſte ſancte vir-
gines intrauerunt cū ſponſo ad nuptias Re
uelatione. ſcilicet angelorum qui vigilant ſu-
per noſtra cuſtodia. Eſaie.lxi. Super muros
tuos Hieruſalē conſtitui cuſtodes tota die
⁊ nocte non tacebunt. Et Cant.iij. Inuene-
runt me vigiles. Circa iſtam cuſtodiam an
gelorum pono quattuor concluſiones.

Prima concluſio. Angelus poteſt immu-
tare ſenſus hominis exteriores non cogen-
do libertatem eius. Patet. quia aliquādo ap
paret angelus domini aſſumēdo corp⁹ aereū
⁊ in materia viſibili immutat ſenſus homīs.
